Cat. Inc. 256

Speculum Morale Uincentii.

De cella Prioris

Tabula Index in opus Speculū scilicz Moralē Vincentii

Beluacensis ordine alphabeti demonstrans quoto libro: quota parte: quota distinctione: quotaqz charta: queqz i eo volumine principaliter tractata inueniri debeant incipit. Et punctus prepositus numero chartarum anteriorē faciem: earūdem postpositus vero posteriorez celerius inueniendi gratia singula declarat.

A

B

C

D

Q

R

S

T

U

X

Y

Z

¶ Finis.

Speculi Moralis Vincentii Liber primus incipit feliciter.

De Operū Humanorū Necessitate. DISTIN. .I.

In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua. et in eternū non peccabis. Eccl. vij. Humanū gen⁹ tria incōmoda per peccatū primi hominis incurrisse: nō tā legimus in scripturis: ꝙ̄ sensibiliter experimur in nobis. videlicet difficultatē ad bonū agendum: imprudentiā ad futura preuidēdū. ⁊ pronitatē ad peccandū. Quia p peccatū fuit homo viribus eneruatus: sensib⁹ obscuratus: ⁊ actibus deprauat⁹. Iuste quidē homo recedens ab omnipotēte deo: decidit in impotentiā. Recedēs a sūme sapiēte: amisit sapientiā. Recedens a sūme bono: perdidit innocentiā. Ab his tribus malis oia mala suā originē sortiunt. Deus autē infinite misericordie ⁊ pietatis īmense p sapiētiā diuinitus inspiratā. cōtra tria premissa dat nobis perpulcherrimū documentū: saluberrimū hortamentū. fidelissimū cōsiliū: ⁊ efficacissimū remediū. dicens ita: In oib⁹ operib⁹ ⁊c. Primo nāqꝫ excludit negligentiā. Secūdo suadet prudentiā. Tertio promittit hominē p hoc ad innocētiā reformari. In primis igit̄ excludit negligentiā. supponēs opera meritoria: cū dicit: In oib⁹ operib⁹ tuis. Ex vi quippe sermōis. ⁊ ex ipso modo loquēdi ostēdit vnūquēqꝫ fidelē non debere ociosum esse: nec pigrū seu negligentē: sed strenue operantē. De homine in statu innocētie dicitur Gen. ij. Tulit dns deus hominē: ⁊ posuit eū in paradiso voluptatis: vt opraret et custodiret illū. Sed hec opatio esset ei sine fatigatione: tedio: ⁊ dolore. Eidem vo post lapsum dictū est: Quia comedisti de ligno ex quo tibi preceperā: ne comederes: maledicta terra in opere tuo In laborib⁹ comedes ex ea cūctis diebus vite tue. Sequit̄: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et Job. v. dicit̄: Hō ad laborē nascit̄ ⁊ auis ad volandū. Secūdo hortat̄ sapiēs ad prudentiā cū dicit: Memorare nouissima tua. In his eni precipue consistit vel damnationis periculū. vel procuratio salutis. Ideo attētissime hortat̄ idem sapiēs Eccl. xxxviij. Memēto nouissimoꝝ: ⁊ noli obliuisci. Tertio promittit innocentiā. cū dicit Et in eternū nō peccabis. Cū sūma diligētia cōsideret vnusquisqꝫ: ꝙ̄ fidele cōsiliū. ꝙ̄ salubre documentū. O cōsiliū nulla ratione spernendū. O documentū nulla obliuione delendū. sed potius cū sūmo studio sūma cura et sollicitudine pro virib⁹ adimplendū. Docet eni hominē ad puritatē innocētie reformari: per exercitiū bonoꝝ operū: ⁊ circūspectā preuidētiā nouissimoꝝ. Ad hoc etiā hortat̄ pastor ecclesie petr⁹. ij Pe. j. Fratres magis ac magis satagite: vt p bona opera certā vestrā vocationē ⁊ electionē faciatis. Hec eni faciētes nō peccabitis aliqn̄. Ait ergo sapiēs: In oib⁹ operib⁹ tuis memorare nouissima tua: ⁊ in eternū nō peccabis. Ad excludendā igit̄ negligentiā: que mater est omniū vitioꝝ: debemus nos in exercitio virtuosorū operū viriliter occupare. Et circa hoc considerāda sunt quattuor. Debet eni vnusquisqꝫ diligēter inspicere gen⁹ ⁊ speciē sue operationis. Secūdo modū ⁊ seriē sue executiōis. Tertio fructū ⁊ finē sue intētionis. Quarto ortū ⁊ originē oīs nostre motionis. In primis igit̄ cōsiderāda sunt opera que facere debeam⁹. Sicut inquirūt iudei a dño Joh. vj. dicētes: Quid faciemus: vt operemur opera bona dei: Quib⁹ ille respōdit: Hoc est opus dei. vt credatis. Hoc est primū principiū operādi. ⁊ fundamentū primariū omnis boni. videlicet fides: sup quo videat vnusquisqꝫ quō ⁊ q̄ superedificet. Debem⁹ autē opari opera penitētie: peccatoꝝ flagitia expiando. Opera misericordie: proximoꝝ miserias releuando. Opera sapiētie: celestia cōtēplādo. Opera pfecte iustitie: diuina cōsilia adimplendo. Prima opera nostra debent esse opera penitētie. Quia nāqꝫ nō est hō qui nō peccet. Sicut dicit̄ iij. Reg. viij. Et j. Joh. j. Si dixerim⁹ quia peccatū nō habem⁹. nosipsos seducim⁹: ⁊ veritas in nobis nō est. Job quoqꝫ dicit: Quis potest dicere: mundū est cor meū. purus sum a peccato: Ideo necesse habem⁹ agere penitentiā. Ait eni huis Johānes baptista Luc. iij. Genimina viperarū: ꝗs ostēdit vobis fugere a vētura ira. Respōdit autē: Facite ergo dignos fruct⁹ penitētie. Signāter dicit Dignos fruct⁹ penitētie. Neqꝫ eni par debet esse penitētia eius qui multū peccauit: et eius qui pauciora peccata cōmisit. vel eius q̄ grauiora: ⁊ eius qui mini⁹ grauia perpetrauit. Itē saluator ait Luc. xiij. Nisi penitētiā egeritis: oēs sil̄r peribitis. Et Eccl. ij. Nisi penitentiā egerim⁹: incidemus in man⁹ dei. ⁊ nō in man⁹ hominū. Exhortās autē dñs ad penitentiā dicebat: Penitentiā agite: appropinquabit eni regnū celoꝝ. Itē Apoc. ij. Memento vnde excideris: ⁊ age penitentiā: ⁊ pma opera fac. aduerte ꝙ sicut pius pater filiū cōtumacē corripiēs aliqn̄ ostendit ei mala q̄ fecit vt erubescat. bona q̄ perdidit vt doleat. mala q̄ meruit vt timeat. ⁊ sic p diuersas vias ipsum reuocare laborat. Sic pius dñs diuersis modis vult: vt peccatorē ad penitentiā salutarē reducat. Nā aliqn̄ obiicit ei grauitatē ⁊ vilitatē flagitij quod cōmisit. Sicut dicit̄ Hiere. ij. Vide vias tuas in cōualle: scito qd feceris. Aliqn̄ reducit ei ad memoriā vilitatē stat⁹ in quē incidit. Sicut dixit ade Gen. iij. Adam vbi es: Et Hiere. iij Leua in directū oculos tuos: ⁊ vide vbi nunc prostrata sis. Aliqn̄ proponit ei penā quā meruit. Sicut patet in verbis beati Joh. ⁊ dñi superi⁹ annotatis. Et Gen. iiij. Dixit dñs ad Caym: Quid fecisti: Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra petens videlicet vltionē. Nōnunꝙ̄ etiā ad mentē ei⁹ reuocat bonorē ⁊ bona: q̄ p peccatū amisit: vel dignitatē status: a quo decidit. Sicut hic: Memēto vnde excideris. q. d. Memēto quia statum innocētie pdidisti. ⁊ a dignitate grē corruisti. ⁊ ideo age penitētiā vt ⁊ perdita recupare: ⁊ ad pristinā dignitatē resurgere: ⁊ debitas penas euadere: ⁊ ad pmissa premia valeas peruenire. Sequit̄ Et prima opera fac. Prima inquā. i. precipua. vel prima: q̄ anteꝙ̄ peccatū cōmitteres facere debuisti. Exēpla penitētie habem⁹ in Petro ⁊ Paulo: q̄ sunt precipui fundatores ecclesie. In Magdalena euāgelica peccatrice. In dauid ⁊ ezechia regib⁹. In niniuitis etiā: de quibus dicit̄ Jone. iij. Vidit deus opera eoꝝ. quia cōuersi sunt de via sua mala. Et misertus est deus sup malitiā quā locut⁹ est vt faceret eis ⁊ nō fecit. Nota igit̄: ꝙ p penitentiā macula peccati diluitur: reatus absoluit̄: offensa diuina remittit̄. reconciliat̄ deo: restituit̄ ecclesie: de filio diaboli filius dei efficit̄. paradisus apit̄. Hec est q̄ impiū iustificat: angelos letificat: amissa bona recuperat. Vn̄ Bern. ait: O felix penitentiū humilitas: o btā spes cōfitētiū. ꝙ̄ facile vincis inuincibilē: ꝙ̄ cito tremebūdū iudicē cōuerteris in piissimū patrē. Secūdo debem⁹ agere opera charitatis ⁊ misericordie. Sicut pulchre docemur Luc. x. Cū eni quidā legisdoctor inquisisset a dño Magister quid faciēdo vitā eternā possidebo: Respōdit: In lege quid scriptum est: Quō legis: Qui ait: Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo ⁊c. ⁊ proximū tuū sicut teipm. Et ait illi dñs: Hoc fac ⁊ viues. Ille rursum quesiuit. Et quis est me⁹ proxim⁹: Cui respōdens dñs proposuit parabolā de misero qui incidēs in latrones: spoliatus: atrociter verberat⁹: ⁊ semiuiuus relictus: a sacerdote prius ⁊ postmodū a leuita trāseuntib⁹ nō adiutus: tandē a samaritano viscerosa pietate pmoto: vulnerib⁹ illius vinū ⁊ oleū infundēte ⁊ ea dulciter alligāte: imposit⁹ est in iumento: ⁊ inductus in stabulū studiose stabulario cōmēdat⁹. His premissis interrogauit dñs: Quis horū tibi videt̄ proxim⁹ fuisse illi qui incidit in latrones: At ille dixit: Qui fecit misericordiā in illū. Et ait illi ihesus: Vade ⁊ tu fac sil̄r. Ecce ad questionē pmā. Quid faciēdo vitā eternā possidebo. premissum est documentū de dilectione dei ⁊ proximi. ⁊ ordine consequēti subiunctū hortamentū de operib⁹ misericordie faciendis. Nā de fonte charitatis debent pcedere riuuli pietatis: alias nulli⁹ essent meriti vel virtutis. Sicut ait Apls. j. Corinth. xiij. Si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas. ⁊ si tradidero corpus meū ita vt ardeam. charitatē autē non habeā: nihil mihi prodest. Propter quod bene iungit apls ista duo dicēs Hebr. xiij. Charitas fraternitatis maneat in vobis: ⁊ hospitalitatē nolite obliuisci. Per hāc eni placuerūt ꝗdā angelis hospitio receptis. Moueat ergo te dilectio dei ⁊ compassio miserie proximi: ad exhibēdū opera pietatis sm exigentiā necessitatis. Hec aūt opera sunt: nudū vestire: esuriētē reficere: sitien

tem potare: infirmũ visitare: peregrinũ in domo recipere: captiuũ redimere: mortuũ sepelire: ⁊ multa talia fm̃ ꝙ innumerabilia sunt incõmoda pauperũ ⁊ miserabiliũ psonarũ. Ad hec opera pietatis tenet̃ quilibet saltẽ cõpassionis affectu: vel si assit facultas: etiã miserationis effectu. Vñ .i. Thi. vi. dicit Apl's Diuitib⁹ hui⁹ seculi pcipe nõ sublime sapere: nec sperare in incerto diuitiarũ. sed in deo viuo ⁊c. bene agere: diuites fieri in operibus bonis. facile tribuere: cõicare: thesaurisare sibi fundamentũ bonũ in futurũ: vt apprehẽdãt verã vitã. De misericordia latius inuenies infra li. ii. vbi agit̃ de beatitudinib⁹. Tertio debem⁹ agere opera sapiẽtie. loquẽdo de vera et salutari sapiẽtia: q̃ dicit̃ a sapore. Cõsistit hec sapientia nõ tñ in speculatione veritatis: sed potius in qdã degustatione sapida bonitatis: ⁊ etiã in operatione feruida sanctitatis. Est aũt speculatio in cogitãdo studendo: audiẽdo legẽdo ea que ad honorẽ laudẽ ⁊ gloriã dei ptinẽt: aieq3 salutẽ. Degustatio aũt nõ in plena fruitiõe cõsistit: sic erit in patria. sed in qdã prelibatiõe ac tenui saporatiõe diuine dulcedinis: put potest vel modicũ attingere humana fragilitas pro modulo suo: ⁊ pro statu miserie p̃sentis q̃ peregrinamur a dñõ: ⁊ detinemur exules ĩ hoc mũdo. Hec degustatio qntũcũq3 sit modica. excedit oẽs delicias hui⁹ mũdi ⁊ omnẽ delectationẽ: q̃ in creatura quacũq3 valeat inueniri. Facit etiã oĩa carnalia despici: ⁊ oĩa terrena seu tp̃alia vilipendi: ac sicut ait expertus Apl's velut stercora reputari. facit nihilominꝰ sp̃ũalia diligi tota mẽte totisq3 precordijs celestia cõcupisci. Nec sufficit subtilis speculatio intellectus: ⁊ degustatio affectus: nisi sequat̃ pfecte operatiõis effect⁹. Sed q̃ psp̃exerit in lege pfecte libertatis: ⁊ pmãserit in ea nõ auditor obliuiosus factus: sed factor operis: hic beat⁹ in facto suo erit. Jaco. i. De hac sapiẽtia dicit̃ Sap. viii. Intrãs in domũ meã conquiescã cũ illa. s. sapiẽtia. Nõ eñ habet amaritudinẽ cõuersatio illius nec tediũ cõuictus illi⁹: sed leticiã ⁊ gaudiũ sequit̃. In amicicia illius delectatio bona: ⁊ in opib⁹ illi⁹ honestas sine defectione. Rursus Ecc̃i. xxiiii. Sapiẽs introducit sapientẽ sic loquentẽ. Trãsite ad me oẽs q̃ cõcupiscitis me: ⁊ a generatiõib⁹ meis adimplemini. Sp̃s eñ meus sup mel dulcis: ⁊ hereditas mea sup mel ⁊ fauũ. Qui edũt me adhuc esuriẽt: ⁊ qui bibũt me adhuc sitient: q̃ audit me nõ cõfundet̃: ⁊ qui opant̃ in me nõ peccabũt. Qui elucidãt me vitã eternã habebunt. Si premissa verba quis seriose vellet exponere: paucis verbis nõ posset ad eoꝝ indaginem puenire. De sapientia inuenies multa infra li. ii. Nũc aũt sufficiat opera sapiẽtie sub breuitate tãgere: quia hoc est quod a principio proposuim⁹ et pmisim⁹ declarare. Sũt autẽ opera sapiẽtie: doctrinã veritatis diligẽter audire: exhortationes vtiles ardẽter accipe: correptiones libenter ⁊ vtiliter sustinere: audita memoriter retinere: memorie cõmẽdata operib⁹ exercere: vigilãter studere: libros sacros studiose perlegere: nõ studẽdo trãscurrere: sed frequẽter in memoria ruminare: in studio non verba sed sensum ⁊ fructũ requirere: falsitates abijcere: vanitates cõtẽnere: curiositates vitare: veritatẽ inquirere: in dubijs peritos cõsulere: cõsulta discutere: dei volũtatẽ ⁊ mãdata pquirere: meditationes sacras amare: audita. lecta: seu etiã cogitata memorãda digerere: nihil per surreptionẽ agere: nihil temere iudicare: verba cũ debita maturitate proferre: vitã suã ⁊ mores seriosius ordinare: subiectos pie ⁊ iuste regere: errata corrigere. errãtes reducere: peccãtes arguere. penitẽtib⁹ indulgere: defect⁹ aliorũ nõ culpabiles benigne supportare: hesitãtib⁹ cõsulere: desolatis solatiũ exhibere. Quicũq3 sic fecerit: hic btũs in facto suo erit. Bene ergo dicit sapientia: Qui operant̃ in me non peccabũt Ecc̃i. xxiiii.

Quarto debem⁹ habere opera pfecte sufficie: q̃ cõsistit in q̃ttuor. Primũ est abdicatio mũdialiũ facultatũ. Secundũ est aspernatio carnaliũ voluptatũ. Tertium est humilitas obediẽtie. Quartũ est strẽuitas patiẽtie. De primo Prouer. xii. Melior est paup et sufficiẽs sibi. q̃3 gl'iosus ⁊ indigẽs pane. Et bene iũgit Sapiẽs ista duo. s. paup ⁊ sufficiẽs. Quia cui satis est quod habet: satis illũ cõstat habere. Vnde dicit Señ. ꝙ maxime diuitie sunt paupertas cũ sufficiẽtia. Sicut dicit̃ Thobie. v. Sufficiebat nobis paupertas nr̃a vt diuitie cõputarent̃. Ista est vita leuissima. securissima: dulcissima: ⁊ pfecta. maxime qñ vita talis eligit̃ amat̃: ⁊ sufficit propter deũ. Ideo dicit̃ Ecc̃i. xl. Vita operarij sufficiẽtis sibi cõdulcabit̃ et in ea inuenies thesaurũ. s. bonoꝝ sp̃ũaliũ. fm̃ illud Math. xix. Si vis pfectus esse vade ⁊ vẽde oĩa q̃ habes ⁊c. Sequit̃: Et habebis thesaurũ in celo. Itẽ Jac. i. Qui psp̃exerit in lege pfecte libertat' .i. paupertatis q̃ vere libera est: ⁊ permãserit in ea nõ auditor obliuiosus fact⁹ sed factor operis: hic btũs in facto suo erit. De secũdo .s. aspernatione carnaliũ voluptatũ dicit̃ Ecc̃i. xxxiii. Cibaria ⁊ virga ⁊ onus asino. panis ⁊ disciplina ⁊ opus seruo .i. corpori. Diuine auctoritatis expositionẽ require infra distinctione sequẽti. Sane victus austeritas requirit̃ in oib⁹ qui volũt illibatã pudiciciã obseruare: ⁊ corporis sui mẽbra in sancti sp̃ũs tẽpliũ dedicare. Sicut ait Apl's infra .i. Corinth. vi. Nescitis ꝙ mẽbra vestra tẽpliũ sunt sp̃ũ sc̃i. Ideo Dauid volens tẽpliũ edificare: vel expẽsas preparare dicebat .i. Paral. xxix. Opus grãde est: nec homini preparat̃ habitatio sed deo. Et Neemias edificans ciuitatem hierusalẽ dicebat. Opus grande ego facio ⁊ nõ possum descẽdere. s. ad secularia negocia. vel ad carnalia desideria adimplenda. De tertio .s. de humilitate obediẽtie dicebat verus obediẽs: ⁊ totius humilitatis et obediẽtie speculũ ⁊ exemplar Joh. ix. Me oportet operari opera patris mei. Idẽ. iiii. Meus cibus est vt faciã volũtatẽ patris mei: vt pficiã opus eius. Et ideo religiosis ⁊ filijs obediẽtie dicit̃ Joh. viii. Si filij abrahe estis: opera abrahe facite. Ambro. Cui⁹ opera quisq3 facit eius fili⁹ vocat̃. De quarto. s. de benignitate patientie sciendũ. ꝙ nõ sufficit bene se habere in psp̃eris: nisi strenue ac fortiter se habeat in aduersis. nec in tranquillitate bene agere: ⁊ in tẽtatione succũbere: vel in tribulatione deficere. Nã p increpationem dicit dñs de quibusdã: q̃ cũ gaudio suscipiũt semẽ bonũ .i. verbũ dei: sed orta psecutione propter verbũ deficiũt. Qr radices nõ habẽt: quia ad tp̃s credũt: ⁊ in tp̃e tẽtationis recedũt. Luc. viii. Oẽs aũt qui pie volũt viuere in christo iesu psecutionẽ patiunt̃ ait Apl's. ii. Thi. iii. Ideo necessariũ est nobis agere sicut faciebant illi qui de captiuitate reuersi in angustia tẽporis in hostiũ suorũ medio reedificabãt hierusalẽ. De quib⁹ dicit̃ ꝙ vna manu opus faciebant: ⁊ altera tenebãt gladiũ Nee. iiii. Sane patiẽtes esse debem⁹: quia patiẽtia reddit hominẽ pfectũ in statu gr̃e: sicut dicit̃ Jaco. i. Omne gaudiũ existimate frẽs cũ in tẽtationes varias incidentis: sciẽtes quia tribulatio patiẽtiã operat̃. Patiẽtia aũt opus pfectũ habet: vt sitis pfecti ⁊ integri. in nullo deficiẽtes. Itẽ cumulat premiũ in statu glorie: Sicut ait Apl's. ii. Corinth. v. Id quod in presenti est momẽtaneũ ⁊ leue tribulatiõis nostre supra modũ eternũ glorie pondus operat̃ in nobis. Ecce aduerte quod leuissimũ est in passione: maximũ est in remuneratione. ⁊ quod breuissimũ est imo momẽtaneũ in tempore: fit eternũ in duratione.

De Operum Serie. DIS. .II.

Postquã declarauim⁹ genus ⁊ speciẽ nostre operationis. Nũc videam⁹ modũ et seriem nostre executionis. Circa quod sciẽdũ est: ꝙ debem⁹ inchoare celeriter sine dilatione: laborare fideliter et dilectione: continuare viriliter sine defectione: consumare humiliter sine elatione. Debem⁹ igit̃ inchoare celeriter propter tẽporis breuitatẽ. Breuissimũ est omne tẽpus quo viuim⁹. Sap. ii. Exiguũ est ⁊ cũ tedio temp⁹ vite nostre. Ideo excitat nos dñs ad celeriter operãdũ dicẽs Joh. ix. Operamini dũ dies est: venit nox qñ nemo potest operari. Et Apl's Gal. vi. Dũ temp⁹ habem⁹ operemur bonũ. Nõ potest bonã dietã facere qui mane nõ surgit. Irridendus esset qui tunc veniret ad opus: qñ tempus esset de opere exeundi. tunc seminaret qñ esset metendũ. Ideo Sapiẽs Ecc̃s ix. Quodcũq3 potest manus tua instanter operare: quia nec opus ad merendũ. nec ratio ad excusandũ: nec sapiẽtia ad sapide cõtẽplandum. nec scientia ad euadendũ erunt apud inferos quo tu properas. Nota ꝙ fatuus esset homo. magnũ opus habẽs agere ⁊ tempus breue: si non festinaret. sed iaceret in lecto v sq3 ad vesperam. Nos aũt opus permaximũ habemus agere. vnde quilibet vestrũ posset dicere illud Nee. vi. Opus grande ego facio nõ possum descẽdere: ne forte negligat̃ opus. Itẽ celeriter inchoare debem⁹ propter securitatẽ. Augusti. Si vita breuis fuerit: expedit vtiq3 ꝙ bona sit. si autẽ vita lõga fuerit: meli⁹ est ꝙ bona sit. Si multũ haberes de frumento vino vel oleo: velles ꝙ totũ esset bonũ. ⁊ doleres si pars aliq̃ esset corrupta. Aug. Quid te offendit vita tua quã solã vis malã habere: vt inter omnia bona tua tu solus sis malus. nũquid plus diligis res tuas q̃3 te. Talis iniquus est sibiipsi dum plus vult se malum esse q̃3 bonũ. infirmũ q̃3 sanũ. mortuũ q̃3 viuũ seruũ q̃3 liberũ. nihil habentẽ q̃3 bonoꝝ oĩuz particepẽ. Propter securitatẽ habẽdã ait Sap. Ecc̃i. xi. Mane semina semen tuũ ⁊ vespere ne cesset man⁹ tua: quia nescis q̃d boni magis oriat̃. Si aũt vtrũq3 sit. meli⁹ erit. Quis vidẽs sagittariũ arcũ extentũ cũ sagitta tenentẽ: nõ expectat ictũ sagitte: sed euolat. sed homo fatuus expectat ictũ mortis. Cõtra quod ait Psalmista. Nisi cõuersi fueritis gladiũ suũ vibrabit: arcũ suũ tetẽdit: ⁊ parauit illũ. ⁊ in eo parauit vasa mortis. ita cito morit̃ vitulus sicut vacca. ita cito frãgit̃ vas nouũ sicut vetus ⁊ citius amputat̃ arbor iuuenis q̃3 antiqua. Securius est malum passum vitare q̃3 eum cum difficultate transire.

Omia sicut ait Sap. puerb. iij. Qui amat periculū peribit in illo ⁊ securi⁹ est laqueos euadere q̄ sese magis ac magis fortius irretire. Dicit aūt sap. prouer. v. Iniquitates sue capiūt impium ⁊ funibus peccatoꝝ suoꝝ cōstringit. Et securius est in principio egritudinis medicinā querere q̄ vsq̄ ad extremū vite terminū expectare. Jō dicit sapiens Ecclesiastici. xviij. Ante languorē adhibe medicinā. lepra inueterata ⁊ gutta inossata curari nō possunt. De impio aūt dicit Iob. xx. Ossa illius implebunt vitiis adolescentie sue. Itē celeriter inchoare debemus ꝓpter assuefactionē: vt ī etate tenera caro domet: vt discat sustinere labores. Equi. canes. vrsi in iuuētute docent ludere: ⁊ oē bestiarū genus domabile: in iuuentute domat. Equus qui diu cōsueuit trotare nunq̄ postea doceri pōt aliter ambulare. sic ⁊ pueri in etate tenera docendi sunt ⁊ in virtutuꝫ opibus exercēdi. Quia scriptū est puer. xxij. Adolescens iuxta viā suā etiā cū senuerit nō recedet ab ea. canis vetus nō pōt teneri in vinculo. nunq̄d pōt ethyops mutare pellē suā. aut pardus varietates suas. sic nec vos poteritis bn̄facere. cū didiceritis male. Jere. xiij. Desiderant oēs ⁊ sperant bonū finē habere cū totā vitam malam habuerint dicētes cum baalam. moriat aīa mea morte iustorū. sed ista duo non cōsonant. Jdeo seni pessimo iudici. dixit Dan. xiij. Inueterate dierū maloꝝ nunc venerūt peccata tua que opabaris prius. Quāto diutius fuit in ferro rubigo. tanto vehementius intimat: ⁊ semꝑ magis ac magis corrodit ferrū. et inde difficilius eradicat. ⁊ sordes diu derelicte in vase difficilius amouent. Sic quanto diutius fuerit quis malis moribus assuetus: tanto ab eis difficilius euellet qꝛ iniquitates sue capiūt impiū vt dictū est. ac semꝑ fortius detinēt alligatū. Vn̄ Ansel. de seipso dicit in libro cōfessi. Tenebar nō in alieno ferro sed mea ferrea volūtate. Item celeriter inchoare debemus ꝓpter meritoꝝ augmentū ⁊ diuinam acceptationē. Qm̄ qui citius incipit ⁊ diutius operat ⁊ plura merita cōgregat: ⁊ opa in iuuētute facta gratiora sunt deo. fructus iuuenis plantule dulciores sunt. ⁊ fructus primitiui tpis cariores. vn̄ Michee. vij. ait dn̄s. Precoquas ficus desiderauit aīa mea. Et in lege precepit sibi offerri de primogenitū ⁊ primitias frugū terre ⁊ omniū fructuū. In signū ⁊ documentū q̄ hō de flore iuuētutis sue. debet offerre deo nō de fece stultus esset qui dn̄m suū cibare vellet de pane corrupto ⁊ de furfure vite sue. potare de fecibus vini sui vel exeniū ei facere de pomis corruptis ⁊ aliis fructib⁹ putrefactis. Jdeo cōquerit dn̄s malach. j. Si offeratis cecū ad īmolādū nōne malū est. ⁊ si offeratis claudū vel languidū nōne malū est Si q̄s ꝑ totā vitā suā dn̄m suū nequiter impugnaret: ⁊ postmodū cōfectus senio seruitiū suū ei offerret: dn̄s nō multū gratanter acciperet. debemus ergo deferre deo opa ꝓclara ⁊ electa. qꝛ scriptū est Ecclesiastici. xiiij. Oē opus corruptibile in fine deficiet ⁊ qui illud opat in illo peribit. Oē opus electū iustificabit. et qui illud opat honorabit in illo. Et sic patet primū ꝓpositū videlicet q̄ opus nostrū debemus inchoare celeriter. Secūdo in incepto debemus laborare fideliter. Fideliter laborat qui opat ex affectiōe amoris. Amor eni facit opus meritoriū apud deū. ꝓpter q̄ dicit apls Roma. viij. Diligentibus deū oia coopant in bonū. Oia igit opa vr̄a in charitate fiāt. Sicut hortat apls. j. Corin. xiiij. Ut in oībus mereamur. ait etiā Gal. v. In christo ihesu neq̄ circūcisio. aliq̄d valet neq̄ preputiū. sed fides que ꝑ charitatē opat. attēde q̄ pulchra societas fidei charitatis ⁊ opis Fides eni est bonoꝝ oīuꝫ primariuꝫ fundamētū. Nā sine fide impossibile est placere deo. Hebre. xj. Fides aūt sine charitate nō valet. Sicut ait apls. j. Corin. xiij. Si habuero oēꝫ fidē ita vt montes transferā. charitatē aūt nō habuero: nihil sum. Fides etiā sine ope nō valet. Sicut docet apls Jaco. ij. Sicut corpus sine spū mortuū est. ita ⁊ fides sine opibus mortua est. ita nō valet opus. nisi fiat ex charitate. Sicut docet apls. j. Corin. xiij. Si distribuero in cibos pauperū oēs facultates. m. ⁊ si tradidero corpus meū ita vt ardeā: charitatē aūt nō habuero nihil mihi ꝓdest. Similiter nec charitas sufficit sine opere. sicut ait Greg. Amor dei nunq̄ est ociosus. opat enim magna si est. si aūt renuit operari amor nō est. Jdeo dicit b. Joh. j. ioh. iij. Nō diligamus verbo neq̄ lingua sed ope ⁊ veritate. Operatio ergo exterior meritum habet ex interiori affectione. Affectio vō ꝓbat ex opatione: sicut arbor cognoscit ex fructu. vita ex motu. semen ex germine. lapis preciosus nō ex colore sed potius ex virtute. ⁊ virtus medicine ex sanatione. Quia vō charitas primo ⁊ principaliter facit hoīeꝫ charū deo. ⁊ ꝑ cōsequens facit opus esse meritoriū. nec opus pōt placere deo nisi prius placeat operator. Jdeo btūs Johānes salubriter exhortat dicens videte vosmetipsos ne ꝑdatis q̄ operati estis. Itē fideliter laborat qui opat ex intentiōe honoris diuini. i. qui oia facit ꝓpter honorē dei. Sicut docet apls Colo. iij. Oē quodcūq̄ facitis in verbo aut in ope. oia in noīe ihesu christo facite. Et infra Quodcūq̄ facitis ex aīo operemini sicut dn̄o ⁊ nō hominibus. et Matth. v. dicit. Sic luceat lux vestra corā hoībus: vt videāt opa vestra bona. ⁊ glorificent patrē vestrū qui in celis est. Sic igit patet q̄ operari debemus ꝓpter dei gloriā. salutē ꝓpriā. edificationē ⁊ exemplū ꝓximoꝝ. Jdeo dicit apls Hebre. x. Consideremus inuicem in ꝓuocationē charitatis ⁊ bonoꝝ operum. Tertio debemus opera nostra viriliter cōtinuare. Nā operarius in vinea nō meret in sero mercedē accipere. si victe negligenter ⁊ pigre operetur. Dicit eni Jeremi. xlviij. scḋm vnā litterā. Maledictus q̄ facit opus dn̄i negligenter. Viriliter ⁊ cōstanter laborant operarii: qui cogitāt q̄ cito erit hora dimittendi opus ⁊ magnā recipiendi mercedem. Nam cōsideratio mercedis minuit vim laboris. Jdeo dicit apls. j. Corinth. xv. Fratres mei stabiles estote ⁊ īmobiles in oī ope bono semꝑ scientes qꝛ labor vester nō est inanis in dn̄o. Attende q̄ opus plus diligit paterfamilias operarii qui tarde veniēs ad opus viriliter operat. q̄ illū qui cito veniens remissius operat. sicut et dux exercitus plus diligit militē qui fugit in ꝑncipio. sed postmodū rediens cōstanter pugnat ⁊ strēnue: q̄ illū qui nunq̄ fugit nec vnq̄ strēnui militis opus egit. Nam sicut ait dn̄s Luce. xv. Maius gaudiū est in celo sup vno peccatore penitentiā agente q̄ sup nonagintanouē iustis qui nō indigent penitentia. timeant sibi negligenter agentes ⁊ tepide: ne de ore dn̄i velut abominabiles euomant. Quia scriptū est apoca. iij. Quia tepidus es incipiā te euomere ex ore meo. Quarto debemus opera nostra cōsūmare humiliter. Sane humiliter operari: ⁊ de opibus nostris hūiliter sentire debemus: qꝛ plura mala q̄ bona facimus. ⁊ qꝛ siqua bona facimus tante indeuotioni ꝑmixta sunt q̄ nō multū possumus gloriari. Jdeo ps. Imperfectū meum viderunt oculi tui. ⁊ Ysa. lxiiij. Quasi pannus menstruate omnes iusticie nostre. et qꝛ bona que agimus. nō a nobis quasi ex nobis sunt sed a deo. Sicut ait Ysa. xxvi. Oia opera nostra operatus es in nobis dn̄e. Et aplus Phil. j. Deus est qui operat in nobis ⁊ velle ⁊ perficere. Et ipsa veritas ait Johā. xv. Sine me nihil potestis facere. ergo quia a deo sunt opera nostra. necnō ⁊ ipsa voluntas operandi. ⁊ scḋm gratiā nobis datam ⁊ frequenter oblatam nobis a deo: negligenter ⁊ non satis fideliter operamur. ideo non nobis sed deo debemus gloriam attribuere. Ceterū qꝛ plerūq̄ putamus bonū opus esse. q̄ malū est vel maius esse q̄ sit: ⁊ meritoriū esse q̄ nō est vel maioris esse meriti apud deum. Jdeo in singulis operibus nostris si diligenter cōsideremus. non gloriari sed potius formidare debemus. ꝓpter q̄ dicebat Job. Verebar oia opera mea sciens q̄ nō parceres delinquenti. Et sapiens ait Ecclesiastici. x. Noli extollere te in faciendo opere tuo. Beatus quoq̄ petrus āmonet dicens. Cuꝫ metu ⁊ tremore salutē vestrā operamini. Debemus aūt opera nostra consūmare ⁊ ad finē vsq̄ perducere. Videmus eni q̄ ois artifex cum opus aliq̄ sue artis inceperit. nō cessat donec illud ad cōplementū perduxerit. Sicut ostendit sapiens in multis exemplis dicens Ecclesiastici. xxxviij. Ois faber ⁊ architectus q̄ noctē tanq̄ diē transigit cor suū dabit in similitudinē picture: ⁊ vigilia sua perficiet opus. Sic ferrari⁹ sedēs iuxta incudē ⁊ cōsiderās opus ferri. cor suū dabit in cōsūmationē operū. ⁊ vigilia ornabit in ꝑfectionē. Sic figulus sedens ad opus suū qui in sollicitudine positus est sup opus suū. in misericordia est ois opatio eius. Eodē mō pōt induci in oībus aliis. Et sicut ait dn̄s Matth. x. ⁊ xxiiij. Nō q̄ bn̄ ceperit sed qui ꝑseuerauerit vsq̄ in finē hic saluus erit. Sine ꝑseuerātia nāq̄ nec opus meritū habet. nec labor ꝑmiū. nec cursus brauiū. nec seruitiū grām. nec pena quātūcūq̄ afflictiua coronā. Sicut patet in legenda. xl. martyꝝ de illo q̄ cucurrit ad balneū ⁊ ibi deficiēs coronā perdidit preparatā. ꝑseueremus ergo in bono ope q̄ cepimus exemplo dn̄i. de quo dicit Deutro. xxij. Dei ꝑfecta sunt opa. et de seipso dicit Joh. xvij. Opus cōsūmaui q̄ dedisti mihi vt facerē. Et nūc sequit. Et ego ad te venio. ecce ergo dei filius nō ꝑuenit ad patrē nisi nostre salutis opere cōsūmato. In quo loco clarius nobis ostendit q̄ nos multominus ad patrē glorie peruenire poterimus nisi in bonis operibus perseuerantiā teneamus. Vn̄ iudeis perfidis descensum de cruce christo suadentibus dum operabat salutē in medio terre nullatenus acquieuit. ne nr̄e salutis opus relinqueret imperfectū. Ber. Dolebat sane venenati serpētis astutia exaltatū in deserto serpentē eneum. cuius intuitu aīarum nostraꝝ vulnera sanabant eo quippe tendebat maliciosa ꝑsuasio. non vt ꝑfidi iudei crederent dicētes. si rex israel est descendat nūc de cruce ⁊ credimus ei. sed nostra quoq̄ siqua esset in eum fides modis

omnibꝰ deperiret. Legētes enī dei perfecta sunt opera: quō illū fateremur deū esse: qui nostre salutis opus reliquisset imperfectū: Nos quoqꝫ si sequi volumꝰ caput nostrū non cessemꝰ agere penitētiā nō cessemus tollere crucē nostrā. ꝑseuerātes in ea: sicut ipse perseuerauit. Fiduciā habētes in dn̄o ꝙ qui cepit in nobis opus bonū perficiet. Sicut ait apl's Petrus. j. Pe. v. Deus aūt oīs grē: qui vocauit vos in eternā gloriam suam in christo iesu modicū passos: ipse perficiet: confirmabit: solidabitqꝫ: ipsi gloria et imperium in secula seculoꝝ Amen.

¶ De operū fine et fructu. DISTIN. III.

Postquā declarauimꝰ genus et speciē nostre operationis: modū et seriē nr̄e executionis: Nūc videamꝰ fructū et finē nostre intentionis. Sciēdū est autē ꝙ propter quattuor specialiter ad operandū moueri debemus. videlicet propter pericula deuitāda. propter merita cumulāda. propter delectationē internā. et propter retributionē eternā. Primo quidē operari debemꝰ propter pericula precauēda. Cū enī cor hominis ociosum esse nō possit: sed necessario circa aliquid occupet'. sicut docet Anselmus libro de similitudinibꝰ. cor hominis cōparās molendino cuius rota voluit' incessanter. si non fuerit intentū circa aliquod opus bonū. vndiqꝫ patet aditus vicioꝝ. Sane nō intentū circa vnū: quod est necessariū: nec sacris operibꝰ occupatū euagat' circa plura minꝰ vtilia et cito defluit ad nociua. Et hoc cōtingit interdum ex hostis instigatione: vel ex carnis corruptione. vel ex ipsius cordis euagatiōe. Ex hostis instigatione cōtingit vtplurimū. quia cū magnꝰ ille paterfamilias omni hora. i. mane hora tertia sexta: nona. vndecima. mittat operarios in vineam suā. Sicut scriptū est Math. xx. Quos diabolus in vinea nō operātes inuenit: ad opera sua mittit. Propter quod ait Hiero. Semper aliquid boni facito: ne te diabolus inueniat ociosum. Ex carnis vō corruptione frequēter mens hominis a spiritualibꝰ et diuinis retrahit': et in carnalibꝰ emollit' nisi sacris operibꝰ occupet'. Propter quod sapiens a carnis seruitute volens abstrahere et ad libertatē spūs eleuare: ait Ecci. xxxiij. Cibaria necessarie sustētationis: et virga castigationis. et onus operationis. asino. i. corpori. panis ne deficiat. et disciplina ne lasciuiat. et opus vt ꝑficiat seruo. i. corpori tā asini ꝙ̄ serui nominibꝰ carnē significat: que dure sustentanda est: rigide refrenanda: et in sacris operibus occupāda. Sequit': Jugū et lorū curuant collū durū. Et seruū inclināt operationes assidue. Seruo maliuolo tortura et cōpedes. mitte illū in operationē ne vacet. Multā enī malitiam docuit ociositas. Jn opere cōstitue illū: sic enī cōcedet illū. Attēde ꝙ̄ districte macerauerūt carnē suā sancti patres Johānes baptista: Benedictꝰ Antonius Hieronymꝰ: et oēs alij. Paulus specialiter de seipso testat'. Castigo inquiēs corpus meū. et in seruitutē redigo ne forte cū alijs predicauerim. ipse reprobꝰ efficiar. j. Corin. ix. Diligēter aduerte: si paulus vas electionis: qui tot terras predicādo circuiuit: tot animas ad christū cōuertit: tot et tāta pro christo sustinuit: sicut ipsemet testatur. ij. Corin. xi. Ter virgis cesus sum: semel lapidatus sum. ter naufragiū feci: nocte ac die in profundo maris fui. Et iterū: Jn laboribus plurimis: in plagis supra modū: in mortibus frequēter. et multa talia sic enumerat. Deniqꝫ raptus est in paradisum. et audiuit arcana verba: q̄ non licet homini loq̄. Si inquit ita est: ꝙ talis ac tantus castigat corpus suū et in seruitutem redigit: ne forte reprobus efficiat': Quid nos miseri dicturi sumus: qui defectibꝰ pleni sumus: qui peccata peccatis sine numero cumulamꝰ. et tn̄ carnē miserā in delicijs cōfouemꝰ. Jdeo dicit Apl's Gal. v. Qui christi sunt carnē suā crucifixerūt cū vitijs et cōcupiscētijs. Et Ro. viij. Si s'm carnē vixeritis moriemini. Ex mentis vō euagatiōe ꝓcedūt pericula. Sicut docet Sapiēs ꝓuer. xxj. Desideria occidūt pigrū noluerūt enī quicquā operari manꝰ eiꝰ: tota die cōcupiscit et desiderat. Videas hominē ociosum nūc verbis effluere: nūc rumores inquirere: nunc ludos perquirere: nunc cāpos nūc flumina: nūc nemora vagādo inaniter circuire: sonnū diligere: ciborū delicias: et vinoꝝ varietates cōcupiscere: appetere terrena. spūalia fastidire: diuersis cogitationibꝰ variari. varijs affectionibus trāsformari: oīmodis passionū trāsmutationibꝰ agitari. Et sic in eo verū est: quod dicit' Job. xx. Cogitationes varie succedunt sibi. et mens in diuersa rapitur. Secūdo operari debemus propter lucra. i. merita cumulāda siue conquirēda. Videmus enī mercatores: agricolas: et oēs artifices operari sollicite propter lucrū: et temporales diuitias acquirēdas. Quāto magis deberemus totis viribus operari. propter spūales diuitias ꝓmerendas. Jdeo hortat' Apl's Colo. iij. Ambuletis digne deo ꝑ omnia placētes: in omni opere bono fructificātes. Pēsate verba. Ambuletis inqt. i. de bono in melius ꝓficiatis. Digne deo. i. vt sitis digni deo Per oīa placētes. i. vos placeatis deo per omnia opera vestra. et ꝑ vos opera vestra placeāt deo in omni opere bono fructificātes. Nota vnaqueqꝫ arbor vnam speciem fructus ꝓfert. Sicut ait saluator Luc. vj. Vnaqueqꝫ arbor ex fructu suo cognoscitur. Neqꝫ enī de spinis colligūt ficus: neqꝫ de rubo vindemiant vuam. Sed arbor spūalis omnē fructum bonoꝝ operū ferre debet. Mirabilis esset hominibꝰ arbor vna. que oīa genera fructuū ex se ꝓduceret. Sed arbor spūalis nō est recte fructifera: nisi ex se ꝓferat fructꝰ. i. opera omniū virtutū. Sunt nāqꝫ nōnulli qui continent: sed ab opere bono torpēt. Alij multa bona opera faciunt: sed nō continēt. Sed sicut ait Grego. Nec castitas magna est sine bono opere: nec opus bonū est sine castitate. Alij cōtinēt sed nō abstinēt. Alij ecōuerso. Alij abstinēt quidē et continēt: sed ꝑ superbiā intumescūt. Alij sobrij sunt casti et humiles: sed nō compatiunt' afflictis: aut cōpatientes vel verius cōpati se dicētes: pietatē in opere nō ostēdūt Sic intellige de alijs operibꝰ virtuosis. Propter quod bene dicit Apostolus in auctoritate premissa. Jn omni opere bono fructificātes. Nota sicut mercator industrius in diuersis venaliū rerū generibꝰ mercationē suā exercet: vt in pluribꝰ lucrando diuitias suas plus augmentet: Sic spūalis mercator debet in omnibꝰ operibꝰ bonis exerceri. vt in oībus mereat'. Nā qui in omni opere bono fructificat: in omni bono abundat. Ait Sapiēs Prouerbi. xiiij. Jn omni opere bono erit abundantia. Sed quia in tēporalibꝰ abundantes vtplurimō solent carere spūalibꝰ. vel minꝰ pre ceteris abundare: Jdeo dicit Apl's. j. Thi. vj. Diuitibus huius seculi precipe nō sublime sapere. nec sperare in incerto diuitiarū. sed in deo viuo diuites fieri in operibꝰ bonis. Iste sunt vere diuitie: que et verā sufficientiā tribuūt: et ineffabiliter locupletāt animā. nec in casu necessitatis vel mortis eā deserūt. sed cū ea permanēt in eternū. Sicut dicit' Apo. xiiij. Bti mortui qui in dn̄o moriunt': opera enī illorū sequunt' illos. Vn̄ Bern. ait: Vere diuitie nō opes sunt: sed virtutes: quas secū consciētia portat: vt in perpetuū diues fiat. Sed ve filijs adam mūdana cupiditate cecatis: qui terrena sapiūt: spiritualia paruipendūt temporales diuitias totis viribus et modis omnibꝰ quibus possunt aggregāt. spūales cōtēnentes: aut operari negligūt: aut quod est lōge deterius: opera nephāda perpetrāt. vñ nudi et rei de mūdo exeunt: nihil secū preter peccata portātes. et in egestatē perpetuā incidētes. Quia scriptū est: Egestatem operata est manꝰ remissa: manus autē fortiū diuitias parat. Pensa quantam penuriā sustinebat ille diues: qui ardore gehēne ineffabiliter cruciatus: vnā guttā aque non potuit impetrare. Tertio operari debemꝰ propter delectationē internā. Omne enī virtuosam opus delectationē quandā habet annexam et qui operat' illud. delectatur in eo. Sicut ecōtrario: omne malū sequit' remorsus conscientie. Hec delectatio est quasi quedā remuneratio: sed nō plena: vel potius quedā prelibatio remunerationis future. Quis enī plantat vineam: et de fructu illius nō edit: ait Apl's. j. Corinth. ix. Nā sicut ait Sapiens Prouer. xij. Qui operat' terrā suā: satiabit' panibus. Et. xiij. Aīa operantiū impinguabit'. Et ipsa veritas ait Math. x. Dignus est operarius cibo suo. Quis aūt sit iste cibus: testat' ipse Joh. iiij. Meus cibus est: vt faciā volūtatē eius qui misit me: vt perficiā opus eius. Ad hunc cibū hortat' ipse Joh. vj dicēs: Operamini non cibū qui perit: sed qui permanet in vitā eternā. Nota ꝙ dicit permanet: quia hic inchoat'. ibi autē nō cessat: sed ꝑmanet in eternū. hic valde tenuiter pregustat'. ibi in sua plenitudine ministrat'. Quarto operari debemus propter retributionē eternā. Magnus enī paterfamilias qualibet hora mittens operarios in vineā conuētione facta cū eis ex diurno denario: facto sero dicit procuratori suo: Voca operarios: et redde illis mercedē. Paterfamilias est deus pater: christus aūt huius vinee ꝓcurator. Jn sero id est in vltima hora vite nostre vocat dn̄s operarios. nō ociosos: nō pigros: nō operarios iniq̄tatis: sed operarios veritatis. Merces que reddit' operarijs: est diurnꝰ denariꝰ. i. eterna dei visio s'm Augusti. Ad hanc mercedē acquirendā hortat' Sapiēs Ecci. vlti. Operamini opus vestrū ante tempꝰ: et dabit vobis mercedē in tpe suo. i. tēpore opportuno. Et ipse dn̄s ait Apoc. vlt. Ecce venio cito: et merces mea mecū est: reddā vnicuiqꝫ s'm opera sua. Ex his verbis intellige: ꝙ opus nostrū est breuissimū. Quod notat' cū dicit Venio cito. videlicet in sero mortis ad retribuendū. qui cito se ventvrū asserit. Breui tēpore nos inuuit operari. merces autē operis est eterna. Sicut scriptū est Ecci. xviij. Nō verearis vsqꝫ ad mortē iustificari. qm̄ merces dn̄i manet in eternū. Item opus nostrū est

lentissimū merces aūt immēsa ꝛ hoc insinuat cū dicit. merces mea idest quā me decet reddere. ipsū aūt diuini largitatis imense nō decet nisi mercedē immēsaꝫ retribuere. qꝛ ipsemet immēsus ꝛ immēsitas est ipsa merces. Sicut ait abrahe gen. xv. Noli timere ego protectoꝝ tuus sū ꝛ merces tua magna nimis. lꝫ autē hec merces in se simpliciter sit imēsa. tñ ꝓportionalit̄ reddit̄ vnicuiq; scd'ꝫ suoꝝ operū quātitatē: ꝓpter qd' ait. Reddere vnicuiq; scd'ꝫ opa sua. Et h' est q dicit apl's i. cori. iij. vnusq̄sq; ꝓpriā mercedē accipiet scd'ꝫ laborē.

De operū ꝑncipio ꝑncipali. DIS. IIII.

Ostquā declarauimus opeꝝ nostroꝝ genus ꝛ speciē modū ꝛ seriē fructū ꝛ finē. Nūc restat declarare ortū ꝛ originē. Sciendū aūt est q duplex est opeꝝ nostroꝝ origo siue ꝑncipiū. Quedā enī sūt ꝑncipia intrinseca ꝛ quedā extrinseca. Principia intrinseca sūt potētie habitus ꝛ passiōes scd'm phm. ij. ethi. Extrinseca vero principia possunt intelligi vel ex pte dei q̄ solus est actor ꝛ motor volūtatis hūane. vel ex parte obiecti. Ex parte quidē dei q̄ sol' pōt mouere principaliter ꝛ directe volūtatē hoīs ad volendū. Sumunt̄ extrinseca principia multis modis. Deus enī est operū nostroꝝ principiū: principaliter operādo. specialiter inspirādo efficaciter adiuuādo. imperialiter astringēdo ꝛ exēplariter excitādo. Primo quippe deus est operū humanoꝝ principiū principaliter operando. qꝛ causa prima plus influit in causatū q̄ causa secūda. sicut habet̄ propositione de causis. vnde omnis motus ꝛ omnis actio tam corporalis q̄ spiritualis reducitur in primum mouens. ꝛ in primū agens simpliciter quod est deus. ꝛ ideo quantūcunq; natura aliqua corporalis vel spiritualis ponatur esse perfecta naturaliter tamē non potest in actū suum procedere nisi moueatur a deo. Non solūꝫ autē ab ipso est omnis motio sicut a primo mouēte. sꝫ etiā ab ipso est omnis perfectio naturalis sicut a primo actu. Sic igit̄ omnis operatio nostra dependet a deo quātū ad duo. Uno modo īquātū ab ipso habemus omneꝫ perfectionē naturalē per quā agere possumus. Alio modo inquantū ab ipso mouemur ad agenduꝫ. propter qd' dicitur ysa. xx. Omnia opera nostra opatus es in nobis. ꝛ j. corin. xij. Ideꝫ deus qui operatur omnia in omnibus. Secundo deus est causa operum nostrorum spiritualiter inspirando. vt non solum habeamus ab eo operandi potestatem. verumetiam voluntatem. sicut dicitur phil. ij. Deus est qui operatur in nobis. ꝛ velle ꝛ perficere pro bona voluntate sua. s. q. d. hoc est ex mera bonitate sua ꝛ libera voluntate. Deus ergo sua gratuita bonitate dat nobis vt possimus bonum agere. dat etiam vt velimus. non enim sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. ij. corin. iij. Si igit̄ non sumus sufficientes ex nobisipsis bonum aliquid cogitare. multominus sufficiētes sumus velle ꝛ adhuc minus agere seu ꝑficere. Tertio deus est causa operum nostrorum virtualiter adiuuando: infundendo. s. gratiam ꝛ virtutes vt non tantū possimus nec solum vt velimus. sed etiam vt expedite faciliter ꝛ delectabiliter operemur. vnde Gal. iij. Qui tribuit nobis spiritū. i. voluntatem inspirat: vel spiritum idest gratiā spiritussancti: operat̄ ꝛ virtutes in nobis. Quarto deus est operum nostrorum causa imperialiter obligādo ꝑ legeꝫ videlicet ꝛ precepta Leui. xviij. facietis iudicia mea ꝛ precepta mea seruabitis. Sequitur. Custodite leges meas. Lex autem scripta nō est aliud q̄ explicatio legis naturalis que in cordibus nostris naturaliter est impressa. Sic ait apost. Ro. ij. cum gentes que legeꝫ non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt: ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis: quādo primū hominē queꝫ formauerat posuit deus in paradiso voluptatis: statim legeꝫ dedit ei de operando. Gen. ij. posuit eū in paradiso volup. vt operaretur. similiter post peccatū. Unde dicitur ibidem. iij. Emisit eū dominus deus de paradiso voluptatis vt operaret̄ terraꝫ de qua sumptus est. Et Joh. vj. Operamini cibuꝫ qui non perit. Et Math. xx. Conuentione facta cū operarijs ex denā. di misit eos in vineā suā. Item phil. ij. Saluteꝫ vestrā operamini. sic igit̄ deus est cā opeꝝ nostroꝝ irrefragabiliter imperādo ꝛ per legē ꝛ precepta firmiter obligādo. Quinto deus est causa operum nostrorum exemplariter informando. vnde christus deum patrē ꝛ semetipsum proponit nobis in exemplar dicens Joh. v. Pater meus vsq; mō operat̄ ꝛ ego operor. Inspice ergo ꝛ fac secundum exemplar qd' tibi monstratuꝫ est in monte Exo. xxv. Cōsiderare debemus q illud exemplar altissimū. s. deus pater q̄ lucē inhabitat inaccessibilē j. thi. vj. nobis erat improportionatū ꝛ inaccessibile. Ideo dei filius factus est homo similis nobis passibilis visibilis ꝛ accessibilis. imo valde familiaris vt nos ꝛ verbis istrueret ꝛ exēplis operū informaret: qui nos prius instruxerat ꝑ legē veterem que nimis grauis homini videbatur. Ideo dedit legem gratie valde leuē: sed q est incompabiliter maius ꝛ dulcius: seipsuꝫ totū nobis ꝑbuit in exēplar. Nullū ꝑfecto aliud exēplar poterat dare nobis: qd' nos ad operandū magis accēderet vel efficacius excitaret: qm̄ enī principes ꝛ alij maiores in ꝑplo man' apponūt ad op' minū excitāt ꝛ animāt subditos ad silr̄ operādū. Unde nee. iij. prouocatū est corꝑpl'i ad operandum qm̄. s. viderūt ꝑncipes opantes.

Ex pte vō obiecti pōt intelligi q aliquid pōt mouere volūtateꝫ ꝛ esse cā operū nostroꝝ tripliciter. Uno mō ipsum obiectū ꝑpositum appetitui sensitiuo vel etiā intellectiuo mouet aliqlr ꝛ iclinat. sic cibus excitat desideriū hoīs ad edendū. Alio mō ille qui ꝑponit vl' offert hmōi obiectū. Tertio ille qui ꝑsuadet obiectū ꝑpositū habere rationē boni quia in hoc ꝑponit obiectū propriuum voluntati qd' ostendit illud esse bonū verū vel apparēs. Primo igitur mō res sensibiles exterius apparētes mouent voluntatem hominis ad volendū bonū vel malum. sicut cōsideratio creaturarum mouet ꝛ inducit hominē ad laudandū sapiam. honorandūꝫ omnipotentiā: ꝛ amandum bonitatē creatoris: ꝛ ecōtra. delectatio q̄ inuenitur in creaturis ꝛ varietas pulchritudinis insipientib' est occasio concupiscentie ꝛ multiplicis deceptionis sicut dicit̄ sap. xiiij creature dei in odium facte sunt ꝛ in tentationē anime hominū: ꝛ in muscipulā pedib' insipientiū. Scd'o auteꝫ ꝛ tertio modo: potest homo hominem excitare vel inclinare ad bonum vel malum agendū. diabolus vero ex intentionis sue peruersitate nititur ꝛ intendit inducere ad peccatū vel offerendo aliquid appetibile sensui vel ꝑsuadēdo rationi. Inter principia intrinseca q de sunt potentie: habitus ꝛ passiones. de solis passionibus fiet hic consideratio qꝛ de potentijs anime tractare nō intendimus in hoc libro. De habitibus vero virtutum aliqui sunt acquisiti ex actibus: ꝛ aliq̄ diuinitus sunt infusi: habitus acquisiti sūt intrinseca principia actuum humanorum. habitus autem infusi inter extrinseca principia computantur pro eo q ab extrinseco infunduntur. Quia igitur principalis intentio theologice cōsiderationis est agere de virtutibus infusis q de nobis infundunt̄ a deo ꝛ hominem ordināt ad supernaturalē beatitudineꝫ ꝛ eternā. ideo de virtutibus acquisitis nihil dicemus ad presens sed infra cum de infusis agemus. Primo itaq; considerandum est de principijs intrinsecis actuum humanorum. secūdo de principijs extrinsecis.

De operum principio intrinseco. DIS. V.

E principijs intrinsecis actuū humanoꝝ i. passionibus anime. Primo considerandum est in generali. Secūdo in speciali. In generali quattuor consideranda sunt. Primo quidē de subiecto earū. Secūdo de differentijs earum. Tertio de bonitate ꝛ malicia earum. Quarto de ordine earum adinuicē. Circa primuꝫ consideranda sunt tria. Primo vtrum passiones sint in anima ꝛ quomodo. Scd'o q in parte appetitiua mag' q̄ in parte apprehensiua. Tertio q sunt in appetitu sensitiuo mag' q̄ in intellectiuo. Ad primū patet scd'ꝫ phm in tertio ethi. In anima sunt tria. potentie passiones ꝛ habitus. Sciendū autem q pati dicit̄ dupliciter. Uno modo cōmuniter sm̄ q omne recipere est pati etiam si nihil abijciatur a re. sicut si dicatur aerem pati quādo illuminatur. hoc autem magis proprie est perfici q̄ pati. Alio modo dicit̄ pati proprie qm̄ aliquid recipit̄ cū alterius abiectione. Sed hoc cōuenit dupliciter. Uno mō qm̄ abijcit̄ q nō est conueniens rei. sicut cuꝫ corpus aīalis sanat̄ dicit̄ pati: qꝛ recipit sanitatē egritudie abiecta. Alio mō qm̄ ecōuerso sic egrotare dicit̄ pati: qꝛ recipit̄ infirmitas sanitate abiecta: ꝛ hic ē ꝑprissim' modus passionis. Nā pati dicit̄ ex eo q aliquid trahit̄ ad agendū: q aūt recedit ab eo q ē sibi ꝯueniēs maxie videt̄ ad aliud trahi: ꝛ silr̄ in pri° de generatiōe dicit̄ q qm̄ ex ignobiliori generat̄ nobili' est generatio simplr̄: ꝛ corruptio sm̄ quid. Econuerso aūt qm̄ ex nobiliori generatur ignobili' ex his trib' modis ꝯtingit eē passionē in aīa. nā scd'm receptionē tm̄ dicit̄ q sentire ꝛ intelligē est qdā pati. passio auteꝫ cū abiectiōe nō est nisi scd'm trāsmutationē corporalē. vn̄ passio ꝑprie dicta nō pōt ꝯpetere anime nisi ꝑ accidēs inquātū. s. ꝯpositum patit̄: sed in hoc ē diuersitas. Nā qm̄ huiusmodi trāsmutatio fit in deterius mag' ꝑprie hꝫ nomē passiōis q̄ qm̄ fit i meli'. vn̄ tristicia mag' ꝑprie est passio q̄ leticia. Ad scd'm. s. q passiones habent esse in parte aīe appetitiua magis q̄ in apprehensiua. Sciendūꝫ q sic Aug. dicit. ix. de ciuita. dei. Motus animi quos greci pathe. nostri aūt quidam vt Cicero perturbationes. quidam affectiones vel affectus. qdā vero sicut in greco expressius passiōes vocant. Ex quo patet q passiōes idem sunt qd' affectiones: sed affectiones manifeste pertinent ad partē appetitiuā ꝛ non ad apprehensiuā. In nomine enī passionis importat̄ q patiens trahatur ad id qd' est agentis magis autē trahitur anima ad rem per vim appetitiuam. q̄ ꝑ vim

apprehensiuam. Nam per vim appetitiuam anima habet ordinem ad ipsas res vt prout in seipsis sunt. vt phs dicit in. vj. metha. ꝙ bonū ⁊ malū que sunt obiecta appetitiue potentie sunt in ipsis rebus vis autē apprehensiua nō trahitur ad rē. ſm ꝙ in seipsa est sed cognoscit eā ſm intentionē rei quā in se hꝫ vel recipit ſm propriū modum. vnde ⁊ ibidem dicitur ꝙ verū ⁊ falsū que ad cognitionē pertinent nō sunt in rebus sed in mente. Unde patet ꝙ ratio passiōis magis inuenit̄ in parte appetitiua ꝙ̄ in parte apprehēsiua. hoc autem cōtrario modo se habet in his que pertinent ad perfectionē ⁊ in his que pertinent ad defectū. Nā in his que pertinent ad perfectionē attendit̄ intensio per accessum ad vnū primū principiū. quia quāto aliquid est propinquius tanto est magis intensum. sicut intensio lucidi attendit̄ per accessū ad aliqd summe lucidū cui quāto ad aliqd magis appropinquat. tāto est magis lucidū. Sꝫ in his que ad defectū pertinent attenditur intensio nō per accessum ad aliquod summū. sed per recessum a perfecto: quia in hoc ratio priuationis ⁊ defectus consistit. ⁊ ideo quāto minus recedit a primo tāto est minus intensum ⁊ propter hoc semper in principio inuenitur paruus defectus q̄ postea procedēdo magis multiplicat̄. passio autē ad defectū pertinet qꝛ est alicuius ſꝫ ꝙ est in potētia. vnde in his que appropinquant primo pfecto. s. deo inuenit̄ parū de ratiōe potentie ⁊ passionis in alijs aūt ɔuenienter plus ⁊ sic etiaꝫ in priori vi anime. s. in apprehēsiua inuenit̄ minus de ratione passiōis. Licet tamē passio proprie loquēdo fiat ſm aliquā transmutationē corporalē transmutatio autē corporalis fieri pōt tam in parte anime apprehensiua ꝙ̄ in appetitiua qꝛ vtraqꝫ alligata est organo corporali nihilominus tamē huiusmodi trāsmutatio pōt dupliciter fieri q̄a organū corporale pōt dupliciter trāsmutari. Uno modo trāsmutatione spirituali. scd̄m ꝙ recipit intentiōeꝫ rei. ⁊ hoc per se inuenitur in actu apprehensiue virtutis sensitiue. sicut oculus immutat̄ a visibili nō ita ꝙ coloret̄ sed ita ꝙ recipiat intentionē coloris. Est autem alia materialis trāsmutatio organi prout organū transmutat̄ q̄tum ad suā naturalē dispositionē. puta ꝙ calefit aut infrigidat̄ vel alio simili modo transmutat̄. Et huiusmodi transmutatio per accidens se hꝫ ad actū apprehensiue virtutis sensitiue. puta cū oculus fatigatur ex forti intuitu vel dissoluit̄ ex vehemētia visibilis. sꝫ ad actum appetitus sensitiui per se ordinat̄ huiusmodi trāsmutatio. vnde in diffinitiōe motuū appetitiue partis materialiter ponit̄ aliqua materialis transmutatio organi. sicut dicit̄ ꝙ ira est accēsio sanguinis circa cor. vn̄ pꝫ qḋ rō passiōis magis inuenit̄ in actu sensitiue appetitiue ꝙ̄ i actu sensitiue virtutis apphēsiue. lꝫ vtraqꝫ sit actus organi corporalis. Ad tertiū. s. ꝙ passio magi' hꝫ fieri i appetitu sensitiuo ꝙ̄ i appetitu itellectiuo qḋ est volūtas. qꝛ passio sicut dictū ē, ꝓprie inuenitur vbi est trāsmutatio corporalis que quidem inuenit̄ in actibus appetitus sensitiui nō solū spiritualis. sicut est in apprehēsione sensitiua sꝫ etiā naturalis. In actu aūt appetitus itellectiui nō reqritur aliqua transmutatio corporalis qꝛ huiusmodi appetitus nō est virtus alicui' organi. Unde patet qḋ ratio passiōis magis proprie inuenitur in actu appetitus sensitiui ꝙ̄ intellectiui. propter qḋ damascenus describens aiales passiones in scd̄o libro dicit. passio est motus appetitiue virtutis sensibilis in imaginatiōe boni vel mali.

¶ De passionū differētia. DIS. VI.

Deinde considerandum est de differentia passionum adinuicem. Et circa hoc considerāda sunt tria. Primo ꝙ passiōes que sunt in vi ɔcupiscibili specie differunt ab his que sunt in irascibili. Secundo quomodo fit contrarietas in passionibus irascibilis. Tertio ꝙ in eadem potentia possunt esse passiones specie differentes ⁊ nō cōtrarie adinuicem. Ad primum dicendum quod passiones que sunt in irascibili specie differunt ab his que sunt in concupiscibili. Cum enim diuersarum potentiarum diuersa sint obiecta. necesse est ꝙ passiones diuersarum potentiarum ad diuersa obiecta referantur. vnde multomagis passiones diuersarum potentiarum specie differunt. maior enim differentia obiecti requiritur ad diuersificandum speciem potentiarum ꝙ̄ ad diuersificandum specieꝫ passionum vel actuum. Sicut enim in naturalibus diuersitas generis consequitur diuersitatem potentie materie. diuersitas autem speciei diuersitatem forme in eadem materia. Ita in actibus anime actus ad diuersas potentias pertinentes sunt non solum specie sed ⁊ genere diuersi. actus autem vel passiones respicientes diuersa obiecta specialia comprehensa vel vno obiecto vnius potentie differunt. sicut species illius ad cognoscendum ergo que passiones sint in irascibili. ⁊ que in concupiscibili oportet assumere obiectum vtriusqꝫ potentie. Obiectum autem potentie concupiscibilis est bonum vel malum sensibile simpliciter acceptuꝫ qḋ est delectabile vel dolorosum Sed quia necesse est ꝙ interdum anima difficultateꝫ vel pugnam patiatur in adipiscendo aliquod hm̄oi bonū vel in fugiendo aliquod huiusmodi malū inquātū hoc est quodāmodo eleuatum supra talem facilē potestatē animalis. Ideo ipsum bonum vel malū ſm ꝙ habet rōnē ardui vel difficilis est obiectū irascibil. Quecunqꝫ ergo passiones respiciunt bonū vel malum absolute ptinent ad concupiscibilē: vt gaudium tristicia amor odium ⁊ similia Quecunqꝫ vero passiōes respiciunt bonū vel malū sub ratione ardui prout ē adipiscibile vel fugibile cū aliqua difficultate pertinēt ad irascibilem: vt audacia timor: spes ⁊ huiusmodi: ⁊ quia adhuc vis irascibilis est animalibus vt per eam tollantur impedimenta q̄bus concupiscibilis in suū obiectum tendere prohibetur vel ꝓpter difficultatem boni adipiscendi vel propter difficultatē mali superandi. ⁊ ideo passiones irascibilis omnes terminant̄ ad passiones concupiscibilis: ⁊ scd̄m hoc etiam passiones que sunt in irascibili consequitur gaudium ⁊ tristicia que sunt in concupiscibili. Ad scd̄m. s. qualiter fit contrarietas in passionibus q̄ sunt in irascibili: dicendū ꝙ cū passio sit quidā motus animi vt dictū est oportet cōtrarietatē passionū accipere scd̄m contrarietatē motuū vel mutationū. Est aūt duplex cōtrarietas in mutatiōibus vel motibus: vt dicitur in. v. phisi. vna quidē ſm accessum ⁊ recessuꝫ ab eodē termino. que quidē cōtrarietas est ꝓprie mutationū id est generatiōis q̄ est mutatio ad esse ⁊ corruptionis q̄ est mutatio ab esse. Alia aūt scd̄m cōtrarietatē terminorū. que proprie cōtrarietas est motuū sicut dealbatio que est motus a nigro in albū: opponit̄ denigrationi q̄ est motus ab albo in nigrū. sic igit̄ in passionib' aīe duplex ɔtrarietas inuenit̄. vna quidē scd̄m contrarietatē obiectoꝝ. s. boni ⁊ mali. alia vero scd̄m accessuꝫ ⁊ recessum ab eodē termino. in passionib' quidem cōcupiscibilis inuenit̄ prima ɔtrarietas tm̄. q̄. s. est scd̄m obiectū. in passionibus aūt irascibilis inuenit̄ vtraqꝫ. cui' ratio est obiectū concupiscibilis est bonū vel malū sensibile absolute. bonū autē inquātū bonū nō pōt esse terminus vt a quo sed solū vt ad quē: qꝛ nihil refugit bonū inquantū bonū sed oīa appetunt ipsuꝫ. silr̄ nihil appetit malū inquantū huiusmodi: sed oīa fugiunt ipsum: ⁊ ꝓpter hoc malū non habet rōnē termini ad quē: sed soluꝫ termini a quo. Sic igitur oīs passio ɔcupiscibilis respectu boni est vt ad ipsum. sicut amor desideriū ⁊ gaudiū: oīs vero passio ei' respectu mali est vt ab ipso sicut odium. fuga seu abominatio ⁊ tristicia. vnde in passionibus ɔcupiscibilis nō pōt esse cōtrarietas scd̄m accessuꝫ ⁊ recessuꝫ ab eodē obiecto. Sed obiectū irascibilis est sensibile bonū vl̄ malū nō quidē absolute: sed sub rōne difficultatis vel arduitatis vt dictū est. Bonū aūt arduū siue difficile habet rōnē: vt in ipsum tendatur inquantū est bonū qḋ ptinet ad spei passionē ⁊ vt ab ipso recedat̄ inquantū est arduū vel difficile qḋ pertinet ad passionē desperationis. silr̄ malū arduū habet rationē vt vitetur inquantū est maluꝫ ⁊ hoc pertinet ad passionē timoris. Habet enim rōnē vt in ipsuꝫ tēdatur sicut in quoddā arduum ꝙ. s. aliqd euadit abiectionē mali. ⁊ sic tēdit in ipsuꝫ audacia. inuenit̄ ḡ in passionibus irascibilis ɔtrarietas scd̄m ɔtrarietatē boni ⁊ mali sicut inter spem ⁊ timorē: ⁊ iterum scd̄m accessuꝫ ⁊ recessuꝫ ab eodē termino sic̄ iter audaciā ⁊ timorē.

Ad tertiū. s. ꝙ in eadē potētia pōt esse passiones specie differentes ⁊ nō ɔtrarie ad inuicē. sciēdū ꝙ passiōes scd̄m actum differunt q̄ sunt obiecta passionū aīe. differētia aūt actiuoꝝ pōt attēdi dupliciter. vno modo ſm speciē vel naturā ipsorū actiuoꝝ sicut ignis differt ab aq. Alio mō scd̄m diuersam virtutē actiuā. diuersitas autem actiui vel motiui quātū ad virtutē mouendi accipi pōt in passiōib' anime ſm similitudinē agentiū naturaliū. Omne enī mouens trahit quodāmodo ad se patiens vel a se repellit. Trahēdo quidē ad se tria facit in ipso. Nā primo quidē dat ei inclinationē vel aptitudinē vt in ipsum tendat. sicut cū corpus leue qḋ est sursuꝫ dat leuitatē corpori generato ꝑ quā habet inclinationē ⁊ aptitudinē ad hꝫ qḋ sit sursum. Secūdo si corpus generatū extra locū propriū dat ei moueri ad locū. Tertio dat ei quiescere in locū cū peruenerit qꝛ ex eadem causa aliquid quiescit in loco per quā mouebat̄ ad locū: ⁊ silr̄ intelligendū est de causa repulsiōis. In motibus aūt appetitiue ptis bonū hꝫ quasi virtutē attractiuā. malū aūt vtutē repulsiuā. Bonuꝫ ergo primo quidē in potētia appetitiua causat quādā inclinationē seu appetitudinē seu ɔnaturalitatē ad bonū qḋ pertinet ad passionē amoris cui per cōtrariū rn̄det odiū ex parte mali. Secūdo si bonū sit nondū habitū dat ei motū ad assequendū bonum amatum ⁊ hoc pertinet ad passionē desiderij vel concupiscentie ⁊ ex opposito ex pte mali est fuga vel abominatio Tertio cū adeptum fuerit bonum dat appetitus quietatiōeꝫ quandā in ipso bono adepto ⁊ hoc

pertinet ad delectationē quādā vel gaudiū cui opponitur ex parte mali dolor vel tristicia. In passionibus aūt irascibilis presupponit̄ quedā appetitudo vel inclinatio ad perquirendū bonū vel fugiendū malū ex cōcupiscibili que absolute respicit bonū vel maluʒ ⁊ respectu boni nondū adepti est spes ⁊ desperatio respectu aūt mali nondū nocētis est timor ⁊ audacia. respectu autē boni adepti nō est aliqua passio in irascibili qꝛ iā nō habet rationē ardui vt dictū est. sꝫ ex malo iam iniacēte sequit̄ passio ire. Sic igit̄ patet ꝙ sunt quattuor coniugatiōes in cōcupiscibili. s. amor ⁊ odiū desideriuʒ ⁊ fuga gaudiū ⁊ tristicia delectatio ⁊ dolor. Similiter in irascibili sunt tres s. spes ⁊ desperatio. timor ⁊ audacia ⁊ ira cui nulla passio opponit̄. hoc aūt singulare est ire ꝙ nō habeat ꝯtrariū. non enim pōt habere ꝯtrariū neq; sm̄ accessum neq; sm̄ recessum. neq; sm̄ cōtrarietateʒ boni vel mali. causatur enim ira ex malo difficili iaʒ iniacēte ad cuius presentiā necesse est ꝙ aut appetitus succumbat ⁊ sic nō erit terminus tristicie que est passio concupiscibilis aut habet motū ad inuadendū malū lesiuū qd̄ pertinet ad iram. motū autē ad fugienduʒ habere nō potest quia iam malum ponitur esse presens vel preteritum ⁊ sic motui ire nō cōtrariatur aliqua passio scd̄m cōtrarietateʒ accessus ⁊ recessus. similiter etiā neq; scd̄m cōtrarietatē boni. quia malo iam iniacenti opponitur bonū iam adeptū qꝛ iam non potest habere rationem ardui vel difficilis. nec post adeptionē boni remanet alius motus nisi quietatio appetitus in bono adepto quo pertinet ad gaudiū qd̄ est passio cōcupiscibilis. vnde motus ire non potest habere aliquem motum anime contrariū. sed solūmodo opponitur ei cessatio a motu. Sicut philosophus dicit in sua rethorica. ꝙ mitescere opponit̄ ei qd̄ est irasci. ꝙ nō est oppositū cōtrarie. sed negatiue vel priuatiue. Sunt igit̄ omnes passiones differētes. xi. s. octo in concupiscibili ⁊ quinq; in irascibili sub quibus omnes passiones anime continent̄. puta verecūdia sub timore. zelus sub amore. inuidia sub tristicia. misericordia sub dolore.

¶ De passionū aīe bonitate ⁊ malicia. DIS. VII.

Einde ꝯsiderādū est de bono ⁊ malo circa passiōes. Et circa hec vidēda sunt quattuor. Primo vtrum bonū ⁊ malum morale possit in passionibus inueniri. Scd̄o vtrum oīs passio aīe sit mala moraliter. Tertio vtrum passio addat vel minuat ad bonitatē vel maliciā actus moralis. Quarto vtruʒ aliqua passio sit bona vel mala ex sua specie. Ad primum. s. vtrū bonū vel malum morale possit in passionibus inueniri. dicendū ꝙ passiones anime possunt ꝯsiderari dupliciter. vno modo sm̄ se. ⁊ sic non sunt bone vel male moraliter. sed sunt cōmunes hoībus ⁊ brutis. vnde dicit philosophus. ij. eth. ꝙ passionibꝰ nō laudamur neq; vituperamur. Alio modo possunt ꝯsiderari scd̄m ꝙ subiacent imperio rationis ⁊ volūtatis ⁊ sic est in eis bonū ⁊ malum morale propinquior eni est appetitus sensitiuus ipsi rationi ⁊ voluntati q̄ membra exteriora: quorum tamē motus ⁊ actus sunt boni vel mali moraliter sm̄ ꝙ sunt voluntarii. vnde multomagis ⁊ ipse passiōes scd̄m ꝙ sunt voluntarie possunt dici bone vel male moraliter. dicuntur aūt voluntarie vel ex eo ꝙ a voluntate nō prohibent̄. vel etiā ex eo ꝙ a volūtate imperant̄. ⁊ sic nō sunt cōmunes hoībꝰ ⁊ bestiis sꝫ sunt hominū proprie. ⁊ possunt fieri laudabiles vel vituperabiles. licet enim nō laudet̄ vel vituperetur qui timet vel irascit̄ absolute loquēdo tamē qui aliqualiter. s. scd̄m rationē vel preter rationē. Ad scd̄ʒ scilicet. vtrū omnis passio anime sit mala moraliter. dicendū ꝙ circa hanc questionē diuersa fuit sententia stoycorum ⁊ peripateticoruʒ. Nam stoyci dixerūt omnes passiones esse malas. peripatetici vero dixerunt passiones moderatas esse bonas que quidem differentia licet magna videatur secundum vocem: tamen secundū rem vel est parua vel nulla. si quis vtrorumq; intentiones consideret. stoyci enim non discernebant inter sensum ⁊ intellectum ⁊ per consequens nec inter intellectiuum appetitum ⁊ sensitiuum vnde non discernebant passiones anime a motibus voluntatis secūdū hoc qd̄ passiones anime sunt in appetitu sensitiuo. Simplices autem motus voluntatis secundū hoc qd̄ passiones anime ⁊ voluntatis sunt in intellectiuo. Sed oēʒ rationalem motum appetitiue partis vocabant voluntatem. passionem autem dicebant motum progredientem extra limites rationis. Et ideo eorꝫ sententiā sequēs tulius in iii. li. de tusculanis questionibus omnes passiones anime vocat morbos. ex quo argumētat̄ ꝙ q̄ morbosi sunt. sani nō sūt. ⁊ q̄ sani nō sunt: isipiētes sūt vn̄ ⁊ isipiētes insanos dicimus. Peripatetici vero omnes motus appetitus sensitiui passiones vocant. vnde eas bonas existimant cuʒ sunt a ratione moderate. malas autem cum sunt preter moderationem rationis. ex quo patet ꝙ tulius in eodem libro peripateticorum sententiam (quia approbauit mediocritates passionum) inconuenienter improbat dicens ꝙ omne malum etiā mediocre vitandū est. nā sicut corpus etiā si mediocriter egrotat sanū non est sic ista mediocritas morbor vel passionum anime: non eni passiones dicunt̄ morbi vel perturbationes anime. nisi cum carēt moderatione rationis.

Ad tertium. s. vtrum omnis passio aīe addat vel minuat ad bonitatem vel maliciā actus moralis: dicenduʒ ꝙ stoyci sicut ponebant omnē passionē anime esse malā. ita ponebāt ꝯuenienter omnē passionē anime diminuere actus bonitatē. Omne eniʒ bonū ex ꝑmixtione mali: vel totaliter tollitur: vel fit minus bonū: ⁊ hoc quidē verū est si dicamus passiones anime solū inordinatos motus appetitus sensitiui prout sunt perturbatiōes vel egritudines: sed si passiones simpliciter nominemus oēs motus appetitus sensitiui sic ad perfectionē humani boni pertinet ꝙ etiā ipse passiones sint moderate ꝑ rationē. Cū enim bonū hominis consistat in ratione sicut in radice tanto illud bonū erit perfectius quāto ad plura que homini conueniunt diriuari potest. vnde nullus dubitat quin ad perfectionē boni moralis pertineat ꝙ actus exteriorū membrorū per ratiōis regulaʒ dirigant̄: vnde cū appetitus sensitiuus possit obedire rōni vt dictum est: ad perfectionē moralis siue humani boni pertinet: ꝙ etiaʒ ipse passiones anime sint regulate per rationē. Sicut igitur melius est ꝙ homo ⁊ velit bonū ⁊ faciat exteriori actu ita etiaʒ ad perfectionem boni moralis pertinet ꝙ homo ad bonū moueatur: nō soluʒ sm̄ voluntatē: sed etiā scd̄m appetitū sensitiuū secundū ꝙ in psal. dicitur. Cor meū ⁊ caro mea exultauerūt in deuʒ viuū: vt cor accipiamꝰ pro appetitu itellectiuo: carnē aūt pro appetitu sensitiuo. Unde notandū qd̄ passiōes anime dupliciter se possunt habere ad iudicium rationis. Uno modo antecedenter ⁊ sic cū obnubilent iudiciū rationis ex quo dependet bonitas moralis actus diminuūt actus bonitatem: laudabilius enim ē ꝙ ex iudicio ratiōis aliquis faciat opꝰ charitatis q̄ ex sola passione aīe. alio modo se habent consequenter: ⁊ hoc dupliciter. vno modo per modū redundantie. quia. s. cū superior pars anime intense mouetur in aliquid. sequitur motū eius etiā pars inferior: ⁊ sic passio existens consequenter in appetitu sensitiuo ē signū intētiōis volūtatis: ⁊ sic indicat bonitatē moralē maiorē. Alio mō ꝑ modū electiōis. qñ. s. hō ex iudicio rationis eligit affici aliqua passione vt ꝓmptius operetur cooperante appetitu sensitiuo: ⁊ sic passio anime addit ad bonitatē actionis. Ad quartū scilicet vtrū aliqua passio anime sit scd̄m se bona vel mala ex sua specie. dicendū ꝙ species actus vel passionis dupliciter pōt considerari: vno mō scd̄m ꝙ est in genere nature ⁊ sic bonū vel malū morale non ptinet ad speciem actus vel passionis. alio mō scd̄m ꝙ pertinent ad genus moris. prout. s. ꝑticipant aliquid de voluntario ⁊ de iudicio rationis ⁊ hoc mō bonū ⁊ malum morale possunt ptinere ad speciem passionis sm̄ ꝙ accipitur vt obiectum passiōis aliquid de se cōueniens rationi vel dissonum a ratione. Sicut patet de verecundia que est timor turpis ⁊ de inuidia que est tristicia de bono alterius. sic enim pertinent ad speciem exterioris actus.

¶ De passionum anime ordine. DIS. VIII.

Einde ꝯsiderandū est de ordine passionum ad inuicem. Et circa hec videnda sunt quattuor. Primo de ordine passionum irascibilis ad passiones concupiscibilis. Secundo de ordine passionū cōcupiscibilis adinuicem. Tertio de ordine passionum irascibilis adinuicem. Quarto de quattuor principalibꝰ passionibꝰ. Ad primuʒ dicendum ꝙ passiones concupiscibilis ad plura se habent q̄ passiones irascibilis. in passionibus concupiscibilis inuenitur aliquid ꝑtinēs ad motū sicut desideriū: ⁊ aliquid ꝑtinēs ad quietē. sicut gaudiū ⁊ tristicia: sed in passionibus irascibilis nō inuenitur aliquid ꝑtinens ad quietē sed solū pertinēs ad motū. cuius ratio est quia id in quo iam quiescit̄ nō habet rōnē difficilis seu ardui qd̄ est obiectū irascibilis. quies autē cū sit finis motus est prior in intentione: sed est posterior in executiōe. si ergo cōparent̄ passiones irascibilis ad passiōes cōcupiscibilis q̄ signāt quietē in bono. manifeste videt̄ ꝙ passiones irascibilis precedunt ordine executiōis huiusmodi passiones ꝯcupiscibilis. sicut spes precedit gaudium. vnde ⁊ causat ipsū scd̄m id apl̄i. Ro. xii. Spe gaudentes: sed passio concupiscibilis importans quieteʒ in malo. s. tristicia. mediaʒ inter duas passiones irascibilis. Sequitur enim timorem. cum eniʒ occurrerit malum qd̄ timebatur causatur tristicia. precedit autem motum ire: quia cum ex tristicia precedente aliquis in vindictam insurgit hoc pertinet ad motum ire: ⁊ quia rependere vicem malis apprehenditur vt bonuʒ cum iratus hic consecutus fuerit gaudet ⁊ sic malum est ꝙ oīs passio irascibilis terminatur ad passionem concupiscibilis pertinentē

ad quietē.s.vel ad gaudiū vel ad tristiciam.sʒ si comparent͛ passiones irascibilis ad passiones cōcupiscibilis que important motū.sic manifeste passiōes cōcupiscibilis sunt priores eo ꝙ passiōes irascibilis addūt supra passiōes cōcupiscibilis:sicut etiā obiectū irascibilis addit supra obiectū cōcupiscibilis arduitatē siue difficultatem. Spes enim supra desideriū addit quēdā conatū ⁊ quādā eleuationem animi ad consequendū bonū arduū.⁊ similiter timor addit super fugam seu abominationē quandā depressionez animi propter difficultatem mali.sicut ergo passiones irascibilis medie sunt inter passiones cōcupiscibilis que important motum in bonū vel malū.⁊ inter passiōes cōcupiscibilis que important quietē bono vel malo.⁊ sic patet ꝙ passiones irascibilis ⁊ principiuʒ habent a passionibus concupiscibilis ⁊ in passiones ꝯcupiscibilis terminant͛. Ad scd̄m.s.de ordine passionū cōcupiscibilis ad inuicē.dicēdū ꝙ obiectuʒ cōcupiscibilis sunt bonū ⁊ malū.naturaliter autē bonū est prius malo.eo ꝙ malū est priuatio boni.vnde omnes passiones quarū obiectum est bonuʒ naturaliter sunt priores passionibus quarū obiectuʒ est malum.vnaqueqʒ.s.sua opposita.quia enim queritur bonū ideo refutatur oppositū malum.bonū autē habet rationez finis qui quidē est prior in intentione sed posterior in consecutione potest ergo ordo passionum concupiscibilis attēdi.vel sm̄ intentionem.vel sm̄ consecutionē.Secundū quidē consecutionez illud est prius quod primo fit in eo qd̄ tendit ad finem. manifestū est autez ꝙ omne quod tendit ad finem aliquem primo quidem habet aptitudinem seu proportionem ad finem.nihil enim tendit ad finez nō proportionatum. secundo mouetur ad finem. tertio quiescit in fine post eius consecutionem ipsa autem aptitudo seu proportio appetitus ad bonum est amor qui nihil est aliud ꝙ̄ complacentia boni.motus autē ad bonū est desideriū vel concupiscentia.quies autez in bono est gaudiū vel delectatio.⁊ ideo sm̄ hunc ordinez amor precedit desideriū.⁊ desideriū precedit delectationē.sed sm̄ ordinē intentionis est econuerso nam delectatio intenta causat desideriuʒ ⁊ amorē.delectatio enim est fruitio boni que quodāmodo est finis sicut ⁊ ipsum bonum vt dictum est. Ad tertium.s.de ordine passionum irascibilis.dicendum ꝙ sicut iam dictum est omnes passiones irascibilis important motum ad aliquid.motus autem ad aliquid in irascibili potest causari ex duobus.vno modo ex sola aptitudine seu proportiōe ad finē que pertinet ad amorē vel odiū. Alio modo ex presentia ipsius boni vel mali que pertinet ad tristiciā vel gaudiū:⁊ quidē ex presentia boni non causatur aliqua passio in irascibili vt dictū est.sʒ ex presentia mali causat͛ passio ire.quia igit͛ in via generationis seu consecutionis proportio vel aptitudo ad finē precedit ꝯsecutionē finis inde est ꝙ ira inter oēs passiōes irascibilis est vltima in ordine generationis.inter alias aūt passiōes irascibilis ꝗ̄ importāt motū ꝯsequētē amorē vel odiū boni vel mali.oportet ꝙ passiōes quaꝝ obiectū est bonū sicut spes ⁊ desperatio sint naturaliter priores passionibus quaꝝ obiectū est malū.s.audacia ⁊ timore.ita tamē ꝙ spes est prior desperatiōe ꝙ spes est motus in bonū sm̄ rationē boni qd̄ de sua ratiōe est arbitratiuū.⁊ ideo est motus in bonū p̱se. desperatio aūt est recessus a bono nō sm̄ ꝙ est bonū.sʒ scd̄ʒ aliqd aliud.vnde est quasi p̱ accidēs ⁊ eadē ratiōe timor cū sit recessus a malo est prior ꝙ̄ audacia ꝙ aūt spes ⁊ desperatio sint naturaliter priores ꝙ̄ timor ⁊ audacia.ex hoc manifestū est ꝙ sicut appetitus boni est ratio quare vitet͛ malū.ita etiaʒ spes ⁊ desperatio sunt ratio timoris ⁊ audacie.nā audacia cōsequit͛ spem victorie ⁊ timor ꝯsequit͛ desperationē vincēdi.ira aūt ꝯsequit͛ audaciā.nullus enī irascit͛ vindictā appetēs nisi audeat vindicare.sm̄ ꝙ Auicē.dicit in.vi.de naturalibus.sic ergo patet ꝙ spes est prima inter oēs passiōes irascibilis.⁊ si ordinē omniū passionū sm̄ viam generationis scire velimus.primo occurrunt amor ⁊ odiuʒ.scd̄o desideriū ⁊ fuga.tertio spes ⁊ desperatio.quarto timor ⁊ audacia.quinto ira.sexto ⁊ vltimo gaudiū ⁊ tristicia que cōsequuntur ad omnes passiones vt dicitur in scd̄o ethi. Ita tamē ꝙ amor est prior odio ⁊ desiderium fuga ⁊ spes desperatione.⁊ timor audacia.⁊ gaudiuʒ ꝙ̄ tristicia vt ex predictis colligi potest. Ad quartum scilicet de quattuor principalibus que sunt spes ⁊ timor gaudium ⁊ dolor.dicendum ꝙ he quattuor passiones conuenienter principales esse dicuntur:quarum due scilicet gaudium ⁊ tristicia principales dicuntur.quia sunt finales ⁊ completiue simpliciter respectu omniuʒ passionum.vnde ad omnes passiones sequuntur vt dicitur in libro.ij. ethicorum.timor autez ⁊ spes sunt principales non quidē ꝙ̄si completiue simpliciter.sed quia sunt completiue in genere motus appetitiui ad aliquid. Nā respectu boni incipit motus in amore ⁊ procedit in desideriū ⁊ terminat͛ in spe.respectu vo mali īcipit in odio ⁊ procedit ad fugam ⁊ terminatur in timore. ⁊ solet harum quattuor passionum numerus accipi sm̄ differentiam presentis ⁊ futuri:motus enim respicit futurum:sed quies in aliquo presenti:de bono igitur presenti est gaudium.de malo presenti est tristicia.de bono vero futuro est spes de malo futuro est timor.omnes enim alie passiōes que sunt de bono vel malo p̄nti vel futuro ad has completiue reducuntur.vnde etiam a quibusdam dicuntur principales he predicte quattuor passiones quia sunt generales qd̄ quidem verum est.si spes ⁊ timor designant motum appetitus conuenienter tendētem ad aliquid appetendum vel fugiendum.

¶ De amore. DIS. IX.

Einde ꝯsiderandū est de passionibus anime in speciali:⁊ primo de passionibus cōcupiscibilis.deinde de passiōib⁹ irascibilis. Inter omnes autem passiones primo dicendū est de amore ⁊ odio. Secūdo de desiderio ⁊ fuga seu abominatione. Tertio de delectatiōe ⁊ dolore. Quarto de gaudio ⁊ tristicia. Circa amorē considerandu sunt tria.primo de ipso amore.scd̄o de cā amoris.tertio de effectibus eius. Circa primū consideranda sunt qnqʒ. primo ꝙ multiplex est genus amoris.scd̄o vtrum amor sit in concupiscibili.tertio vtrum amor sit passio.quarto de differentia inter amorem ⁊ dilectionem.quinto vtrum amor cōuenienter diuidatur in amorē amicitie ⁊ amorē concupiscentie. Circa primū sciendū est:ꝙ duplex ē amor scilicet. Amor quo diligimus deum ⁊ rationalez creaturaʒ p̱pter deum qui dicitur charitas.Et est amor quo diligimus creaturam absolute nō habito respectu ad deum.⁊ iste est multiplex. Est enim amor naturalis conuenientie:quo amore debent se mutuo diligere omnes homines propter conformitatem nature:⁊ amor carnalis attinentie:qualis est inter parentes ⁊ filios:⁊ econuerso inter fratres ⁊ sorores adinuicem.inter cōsanguineos ⁊ affines.Et amor spiritualis colligantie quā facit vnitas professionis:qualis est inter christianos adinuicem propter vnitatē fidei:⁊ inter religiosos vni⁹ regule professores.Et amor legalis cōditionis:qualis est inter dominos ⁊ seruos ⁊ ecōuerso.Et amor coniugalis adherētie:qualis ē inter viruʒ ⁊ vxorē.Et amor specialis amicitie:qualis est inter amicos.Et amor socialis:qualis est inter socios.vicinos ⁊ conciues sic͛ cohabitātes.Omnes isti amores sunt liciti.⁊ sunt in eis diuersi gradus amoris:⁊ diuersa ratio diligendi.Est autem ⁊ alius amor illicitus scilicet Inordinatus amor temporalis opulentie.mundialis excellentie.⁊ carnalis cōcupiscētie. Amor charitatis quo diligimus deū est optandus ⁊ a deo postulandus.omnes alij qui dicti sunt esse liciti:sunt ordinādi ⁊ modificandi.tres vltimi abiciendi sunt tāꝙ̄ illiciti. Hos modos amoris breuiter cōprehendit Augu.dicens. duo sunt amores:quorū vnus sanctus alter immūdus:alter socialis: alter priuatus alter cōmuni vtilitati ꝯsulens propter supernā societatem.alter etiā rem cōmunē in propriā potestatē redigēs p̱pter arrogantē dominationē:alter trāquillus.alter turbulētus.alter pacificus.alter sediciosus.alter amicabilis.alter inuidus. alter hoc volens proximo qd̄ sibi.alter proximuʒ subijcere sibi. alter p̱pter proximi vtilitatē regēs proximū.alter p̱pter suā. hec Aug.Circa affectionē igit͛ amoris sic se debent habere oēs homines:ꝙ deuʒ ⁊ bonum eius id est honorē suuʒ primo principaliter propter se ⁊ super oīa debent diligere ⁊ optare.secūdo bonū anime sue debet vnusqͥsqʒ diligere plus ꝙ̄ bonū omnium aliorū:⁊ plusqʒ̄ aliud quodcunqʒ citra deum.ita ꝙ propter nullū aliud bonū debet facere aliquid qd̄ sit in damnū anime sue.Sicut ait saluator math.xvi. Quid p̄dest homini si mundū vniuersum lucret͛.aīe vero sue detrimentū patiatur:quasi diceret nihil. Ad secūdū.s.Vtrū amor sit in ꝯcupiscibili.dicēdū ꝙ amor ē aliqd ad appetitū pertinēs.cū vtriusqʒ obiectū sit bonū. Unde sm̄ differentiā appetitus est differētia amoris. Est enim quidā appetitus nō cōsequens apprehēsionē ipsius appetētis sed alterius.⁊ hmōi dicitur appetitus naturalis. Res enim naturales appetunt qd̄ eis cōuenit sm̄ suā naturā.nō per apprehensionez p̱priā:sed apprehēsionē instituentis naturā.Alius autē est appetitus cōsequens apprehēsionē ipsius appetētis sed ex necessitate nō est ex iudicio libero:⁊ talis ē appetitus sensitiuus in brut͛ qui tñ in hoībus aliquid libertatis participat inquātū obedit rationi.Alius aūt est appetitus consequens apprehensionē appetentis sʒ iudiciū liberū:⁊ talis est appetitus rōnalis siue intellectiuus.qui dicit͛ voluntas. In vnoquoqʒ aūt horū appetituū amor dicit͛ illud qd̄ est principiū motus tēdentis in finez amatū. In appetitu aūt naturali principiū hui⁹ motus est ꝯnaturalitas appetētis ad id in qd̄ tēdit ꝙ̄ dici pōt amor naturalis.sicut ipsa connaturalitas corporis grauis ad locū mediū:est p̱ grauitatē.⁊ pōt dici amor naturalis.⁊ simi

liter coaptatio appetitus sensitiui vel volūtatis ad aliqḋ bonū.i.ipsa cōplacentia boni dicit̄ amor sensitiuus vel itellectiuus seu rationalis. Amor igitur sensitiuus est in appetitu sensitiuo:sicut amor intellectiuus est in appetitu intellectiuo. ⁊ pertinet ad concupiscibilem: quia dicit̄ per respectū ad bonū absolute:non per respectū ad arduū. qḋ est obiectū irascibilis. Ad tertiū.s.vtrū amor sit passio Dicēdū est ꝙ passio ē effectus agētis in patiēte.agens aūt naturale duplicē effectū iducit in patiēs. Nā ꝓmo qḋē dat formā.scḋo autē dat motū ꝯsequentē formā.sicut generans dat corpori grauitatē ⁊ motū ꝯsequētē ipsā.⁊ ipsa grauitas q̄ est ꝓncipiū motus ad locū cōnaturalē: ꝓpter grauitatē pōt quodāmō dici amor naturalis. sic ⁊ ipsum appetibile dat ꝓmo qḋē quādā coaptationē ad ipsum:que est cōplacētia appetibilis.ex qua sequit̄ motus ad appetibile. Nā appetitiuus motus circulo agit̄.vt dicit̄ in tertio de anima. appetibile enī mouet appetitū faciēs quodāmō in eius intentiōe. ⁊ appetitus tendit in appetibile realiter ꝯsequētē:vt sic ibi sit finis motus vbi fuit principiū. Prima ergo immutatio appetitus ab appetibili vocat̄ amor.q̄ nihil aliud est q̄ cōplacentia appetibilis.⁊ ex hac cōplacētia sequit̄ motus in appetibile:qui est desideriū:⁊ vltimo q̄es que est gaudiū. Sic igit̄ cū amor ꝯsistat in q̄dā immutatiōe appetitus ab appetibili.manifestū est ꝙ amor est passio proprie quidē sꝫ ꝙ est in cōcupiscibili.cōmuniter aūt ⁊ extenso noīe sm̄ ꝙ est in voluntate. Ad quartū.s.de differentia inter amorē ⁊ dilectionē. Dicendū est:ꝙ quattuor noīa inueniunt̄ ad idē quodāmō pertinentia.s.amor ⁊ dilectio charitas ⁊ amicicia:differūt tn̄ in hoc:ꝙ amicicia sm̄ philosophū in.viii.ethi.est quasi habitus.amor autē ⁊ dilectio significant̄ per modū actus vel passiōis:charitas autē vtroq̄ mō accipi pōt. Differēter tamen significat̄ actus ꝑ ista tria. Nā amor cōmunius est inter ea omnis enī amor est dilectio vel charitas:sed nō ecōuerso. Addit enī dilectio supra amorē electionē precedentē vt ipsū nomē sonat.vnde dilectio nō est in cōcupiscibili.sꝫ in volūtate tantum.⁊ est solum in sola rationali natura.charitas autē addit supra amorem perfectionē quādā amoris:inquātū id qḋ amatur magni precij estimat̄.vt ipsum nomē designat. Ad quintum scilicet vtrum amor conuenienter diuidatur per amorem amicicie ⁊ concupiscentie. Dicendum ꝙ sicut philosophus dicit in secundo rethorice.amor est velle alicui bonum. Sic ergo motus amoris in duo tendit.s.in bonum ꝙ quis vult alicui vel sibi vel alij ⁊ in id cui vult. Ad illud ergo bonū ꝙ quis vult alteri.habetur amor concupiscentie. Ad illud aūt cui aliq̄s vult bonum.habetur amor amicicie. Hec autem diuisio est sm̄ prius ⁊ posterius. Nā id quod amatur:amore amicicie:simpliciter ⁊ per se amatur.ꝙ autem amatur amore cōcupiscentie:simpliciter ⁊ sꝫ se amatur.sed amatur alteri. Sicut enī ens simpliciter est quod habet esse.ens autem sm̄ quid est.ꝙ est in alio:ita bonum quod conuertitur cum ente simpliciter quidem est quod ipsum habet bonitatem. Qḋ autem est bonū alterius.est bonum sm̄ quid.⁊ per consequens amor quo amatur aliquis.vt sit ei bonum est amor simpliciter.amor autē quo amatur aliquid vt sit bonum alterius:est amor sm̄ quid.

De causa amoris. DIS. X.

Einde ꝯsiderandū est de causa amoris. Et primo vtrum solum bonum sit causa amoris. Scḋo vtrū cognitio. Tertio vtrū similitudo. Quarto vtrum aliqua alia passio anime. Ad primum.scilicet vtrum solum bonum sit causa amoris. Dicendum ꝙ sicut dicit Augu.viij.de trini. Non amatur certe nisi bonum. quia sicut dictū est amor ad appetitiuam potentiā pertinet que est vis passiua. vnde obiectū eius comparatur ad ipsam.sicut causa motus vel actus ipsius. Oportet igitur vt illud sit proprie causa amoris qḋ est amoris obiectum.amoris autem proprium obiectum est bonum. quia vt dictum est amor importat quandā connaturalitatē vel complacentiam amantis ad amatum.vnicuiq̄ autem est bonum id quod est sibi cōnaturale ⁊ proportionatū. vnde relinquitur ꝙ bonū sit ꝓpria causa amoris. Malum autem nunq̄ amatur nisi sub ratione boni.s.inquantū est sm̄ quid bonum ⁊ apprehenditur vt simpliciter bonum:⁊ sic aliquis amor est malus inquantū tendit in id qḋ nō est simpliciter bonum.⁊ per hunc modum diligit homo iniquitatem inquantū per iniquitatem adipiscitur aliquod bonum puta delectationem vel pecuniam vel aliquod tale. Pulchrum autē est de sui ratione sit amabile.sicut dicit Dyo.iiij.de di.no.ꝙ non solū bonum sed etiam pulchrum est omnibus amabile.hoc non obstat predictis:quia pulchrum est idem cum bono sola ratione differens cum enī bonū sit quod omnia appetūt:de ratione boni est:ꝙ in eo quietetur appetitus:sed ad rationem pulchri pertinet:ꝙ in ei⁹ aspectu seu cognitione quietet̄ appetit⁹:vnde ⁊ illi sensus ꝓcipue respiciūt pulchrū qui cognoscitiue sunt.s.visus ⁊ auditus rōni deseruientes:dicimus enī pulchra visibilia ⁊ pulchros sonos:in sensibilibus aūt aliorū sensuū nō vtunt̄ nomine pulchritudinis:nō enī dicimus pulchros sapores aut odores:⁊ sic patet ꝙ pulchrū addit supra bonū quendā ordinē ad vim cognoscitiuā:ita ꝙ bonū dicatur id qḋ semper cōplacet appetitui.pulchrū aūt dicat̄ id cuius ipsa apprehēsio placet. Ad scḋm.s.vtrū cognitio sit cā amoris. Dicendū ꝙ sicut dictū est bonū est causa amoris per modū obiecti. bonū aūt nō est obiectū appetitus nisi prout apprehensū.⁊ ideo amor requirit aliquā apprehensionē boni qḋ amatur:⁊ ꝓpter hoc philosophus dicit.i.viii.ethi.ꝙ visio corporalis est principiū amoris sensitiui.⁊ similiter ꝯtēplatio spūalis pulchritudinis vel bonitat' est principiū spūalis amoris.sic igit̄ cognitio ē causa amoris rōne qua ⁊ bonū:ꝙ nō pōt amari nisi cognitū. Ad tertiū.s.vtrū silitudo sit causa amoris. Dicendū ꝙ similitudo proprie loquēdo est cā amoris. Sed ꝯsiderandū est ꝙ similitudo inter aliq̄ pōt attendi dupliciter. Uno mō ex hoc ꝙ vtrūq̄ habꝫ idē in actu sicut duo habētes albedinē dicunt̄ similes. Alio modo ꝙ vnū habet in potētia:⁊ in quadā inclinatiōe id qḋ aliud habet in actu. Sicut si dicamus ꝙ corpus graue existēs extra suū locū habet similitudinē cū corpore graui in suo loco existenti:vel etiā sm̄ ꝙ potentia habet similitudinē ad actū ipsū. Nā in ipsa potentia est quodāmodo actus. Primus ḡ similitudinis modus causat amorē amicitie siue beniuolentie.ex hoc enī ꝙ aliqui duo sunt similes qui habentes vnā formā.sunt quodāmodo vnū in forma illa. Sicut duo homines sunt vnū in specie humanitatis:⁊ duo albi in albedine.⁊ ideo affectus vni⁹ tendit in alterū sicut i vnū sibi:⁊ vult ei bonū sicut ⁊ sibi. Sed scḋus modus silitudinis causat amorē ꝯcupiscentie vel amicitiā vtilis seu delectabilis:q2 vnicuiq̄ existenti in potentia inquantū huiusmōi inest appetitus sui actus:⁊ in eius ꝯsecutione delectatur si sit sentiens ⁊ cognoscens:dictū est aūt ꝙ in amore concupiscentie amans proprie amat seipsū:cum vult id bonū qḋ concupiscit:magis autē vnusquisq̄ seipsum amat q̄ alium. quia sibi est vnus in substantia.alteri vero i similitudine alicuius forme. ⁊ ideo si ex eo qui est similis sibi in participatiōe forme impediat̄ ipsemet a consecutione boni qḋ amat efficit̄ ei odiosus:nō inquantū est similis:sed inquantū est boni proprij impeditiu⁹:⁊ propter hoc figuli contrariantur adinuicē:q2 seinuicē impediunt in proprio lucro:⁊ inter superbos sunt iurgia:q2 seinuicem impediunt in ꝓpria excellentia quā ꝯcupiscūt. Ad quartū.s.vtrum aliqua alia passio anime sit causa amoris. Dicendū ꝙ nulla alia passio aīe est que nō presupponat aliquē amorē. Cuius ratio est:q2 omnis alia passio aīe vel importat motum ad aliquid vel quietē in aliquo.oīs aūt motus in aliqḋ vel quies in aliquo ex aliqua cōnaturalitate vł coaptatione ꝓcedit que ꝑtinet ad rationē amoris:vnde impossibile ē ꝙ aliqua alia passio aīe sit causa naturaliter oīs amoris:cōtingit tamē aliquā aliam passionē esse cām amoris alicuius.sicut etiā vnū bonū est cā alterius.vnde cū quis amat aliquid ꝓpter delectationem.amor quidem ille causatur ex delectatione:sed delectatio illa iterū causat̄ ex alio amore precedente.nullus enī delectat̄ in re nisi aliquo modo amata. Itē desideriū alicuius rei semꝑ presuppōit amorē illius rei Sed desideriū alicuius rei potest esse cā vt res illa ametur.sicut qui desiderat pecuniam:amat ꝓpter hoc eum a quo pecuniam recipit. Spes etiam causat vel auget amorē:⁊ ratione delectationis q2 delectationem causat:⁊ etiam ratione desiderij:q2 spes desideriū fortificat. Non enim ita intense desideramus que non speramus sed tamen ⁊ ipsa spes est alicuius boni amati.

De effectibus amoris. DIS. XI.

Einde ꝯsiderandū est de effectib⁹ amoris ⁊ circa hec queruntur quattuor. Primo vtrū vnio sit effect⁹ amoris. Secūdo vtrū mutua inhesio. Tertio vtrū extasis. Quarto vtrū zelus. Ad primū.s.vtrū vnio sit effect⁹ amoris. Dicēdū ꝙ duplex ē vnio amantis ad amatū vna sm̄ rē puta cū amatū presentialiter adest amanti.alia vero sꝫ affectū que quidē vnio ꝯsiderāda est ex apprehēsione ꝓcedēti. nā motus appetitiuus sequit̄ apprehensionē. Cū autē sit duplex amor.s. concupiscentie ⁊ amicitie vterq̄ ꝓcedit ex quadā apprehensione vnitatis amati ad amantē:cū enim aliquis amat aliquid quasi cōcupiscens illud.apprehendit illud quasi ꝑtinēs ad suū bene esse. Similiter cū aliquis amat aliquid amore amicitie:vult ei bonū sicut ⁊ sibi vult bonū.vnde apprehēdit eū vt alterū se inquātū.s.vult ei bonū sicut ⁊ sibi ipsi ⁊ inde est ꝙ amicus dicit̄ alter ipse:⁊ Aug.dicit i.iiij. cōfess.vnde quidā dixit de amico suo dimidiū anime sue. Primus ergo vnionem amor facit effectiue:quia mouet ad desiderandū ⁊

querendm presentiam amati quasi sibi conuenientis ad se pertinē-tis: scđam vero vnionē facit formaliť: q2 ipse amor est talis vnio vel nexus: vnde Aug. dicit in. viij. de trini. φ amor ē vita q̃dā duo aliqua copulās vel copulare appetēs amantē. s. τ qđ amatur: qđ eni dicit copulans referť ad vnionē affect9 sine qua nō est amor: φ vo dicit copulare appetēs ptinet ad vnionē realē. Sciendū aūt quod vnio tripl'r se habet ad amorem. quedaʒ enim vnio est causa amoris: τ hec quidem vnio est substātialis q̃tum ad amorē quo quis amat seipsum: quãtū vero ad amorē quo quis amat alia est vnio similitudinis vt dictum est. Quedā vero vnio est essentialiť ipse amor τ hec est vnio sm cooperationē affect9 qui quidem assimilať vnioni substātiali inquãtū amās se habet ad amatū. in amore quidem amicicie vt ad seipsum: in amore aūt ɔcupiscētie vt ad aliquid sui Quedā vero vnio est effect9 amoris τ hec vnio est realis quā amās querit de re amata: τ hec quidē vnio est sm ɔuenientiam amoris. vt enim phs refert in scđo poli. Aristophanes dixit φ amātes desiderarent ex ambobus fieri vnum: sed q2 ex hoc accideret aut ambos aut alterum corrumpi querunt vnionē que ɔuenit τ decet vt vt. s. simul conuersenť τ simul colloquanť τ in alijs huiusmodi cōiunganť. Ad scđm. s. vtrum mutua inhesio sit effectus amoris. Dicendum φ effect9 iste mutue inhesionis potest intelligi τ quãtū ad vim apprehēsiuam τ quãtum ad vim appetitiuā. Nam quãtū ad vim apprehēsiuam amatum diciť esse in amante inquãtū amatum immoratur in apprehensione amãtis sm illud phil'. j. Eo φ habeam vos in corde. amans vero dicitur esse in amato sm apprehensionem inquantū amans non est cōtentus superficiali apprehensione amati: sed nititur singula que ad amatū pertinent intrinsecus disq̃rere τ sic ad interiora eius ingreditur sicut de spiritusancto qui est amor. dicitur. ij. ad corin. ij. Quis scrutatur etiam profunda dei: sed q̃tum ad vim appetitiuā amatum dicitur esse in amāte: prout est p quandā complacentiaʒ in eius affectu vt vel delectetur in eo aut in bonis eius apud presentiam vel in absentiaʒ per desideriū tendat in ipsum amatum per amorē concupiscentie: vel in bona que vult amato eius per amorem amicitie: nō quideʒ ex aliqua extrinseca cā sicut cū aliquis desiderat aliquid ꝓpter alterꝫ: vel cum aliquis vult bonū alteri non ꝓpter aliq̃d aliud: sed ꝓpter complacentiam amati intrinsecus iudicatam: vnde τ amor diciť intimus τ dicitur viscera charitatis: econuerso autē amans est in amato. aliter quidem p amorē amicitie: aliter per amorē concupiscentie: Amor enim cōcupiscentie non requiescit in quacūq3 extrinseca aut superficiali adeptione vel fruitione amati: sed querit amatū perfecte habere quasi ad intima illius ꝑueniens. In amore vero amicitie amans requiescit in amato in quantum reputat bona vel mala amici sicut sua τ voluntatem amici sicut suam vt quasi ipse in suo amico videať bona vel mala pati τ affici: τ ꝓpter hoc proprium est amicorum eadē velle τ in eodem tristari τ gaudere sm phm in. ix. ethi. τ in secūdo rethorice: vt sic inquantū que sunt amici estimat sua amans videstur esse in amato quasi idem fact9 amato. Inquantū vero econuerso vult τ agit ꝓpter amantē sicut ꝓpter seipm quasi reputans amicum idē sibi sicut amatū est in amante: potest autem τ tertio modo mutua inhesio intelligi in amore amicitie sm viam readamationis inquãtum mutuo se amant amici τ subinuiceʒ bona volunt τ operanť. Ad tertium. s. vtrum extasis sit effectus amoris. Dicendū φ extasim pati aliquid dicitur cum aliquis extra se poniť φ quidē conuenit τ sm vim apprehensiuā τ sm vim appetitiuam. Scđm q̃dem vim apprehensiuā aliquis dicitur extra se poni quando ponitur extra cognitionē propriaʒ sibi vel qui ad superiora sublimātur. sicut homo dum eleuať ad comprehēdendū aliqua que sunt supra sensum τ rationē: dicitur extasim pati inquantū patitur extra cōnaturalē apprehensionē rationis τ sensus vel ad inferiora deprimitur puta cū aliquis in furiā vel in amentiā cadit diciť extasim passus. Scđm appetitiuam vero ptem diciť aliquis extasim pati qñ appetitus alicuius in alterū fertur exiens quodammodo extra seipsum. primam quideʒ extasim facit amor dispositiue inquantū. s. facit meditari de amato: vt dictū est. Intēsa autē meditatio vnius abstrahit ab alijs: sed secundam extasim facit amor directe. simpliciter quidē amor amicitie. amor autē concupiscentie non simpliciter sed sʒ q̃d. Nā in amore concupiscētie quodāmodo ferť amans extra seipsuʒ inquātū. s. nō contentus gaudere de bono qđ habet querit frui aliquo extra se: sed q2 illud extrinsecum bonū querit sibi habere: nō exit simpliciter extra se: sed talis affectio in fine ipsa concludiť: sed in amore amicitie affectus alicui9 simpliciter exit extra se q2 vult amico bonū τ operať quasi gerēs curā τ prouidētia ipsius ꝓpter ipsuʒ amicum. Ad quartum. s. vtrū zelus sit effectus amoris. Dicēduʒ φ zelus quocūq3 mō sumať ex itēsiōe amoris ꝓuenit. Manifestū est enī φ quāto aliqua virtus intēsius tēdit in aliq̃d fortius etiā repellit omne ɔtrariū vel repugnās. Cū igiť amor sit q̃dā mot9 in amatū. vt Aug. dicit in li. lxxxiij questionū. Intēsus amor querit excludere omne: qđ sibi repugnat. aliter tñ hic ɔtingit i amore ɔcupiscētie τ aliter in amore amicicie. nā in amore ɔcupiscētie q̃ intēse aliq̃d ɔcupiscit moueť ɔtra omne illud qđ repugnat ɔsecutioni vel fruitiōi dcte eius qđ amať. τ h̃ mō viri diciť zelare vxores ne p ɔsortiū alioꝝ īpediať singularitas quā in vxore querūt. Similiter etiaʒ qui querūt excellentiā moueť ɔtra eos qui excellere videnť quasi impedientes eoꝝ excellētiaʒ. τ iste est zelus inuidie de quo dicitur in ps. noli emulari in malig. neq3 zelaueris faci. iniq̃taté. Amor autem amicicie querit bonuʒ amici. vnde quando est intensus facit hominē moueri ɔtra omne illud qđ repugnat bonis amici: τ scđʒ hoc aliquis diciť zelare pro amico quādo siqua diciť vel fiunt ɔtra bonum amici homo repellere studet. τ per hunc etiam modū aliquis diciť zelare pro deo quādo ea que sunt ɔtra honorē vel voluntatē dei repellere sm posse conatur sm illud. iij. reg. xix. Zelo zelatus suʒ pro domino exercituū. Et ideo super illud Zelus domus tue comedit me. dicit glosa φ bono zelo comediť quilibet: qui praua que viderit corrigere satagit si nequit tolerat τ gemit.

De odio. DIS. XII.

Einde cōsiderādū est de odio. Et circa hoc q̃runť sex. Primo vtrū obiectum τ causa odij sit malū. Secūdo vtruʒ odiū causetur ex amore. Tertio vtrū odiū sit fortius q̃ amor. Quarto vtrū aliquis possit odio habere seipsum. Quinto vtrū aliquis possit odio hr̃e veritaté. Sexto vtrū aliquis possit odio haberi in vniuersali. Ad primū scilicet vtrū obiectū τ causa odij sit malū. Dicendū φ cū appetitus nālis deriueť ab aliqua apprehensione lʒ nō coniuncta eadem ratio videť eē de inclinatione appetitus naturalis τ appetitus animalis qui sequiť apprehensionē cōiunctaʒ. In appetitu autē naturali hoc manifeste apparet φ sicut vnūquodq3 habet naturalē consonantiā vel appetitudinē ad id qđ sibi cōuenit que est amor naturalis ita ad id qđ est ei repugnans τ corruptiuū hʒ dissonantiā naturalem q̃ est odiū naturale. Sic igiť τ in appetitu animali seu intellectiuo amor est consonantia q̃dā appetitus ad id qđ apprehenditur vt ɔueniens: odiū vero est dissonantia quedā appetitus ad id qđ apprehendiť vt repugnans τ nociuū: sicut aūt omne ɔueniens inquātuʒ hmōi habet rationē boni: ita omne repugnans vl' nociuū inquātū hmōi habet rationeʒ mali: τ ideo sicut bonū est obiectuʒ amoris: ita malū est obiectū odij. Ad secundū. s. vtrum odiū causetur ex amore. Dicendū φ sicut dictū est amor cōsistit in quadā cōuenientia amantis ad amatū: odiū vero cōsistit in quadā repugnātia vel dissonātia: oportet autē in quolibet prius cōsiderare quid ei cōueniat q̃ quid ei repugnet: p hoc enim aliquid est repugnās alteri qđ est corruptiuū vel impeditiuū eius qđ est cōueniens: vnde necesse est φ amor sit prius odio τ φ nihil odio habeatur nisi per hoc qđ contrariať conuenienti qđ amatur τ sm hoc omne odiū ex amore causať. Ad tertium. s. vtrū odiū fortius sit amore. Dicēduʒ φ impossibile est effectū sua causa esse fortiorē: omne enim odiū procedit ex aliquo amore sicut ex causa vt supra dictū est: vnde impossibile est φ odiū fortius sit amore simpliciter: sʒ oportet vlterius φ amor simpliciter loquēdo sit odio fortior. Fortius enim moueť aliquid in finē q̃ in ea que sunt ad finē: recessus autē a malo ordinať ad cōsecutionem boni sicut ad finē: vnde simpliciter loquendo fortior est motus anime in bonū q̃ in malū. sed tamē aliquādo videtur odiū fortius amore propter duo. Primo quidē quia odiuʒ est magis sensibile q̃ amor: cū enim sensus pceptio sit in quadā immutatione ex quo aliquid iaʒ immutatū est nō ita sentiť sicut quando est in ipso immutari: vnde calor febris ethice q̃uis sit maior q̃ calor tertiane nō tamē ita sentitur sicut calor tertiane q2 calor ethice iam versus est quasi in habitū τ naturā: ꝓpter hoc etiā amor magis sentitur in absentia amati. sicut Aug. dicit l. x. de trini. Quia amor nō ita sentitur cū non prodit eum indigentia: τ ꝓpter hoc etiaʒ repugnantia eius qđ oditur sensibilibus pcipiť q̃ cōuenientia eius qđ amať. Secūdo q2 nō compať odiū ad amoreʒ sibi correspondētē. sm enī diuersitaté bonoꝝ ē diuersitas amorū in magnitudine τ paruitate q̃b9 ꝓportionanť opposita odia. vnde odiū qđ correspōdet maiori amori mag9 mouet q̃ minor amor. Ad quartū. s. vtrū aliq̃s possit odio habere seipm. Dicēdū φ īpossibile est: φ aliquis per se loquēdo odiat seipsuʒ. naturaliter enī vnūquodq3 appetit sibi bonuʒ. nec potest aliq̃s aliq̃d sibi appetere nisi sub ratione boni. nam malum est preter volūtaté. vt dyonisius dicit. iiij. ca. de di. no.

Amare aūt aliquē est velle ei bonū. vnde necesse est ꝙ aliqs amet seipsum. ⁊ impossibile est ꝙ aliquis seipsum odiat ꝑ se loquēdo. Per accidēs tñ cōtingit ꝙ aliquis seipsū odio habeat. ⁊ hoc dupliciter. Uno modo ex parte boni quod sibi vult aliquis. Accidit enī qñqz illud quod appetit⁊ vt ſm quid bonū esse simpliciter malū. ⁊ ſm hoc aliquis ꝑ accidēs vult sibi malū quod est odire. Alio modo ex parte ſuipſius cui vult bonū. Unūquodqz enī maxime est id quod est principaliꝰ in ipſo. vnde ciuitas dicit̄ facere quod rex facit: qſi rex sit tota ciuitas. Manifestū est ergo ꝙ hō maxime est mens hoīs. Cōtingit aūt ꝙ aliqui estimāt se maxime eē id qđ sunt ſm naturā corporalē ⁊ sensitiuā. vnde amāt se ſm ꝙ estimāt se esse. sed oderūt id qđ vere sunt dū volūt ꝯtraria rationi. ⁊ vtroqz modo ille qui diligit iniquitatē: odit non solū animā suā: sed etiā seipsum. Ad quintū. s. vtrū aliquis possit odio habere veritatē: Dicēdū ꝙ bonū ⁊ verū ⁊ ens sunt idem ſm rem: sed differūt rōne. Bonū enī habet rationē appetibilis: nō autē ens vel verum. quia bonū est qđ oīa appetūt. ⁊ ideo bonū sub ratione boni non potest odio haberi nec in vniuersali nec in particulari. ens autē ⁊ verū in vniuersali quidē odio haberi nō possunt: quia dissonātia est causa odij: ⁊ ꝯueniētia causa amoris. ens autē ⁊ verū sunt cōia oībꝰ. Sed in particulari nihil ꝓhibet quoddā ens ⁊ quoddā verū odio haberi inquantū habet rationē cōtrarij ⁊ repugnātis. cōtrarietas enī ⁊ repugnātia nō aduersat̄ rōni entis ⁊ veri sicut aduersat̄ rationi boni. Cōtingit autē verum aliquod particulare tripliciter repugnare vel cōtrariari bono amato. Uno modo ſm ꝙ veritas est causaliter ⁊ originaliter in ipsis rebꝰ. ⁊ sic homo quādoqz odit aliquā veritatē: dū vellet nō esse verū quod est verū. Alio modo ſm ꝙ veritas est in cognitione ipsius hoīs: q̄ impedit ipsum a persecutione amati. sicut si aliqui vellent nō cognoscere veritatē fidei: vt libere peccarēt. Ex quoꝝ ꝑsona dicit̄ Job. xxi. Sciētiā viarū tuarū nolumus. Tertio modo habet̄ veritas particularis odio tanqͣ repugnās: put est in intellectu alteriꝰ: puta cū aliquis latere volēs in peccātō odit ꝙ aliqs veritatē circa suū peccatū cognoscat. ⁊ ſm hoc dicit Augu. in. x. cōfes. ꝙ hoīes amāt veritatē lucentē: oderūt eam redarguentē. Ad sextū. s. vtrū aliquid possit odio haberi in vniuersali. Dicendū ꝙ de vniuersali dupliciter cōtingit loq. Uno mō ſm ꝙ subest intentioni vniuersali. Alio autē modo de natura cui talis intētio attribuit̄. Alia est cōsideratio hoīs vniuersalis: ⁊ alia hoīs in eo ꝙ hō. Si igit̄ vniuersale accipiat̄ primo modo: sic nulla potētia sensitiue partis: neqz apprehensiua. neqz appetitiua potest in vniuersale: quia vniuersale fit ꝑ abstractionē a materia indiuiduali: in qua radicat̄ oīs virtus sensitiua. ⁊ potest tñ aliq potentia sensitiua ⁊ apprehēsiua ⁊ appetitiua ferri in aliqđ vniuersaliter. sicut dicimꝰ ꝙ obiectū visus est color ſm genꝰ. nō quia visus cognoscat colorem vniuersalē: sed quia ꝙ sit cognoscibilis a visu: nō cōuenit colori inquantū est hic color: sed inquātū est color simpliciter. Sic igit̄ odiū sensitiue partis potest respicere aliquid in vniuersali: quia ex natura cōi aliquid aduersat̄ alteri: ⁊ nō solū ex eo ꝙ est particulare: sicut lupꝰ oui. vñ ouis odit lupū generaliter. Sed ira semꝑ causatur ex aliquo particulari: quia ex aliquo actu ledentis. actus autē particulariū sunt. Et propter hoc phs dicit ꝙ ira semꝑ est ad aliqđ particulare vel singulare. odiū vō potest esse ad aliquid in genere. sed odiū ſm ꝙ est in parte intellectiua cū cōsequat̄ apprehensionē vniuersalē intellectus potest vtroqz modo esse respectu vniuersalis. Sciendum autē ꝙ nihil est habendū odio nisi peccatū: vel propter peccatū. Sicut autē vnūquodqz diligit̄ ratione bonitatis: ⁊ illud magis amandū est: in quo magis relucet ratio bonitatis. sic vnūquodqz odiendū propter malū. ⁊ vbi est maior ratio mali. illud est ampliꝰ odiendū. Primo igit̄ ⁊ principaliter odire debemꝰ peccatū inquantū est ꝯtrariū volūtati diuine: ⁊ inquātū deus ꝑ ipsum ꝯtēnit̄ dehonorat̄ ⁊ offendit̄. Et sicut deū ⁊ eius honorē debemꝰ amare sup oīa. ita peccatū inquātū est cōtra deū ⁊ eius honorē sup oīa debemꝰ odire. Psal. Qui diligitis dñm odite malū. Debemus etiā odire oēs dehonorantes deū. Psal. Nonne q oderūt te dñe oderā: ⁊ sup inimicos tuos tabescebā: ꝑfecto odio oderā illos. Hoc autē est ꝑfectū odiū: vt sic oderit̄ vitia: vt tñ diligant̄ hoīes: sicut deus diligit omnia q sunt: ⁊ nihil odit eoꝝ q fecit sicut dicit̄ Sap. xi. Odit tñ petōres. Eccl. xii. Altissimꝰ odio habet petōres: nō naturā quā cōdidit: nec animā quā redemit. Ideo statim sequit̄ Et misertus est penitētibꝰ. s. ratione nature quā diligit miseret̄ petōri q̄cito petā dimittit penitendo. Peccatū debemꝰ odire ratione qua ꝯtrariū est saluti nostre. Psal. [illegible] Qui diligit iniquitatē odit animā suā. Odiamꝰ ergo peccatū: ⁊ oēm hominē qui salutē nostrā impedit: ⁊ nos ꝑtrahit ad peccā. Ait enī saluator Luc. xiiij. Si quis venit ad me ⁊ nō odit patrem suū ⁊ matrē suā ⁊ vxorē ⁊ filios: adhuc autē ⁊ animā suā: non potest meus esse discipulus. Quod exponēs Grego. ait: Perunctari licet quō parētes ⁊ carnaliter propinquos precipimur odire: qui iubemur ⁊ inimicos diligere. Sz si vim ꝓcepti perpendimꝰ: vtrūqz agere ꝑ discretionē valemꝰ: vt eos qui nobis carnis cognatiōe cōiuncti sunt: ⁊ quos proximos nouimus diligamꝰ. ⁊ quos aduersarios in via dei patimur odiendo ⁊ fugiēdo nesciamꝰ. Quasi enī ꝑ odiū diligit̄: q̄ carnaliter sapiēs dū praua nobis ingerit nō audit̄. Sic aūt odisse debemꝰ proximos ⁊ amicos sicut ⁊ animā nostrā: quā tūc recte odio habemꝰ: cū eius appetitū frāgimꝰ: inclinatiōes naturales refrenamus: motus vitiosos restringimꝰ: ⁊ inhonestos mores penitus abdicamꝰ. Qui sic odit animā suam in hoc mūdo in vitā eternā custodit eā Joh. xii. Qđ exponēs Aug. ait: Magna ⁊ mira sententia: quēadmodū sit hoīs in aīam suā amor vt pereat: odiū ne pereat. Si male amaueris tunc odisti: si bene oderis tunc amasti. Felices qui oderūt custodiēdo: vel custodiūt odiendo: ne perdant amādo. Secūdo debemus odire quicqd est cōtrariū ⁊ nociuū reipublice ⁊ bono cōi. exēplo Psal. dicētis: A iudicijs tuis nō declinaui. quia tu legē posuisti mihi. Sequit̄: A mādatis tuis intellexi: propterea odiui omnē viā iniquitatis. Idem. Facientes preuaricationes odiui. Et iterū: Iniquos odio habui. Et quia cupiditas detestāda peruertit iudiciū: subuertit iusticiā: ꝑ quā respublica cōseruat̄. sicut dicit̄ .j. Regū. viij. de filijs Samuelis. Declinauerūt post auariciam: acceperūtqz munera ⁊ peruerterūt iudiciū. Ideo dicit̄ Exo. xviij. Prouide de omni plebe viros potētes ⁊ timētes deū. in quibus sit veritas: ⁊ qui oderūt auariciā. Cōtra auaros ⁊ impios ꝑncipes dicit̄ Michee. iij. Audite ꝑncipes: nunqd nō vestrū est scire iudiciū: qui odio habetis bonū ⁊ diligitis malū: qui violēter tollitis pelles eoꝝ desup eos: ⁊ carnes eoꝝ desup ossibus eoꝝ. Patet igit̄ ex predictis: qualiter oēs hoīes debeant se habere circa passionē odij. quia. s. odire debent illa q sunt bonorū diuino contraria: ⁊ proprie saluti nociua: ⁊ reipublice aduersantia vt publice aduersari. Sed multi adeo ꝑuersi sunt: ꝙ oderūt diligētes se: ⁊ diligūt odiētes se. sicut falso dictū est Dauid .ij. Regū. xix. Diligis odiētes te: ⁊ odio habes diligētes te. Diligūt enī adulatores et eos q eis ꝯsulūt ad sue placitū volūtatis. oderūt vō bonos q eos corripiūt: ⁊ nitunt̄ auertere ab eis q illoꝝ cordibꝰ male placēt. vñ oderūt eos propter solā displicentiā veritatis. Exēplū habemꝰ .iij. Reg. xxij. Dixit rex Achab de michea propheta: Ego odi eū: quia non prophetat mihi bonū: sed semꝑ malū. Falsos prophetas qui ei prospera nūciabāt amabat: tñ suis falsis ꝓmissiōibꝰ decipiebāt eū. sanctū vō prophetā: qui veraciter predicebat ei mala q ventura erāt sup eū odiebat. Huiꝰ rationē reddit saluator Joh. iij. Oīs qui male agit odit lucē: ⁊ nō venit ad lucē: vt nō arguant̄ opera eius. De talibꝰ dicit̄ Osee. v. Odio habuerunt in porta corripientē ⁊ loquentē ꝑfecte abominati sunt. Alij oderūt bonos propter displicentiam bonitatis: quia eo ipso ꝙ mali sunt: bonos videre vel de bonis audire bona nō possunt: Exēplū de Jacob ⁊ Esau Gen. xxvij. Itē exēplū de Joseph Gen. xxxvij. Oderāt eū frēs eius. nec poterant ei quicqua pacifice loq. Et Exo. j. Oderāt egyptij filios israel. Diligenter aduerte: ꝙ nec Jacob nocebat nec malū volebat Esau fratri suo: nec Joseph frībꝰ suis: nec filij israel egyptijs. sed seruiebāt eis ⁊ bona plurima faciebāt: ⁊ tñ nō poterāt eos diligere: sed nequiter odiebāt. Nec minū si mali bonos oderūt: quia ⁊ ipm deū qui sūme bonꝰ est oderūt. sicut ipse testat̄ Joh. xv. Si mūdus vos odit: scitote quia me priorē vobis odio habuit.

De desiderio. DIS. XIII.

Einde considerandū est de passione desiderij vel concupiscētia. De desiderio nota. ꝙ est desideriū reprimēdū: quia culpabile. ⁊ est desideriū persequendū quia laudabile. Primū multiplex est. Alij enī desiderāt excellētias dignitatū. alij opulentias facultatū. alij affluētias voluptatū. alij truculētias volūtatū. Quidā enī desiderāt excellētias dignitatū. in quorū designatione dicit̄ Hiere. ij. Onager assuetus in solitudine in desiderio aīe sue attraxit ventū amoris sui. Onager iste qui nulli vult seruire vel subici significat ambitiosum: qui preesse desiderat: nō subesse. Iste dicit̄ esse assuetus in solitudine: quia solꝰ vult laudari. honorari: reputari: ac etiā dominari. Iste in desiderio aīe sue attrahit ventū. s. vanitatis. Sic enī onager vt attrahat ventū in refrigeriū cordis sui os aperit. Sic ambitiosꝰ vt desiderij sui ardorē refrigeret hiat ⁊ aspirat ad honores. qui per ventū proprie designant̄ quia aliqͣntulū refrigerāt. tñ nō satiāt sed inflant ⁊ fantastice replēt. Honores ergo nō sunt

desiderādi: tñ possunt recipi patiēter obediendo diuine prudētie
vel mādato. Sicut Dauid. cui dictū est. ij. Regū. iij. Imperes oib⁹
sicut desiderat aīa tua. vel vtilitatē ppli desiderādo. sic ait Apls. j.
Thi. iij. Qui epatū desiderat: bonū opus desiderat. Opus inqt nō
requiē onus nō honorē. Alij desiderāt opulētias facultatū. cōtra
quos dicit. j. Thi. vj. Qui volūt diuites fieri incidūt in tētationē ꝛ
in laqueū diaboli ꝛ in desideria multa ꝛ inutilia ꝛ nociua: q̄ mer-
gunt hominē in interitū ꝛ perditionē. Faciam⁹ ergo sm doctrinā
ei⁹ Thi. ij. Abnegātes impietatē ꝛ secularia desideria: sobrie ꝛ iu-
ste ꝛ pie viuam⁹ i hoc seculo. Signāter cōiūgit Apls ista duo s. cu-
piditatē ꝛ impietatē: qꝛ cupiditatē vt in plurib⁹ cōcomitat impie-
tas. Sobrie inqt qntū ad nos: iuste qntū ad proximos. pie. i. deuote
et religiose qntū ad deū. Sobrietatē aūt itelligim⁹ nō solū in cibis
ꝛ potib⁹ verūetiā in verbis ꝛ in opib⁹. Itē in itellectu: vt sobrie co-
gitem⁹ de nobis ne supra nos in cogitationib⁹ nr̄is inaniter extol
lamur. Et silr in affectu. ne vltra q̄ statū nr̄m deceat vel saluti nr̄e
expediat appetam⁹. Alij desiderāt affluētias voluptatū. a qb⁹
nos reuocat apls Petrus dicēs. j. Pe. ij. Obsecro vos tanq̄ adue-
nas ꝛ pegrinos abstinere vos a carnalib⁹ desiderijs q̄ militant ad-
uersus animā. Itē Paulus apls Ro. xiij. Curā carnis ne feceritis
in desiderijs. Itē Gal. v. Spū ambulate. ꝛ desideria carnis nō pfi-
cietis. Alij desiderāt implere truculētias voluntatū. sicut dicebat
dn̄s iudeis Joh. viij. Vos ex patre diabolo estis: ꝛ desideria patris
vestri vultis implere. ille homicida erat a principio. tales desiderāt
mortes aduersitates dāna. vel alia huiusmodi infortunia proximoꝝ
Vñ dicit puer. xxj. Aīa impij desiderat malū. Vigilāter attēde q̄
misera sit conditio pctōꝝ. Sicut enī diligētib⁹ deū oīa cooperant in
bonū Ro. viij. ita pctōib⁹ oīa cedūt ꝛ cōuertunt in malū. De⁹ enī
dimittit eos libere ambulare p deuia vitioꝝ sicut taur⁹ indomit⁹ li-
bere pmittit ire quocūq̄ impet⁹ eū ducit. Psal. Dimisi eos sm de-
sideria cordis eoꝝ. ibūt in adinuētionib⁹ suis. Itē Ro. j. Tradidit
eos de⁹ in desideria cordis eorū in imūdiciā. Et hoc est manifestū
signū reprobationis eterne. Itē preces eoꝝ exaudit in dānū ipsoꝝ.
Psal. Pluit sup eos sicut puluerē carnes ꝛc. Sequit. Manduca
uerūt ꝛ saturati sunt nimis: ꝛ desiderium eoꝝ attulit eis. Nō sunt
fraudati a desiderio suo: adhuc esce eoꝝ erāt in ore ipsoꝝ: ꝛ ira dei
ascendit sup ipsos ꝛc. Itē laudant ab hoībus: fouent in scelerib⁹
suis. Psal. Laudat peccator in desiderijs aīe sue ꝛc. Itē frustran
tur a spe adeptionis bonoꝝ. Verbi grā: Peccator pmittit sibi vite
lōgeuitatē cōpūctionē: penitētie premeditationē: i morte adeptio
nē gl'e. sed desideriū peccatoꝝ peribit. Itē a spe euasionis maloꝝ.
Apoc. ix. Querēt hoīes mortē. ꝛ nō inuenient eā. desiderabūt mori
et fugiet mors ab eis. Oīa pdicta desideria sunt culpabilia ꝛ nociua.
Viso de desiderio culpabili: dicendū est de desiderio lauda
bili. De quo notādū est: q sicut desiderari solēt naturaliter loquē-
do sanitas: fortitudo: sapiētia: pulchritudo: delectatio: plenitudo:
sic spūaliter desiderare debem⁹ sanitatē sanctimonie: fortitudinē
potestatis: claritatē sapientie: pulchritudinē honestatis: plenitudi
nē mentoꝝ: ꝛ dulcedinē gaudioꝝ. Primo ergo desiderare debe
mus sanitatē sāctimonie. Salus enī aīe in sanctitate iusticie Eccī.
xxx. Attēde q̄ ardēter infirm⁹ desiderat sanitatē: quātas abstinen
tias ꝛ ieiunia facit quātas expēsas faciēs paruipēdit. nihil enī tē-
porale carū habet dūmodo recupet sanitatē. q̄ libēter obedit me-
dico q̄ amaras potiones q̄ asperas sectiones q̄ horrēdas vstio-
nes sustinet pro spe recuperādē sanitatis. tñ certus nō est q recu-
peret sanitatē nec q̄diu recupata durabit. Si igit tanta facit ꝛ su-
stinet hō pro incerta sanitate corporis de necessitate post modicū
moriturī q̄nta facere: q̄ aspera sustinere: q̄ larga munera dare: q̄
humiliter obedire spūali medico deberem⁹ pro salute aīe imortal.
Hāc sanitatē deplorabat amissam Psal. dicēs: Nō est sanitas in
carne mea a facie ire tue ꝛc. q̄ sequunt vsq; ibi: Dñe ante te omne
desideriū meū. Pro hac recuperāda ꝛ seruāda petebat Job. xxxi.
Quis mihi tribuat auditorē: ꝛ desideriū meū audiat oīpotēs: ꝛ li-
brū mihi scribat ipse qui iudicat ꝛc. Secundo desiderare debe-
mus fortitudinē potestatis in sustinēdis aduersis: ꝛ tētatiōib⁹ de-
uincēdis. Et quia nō in fortitudine sua roborabit vir: sed dn̄s ad
ipsum per orationē recurrēdū est in oī periculo. sicut facto docuit
ipse xp̄s imminēte passiōe. Ideo dicit Isa. xxvj. Vrbs fortitudinis
nr̄e syon. id est specula orationis saluator ponet in ea murus ꝛ an
temurale. Sequit. Nomen tuū ꝛ memoriale tuū in desiderio aīe.
Existēs enī in periculo salutis perdēde inuocare debet nomē dn̄i:
quod est Ihesus. i. saluator ꝛ memoriale dn̄ice passiōis debet ante
mētis oculos reuocare: vt exēplū accipiat patiēdi quecūq; grauia
et virtutē oīa genera tentationū deuincendi. Tertio desiderare
debem⁹ claritatē sapiētie. Sicut enī ait Sap. puer. iij. fruct⁹ ei⁹ pre
ciosior est cūctis opib⁹ ꝛ oīa q̄ desiderant huic nō valent compar.
Idē viij. Melior est sapiētia cunctis opib⁹ preciosissimis: ꝛ omne
desiderabile ei nō potest cōparari. Sequit. Per me reges regnāt:
ꝛ legū cōditores iusta discernūt. p me principes imperāt: ꝛ potētes
decernūt iusticiā. Itē Sap. vij. Preposui illā s. sapiētiā regnis et
diuitias nihil esse duxi in cōparatione illi⁹ qm̄ omne aurū i cōpa-
ratione illius harena est exigua: ꝛ tanq̄ lutū estimabit argentū in
cōspectu illi⁹ sup salutē ꝛ speciē dilexi eā. Itē Sap. vj. Diligite lu
men sapientie oēs qui preestis pplis. Idē Emitte illā de sede ma-
gnitudinis tue: vt mecū sit ꝛ mecū laboret: vt sciam quid acceptum
sit corā te oī tpe. Scit enī illa oīa ꝛ itelligit: ꝛ deducet me in opib⁹
meis sobrie: ꝛ custodiet me in sua potētia: ꝛ erūt accepta opa mea:
ꝛ disponā populū meū iuste: ꝛ ero dign⁹ sediū patris mei. Quar
to desiderare debem⁹ pulchritudinē honestatis Ecci. xl. Gratiā et
speciē desiderabit oculus. Quod duobus modis potest intelligi. s.
dupliciter in speciē gratiosam: vel diuinam gratiā interius iustifican
tē: ꝛ speciē conuersationis exteri⁹ honestantē. Vnū est necessariū
propter conscientiā: aliud propter famā: vel propter exēplū proximis
inhibēdū. Quinto desiderare debem⁹ plenitudinē mentoꝝ. At-
tēde cū quātis laborib⁹ periculis sollicitudinib⁹ ꝛ angustijs acq-
runt hoīes hui⁹ seculi diuitias tpales. trāseunt maria regna ꝛ ter-
ras circueunt: sustinēt glacies niues frigora pluuias: ꝛ solis ardo-
res: vt acquirāt incertas diuitias thesaurisant sibi in terra. vbi ti-
nea ꝛ erugo demolit ꝛ vbi fures effodiūt ꝛ furant. Quāto magis
nos si sapiētes essem⁹ facerem⁹ nobis thesaurū indeficientē in celi.
Ad qđ nos hortat dn̄s Math. vj. Thesaurisate vobis thesauros
in celo. vbi nec tinea nec erugo demolitur: ꝛ vbi fures nō effodiūt
nec furant. De hoc thesauro dicit puer. xx. Thesaur⁹ desiderabil
ꝛ oleū in habitaculo iusti. Thesaur⁹ desiderabilis meritoꝝ ꝛ oleū
grē. vel oleū pietatis in habitaculo. i. cōsciētia iusti. Attēde q sicut
maiori thesauro indigēt principes q̄ subiecti: imo periculo tū est
principi esse sine thesauro ita maiorib⁹ meritis indigēt principes:
ꝛ in maiori sunt periculo nisi maiorē thesaurū habeant meritoꝝ.
Ceterū absurdū ē q principes aggregēt sibi thesauros tpales: et
careant spūalib⁹ ꝛ eternis. Sexto desiderare debem⁹ dulcedinē
gaudioꝝ. Hec dulcedo sentit aliqliter in secreto orationis ꝛ cōtē-
platiōis. Sicut expertā se gaudet aīa scā Can. ij. Sub vmbra illi⁹
quē desiderabā sedi. ꝛ fruct⁹ ei⁹ dulcis gutturi meo. Itē Can. v. Di
lectus meus cādidus ꝛ rubicūdus electus ex milib⁹. Sequit: Gut
tur illi⁹ suauissimū ꝛ totus desiderabilis. Vere totus desiderabil:
quia nō solū desiderabilis cōtēplatio diuinitatis: sed etiā humani-
tatis. nec solū gloria regnātis: sed etiā aduētus nascētis Aggei ij.
Veniet desideratus cūctis gentibus ꝛc. Et humilitas cōuersantis
et passio morientis. Isa. liij. Ascendet sicut virgultū corā eo: ꝛ sicut
radix de terra sitienti. Sequit. Desiderauim⁹ eū despectū. ꝛ nouissi
mū viroꝝ virū doloꝝ ꝛ scientē ꝛc. Hec plenitudo hic inchoat hic
in via. Psal. Benedic aīa mea dño: qui replet in bonis desideriū
tuū. sed cōsumat in patria. Ideo dicebat Psal. Sicut ceruus de-
siderat ad fontes aquarū ꝛc. Itē Apls Phil. ij. Desideriū habēs dis
solui ꝛ esse cū xp̄o multo melius est. vere meli⁹. quia ibi est omne
bonū. Prouer. xj. Desideriū iustoꝝ omne bonum. Propter quod
moysi dicit Exo. xxxiij. Ego ostēdā tibi omne bonū. Hoc aūt desi-
deriū implebit sicut promisit spūssctūs. Prouer. x. Desideriū iustis
dabit. Cōcupiscētia proprie est in appetitu sensitiuo. De cōcu-
piscētia vō q̄rit̄ q̄tuor. Primo vtrū cōcupiscētia sit in appetitu
sensitiuo. Secūdo vtrū sit passio specialis. Tertio vtrū sint aliq̄ cō-
cupiscētie naturales ꝛ aliq̄ nō naturales. Quarto vtrū cōcupiscen
tia sit infinita. Ad primū. s. vtrū cōcupiscētia sit in appetitu sen-
sitiuo. Dicēdū q sicut ph̄s dicit in primo rhetorice: Cōcupiscentia
est appetit⁹ delectabilis. Est autē duplex delectatio. Vna q̄ est in
bono intelligibili. quod est bonū rationis. Alia q̄ est in bono sm
sensum. Prima quidē delectatio videt aīe tm̄ esse. Secūda aūt est
aīe ꝛ corporis: quia sensus est virtus in organo corporeo vñ ꝛ bo-
nū sm sensum est bonū tot⁹ cōiūcti. Talis autē delectationis appe
titus videt cōcupiscētia esse: q̄ simul ptinet ꝛ ad animā ꝛ ad corp⁹
vt ipsum nomē cōcupiscētie sonat. vñ cōcupiscētia proprie loquē
do est in appetitu sensitiuo ꝛ in cōcupiscibili. q̄ ab ea denoīat. Ap-
petitus aūt sapiētie vel alioꝝ bonoꝝ spūaliū interdū cōcupiscētia
noīat: sicut dicit Sap. vj. Cōcupiscētia sapiētie deducit ad regnū
perpetuū. Et in psal. Cōcupiuit mādata tua. ꝛ concupiuit aīa mea
desiderare iustificationes tuas. Et hoc propter similitudinē quandā
vel propter intensionē appetitus superioris partis: ex quo fit redun
dantia in inferiorē appetitū. vt simul etiā ipse inferior appetit⁹ sno

modo tendat in spūale bonū conueniēs appetitui superiorē: et etiā ipsum corp⁹ spūalib⁹ deseruiat. sicut in psal. dicit: Cor meū et caro mea exultauerūt in deū viuū. Ad secūdū s. vtrū cōcupiscētia sit passio specialis. Dicēdū q sicut dictū est bonū delectabile sm sensum: est cōiter obiectū cōcupiscibil' vñ sm eius differētiā diuerse passiōes cōcupiscibilis distinguunt. Diuersitas aūt obiecti potest attendi. vel sm naturā ipsius obiecti. vel sm diuersitatē in virtute agēdi. Diuersitas aūt obiecti actiui q est sm rei naturā facit materialem differētiā passionū. Sed diuersitas q est sm virtutē actiuā facit formalē differentiā passionū: sm quā passiones specie differunt. Est autē alia ratio virtutis motiue ipsi⁹ finis vel boni sm q est realiter presens: et sm q est absens. Nā sm q est presens facit in seipso quiescere. sm autē q est absens facit ad seipsum moueri. Vñ ipsum delectabile sm sensum inquantū appetitui sibi adaptat quodāmodo et cōformat causat amorē. Inquātū vo absens attrahit ad seipsum: et causat cōcupiscētiā. inquantū vo presens quietat in seipso: et causat delectationē. Sic igit cōcupiscētia est passio differēs specie et ab amore et a delectatione. sed cōcupiscētie hoc delectabile vel illud facit cōcupiscētias diuersas numero. Ad tertiū s. vtrū sint qdā cōcupiscētie naturales: et qdā nō naturales. Dicēdū q sicut dictū est cōcupiscētia est appetit⁹ boni delectabilis. Dupliciter aūt est aliqd delectabile. Vno modo quia est cōueniēs aīalis nature: sicut cib⁹ potus: et huiusmodi. et huiusmodi delectabilis cōcupiscētia dicit naturalis. Alio modo est aliqd delectabile quia ē cōueniēs aīali sm apprehēsionē. sicut cū aliqs apprehēdit aliqd vt bonū. et cōueniēs delectat in ipso. et huiusmodi delectabilis concupiscētia dr nō nālis: et solet magis dici cupiditas. Prime igit cōcupiscētie naturales cōes sunt hoīb⁹ et aīalib⁹: quia vtriusqz est aliquid cōueniēs et delectabile sm naturā. et in his etiā oēs hoīes cōueniūt. vñ Phs in .iii. ethi. vocat eas cōes et necessarias. Sed secūde cōcupiscētie sunt proprie hominū. quoz propriū est excogitare aliquid vt bonū et cōueniēs pter id qd nā reqrit. Vñ in pmo rhetoricoz phs dicit pmas cōcupiscētias eē irrōnales: secūdas vo cū rōne. Et quia diuersimode ratiocinat: ideo et secūde dicunt in .iii. ethi. improprie et apposite s. supranaturales. Ad qrtū s. vtrū cōcupiscētia sit infinita. Dicendū q sicut dictū est concupiscētia est duplex. vna naturalis: et alia nō naturalis. Naturalis quidē igit cōcupiscētia nō potest esse infinita in actu. Est enī ei⁹ qd natura reqrit. natura vo semp tēdit in aliqd finitū et certū. vñ nūqz hō cōcupiscit infinitū cibū vel infinitū potū. Sed sicut in natura cōtingit esse infinitū in potētia p successionē: ita huiusmodi cōcupiscētia cōtingit in infinitū esse per successionē: vt. s. post adeptū cibū iterū alia vice desideret cibū. vel quodcūqz aliud natura reqrit quia huiusmodi corporalia bona cū adueniūt nō perpetuo manēt sed deficiūt. Vñ dñs dixit samaritano Joh. iiii. Qui biberit ex hac aq sitiet iterum. Sed cōcupiscētia nō naturalis oīno est infinita. Sequit enī rōnē vt dictū est. rōni aūt cōpetit in infinitū pcedere. vñ qui cōcupiscit diuitias potest eas cōcupiscere non aliquē certū t'minū sed simpliciter diuitē se esse quantūcūqz potest. Potest et alia ratio assignari sm phm in pmo politice Quare qdā cōcupiscētia sit finita: et qdā infinita. Semp enī cōcupiscētia finis infinita est. finis enī p se cōcupiscit vt sanitas vñ maior sanitas magis cōcupiscit: et sic in infinitū. sicut et si albū per se disgregat magis albū magis disgregat. cōcupiscētia vo ei⁹ qd est ad finē non est infinita sed sm illā mensurā appetit q cōuenit fini vñ q finē in diuitiis ponūt habēt cōcupiscētiā diuitiaz i infinitū. Qui aūt diuitias nō appetūt nisi pp necessitatē vite cōcupiscūt diuitias finitas sufficiētes ad necessitatē vite: vt phs dic ibidē. Et eadē rō ē de cōcupiscētia qrūcūqz aliaz rerū

¶ De abominatione. DIS. XIIII.

Deinde considerandū est de passione abominationis vel fuge. Sicut aūt affectionem amoris sequit desideriū: quia cū aliqd cepit amari statim desiderat haberi. sic post passionē odij sequit abominatio vel fuga. quia cū aliquid incipit odiri. statim cor incipit illud abominari et refugere. Sciēdū autē q solū peccatū abominari debem⁹. specialiter tñ ipocrisis falsitatē in regularibus: symoniacā prauitatē in clericis et presulib⁹: iniusticiā in principib⁹: detractionis maliciā in curialib⁹: ornatus vanitatē et luxurie feditatem in mulierib⁹. Specialiter abominari debet aīa hypocrisis falsitatē: et maxime in regularib⁹: quia et deus abominat eā. Sicut dicit Luc. xvi. Vos estis q iustificatis vos corā hoīb⁹. Deus aūt nouit corda: quia qd hoīb⁹ altū est: abominatio est ante deū. Itē symoniacā prauitatē in clericis. Dan. ix. Erit in tēplo abominatio desolationis. Itē Ezech. viii. Vidi ab aquilone porte altaris idolū zeli in ipso introitu. Et dixit ad me: fili hoīs putas ne vides tu qd isti faciūt: abominationes magnas qs dom⁹ israel facit hic vt pcul recedā a sanctuario meo. Itē iniquitatē et iniusticiā in principibus. Psal. Iniquitatē odio habui et abominat⁹ sum legē aūt tuā dilexi. Itē Prouer. xx. Pōdus et pōdus mēsura et mēsura: vtrūqz abominatio est apud deū. Idem. xi. Statera dolosa abominatio est ante deum. Item detractorum virulentas sententias et adulatorū fraudulentas blandicias in curialib⁹. Prouerbi. xxiiii. Abominatio est hominū oēs detractor. Idem. iii. Abominatio est dño oīs illusor. De vtroqz simul Prouer. xvii. Et qui iustificat impiū: et qui cōdēnat iustū: vterqz abominabilis est apud deū. Itē ornatus vanitatē et luxurie feditatē in mulieribus. Vñ dicebat Hester xiiii. Tu scis infirmitatē et necessitatē meā. q abominer signū supbie et glie mee: qd est sup caput meū in die ostentationis mee: et detester illud qsi pannū mēstruate et nō portē illud in dieb⁹ silētij mei. Exēplo hui⁹ scē regine abominari debēt oēs dñe et mulieres honeste factū: et etiā indecētiā in ornatu suo. Cōtra qd loquit btūs Joh. Apoc. xvii. Vidi mulierē sedētē sup bestiā coccineā plenā noīb⁹ blasphemie habētē capita septē: et cornua decē. et mlier erat circūdata purpura et coccino et inaurata auro et lapide pcioso et margaritis: habēs poculū aureū in manu sua plenum abominatione et īmūdicia fornicationis sue. et in fronte ei⁹ nomē scriptū mysteriū. babylon magna mater fornicationū et abominationū terre.

De fuga vo sciēdū q sicut appetitus bene dispositi⁹ abominat malū inqntū tristabile vel nociuū: sic etiā fugit. et sicut bonū rōne sue bonitatis est appetibile: sic malū in eo q malū est fugiēdū. Fuga igit proprie loquendo est respectu mali inqntū habet ratonē tristabilis vel nociui. Sciendū tñ q est qdā fuga miserabilis: qdā detestabilis: et qdā cōmēdabil'. Porro fuga miserabil' est qua vita nr̄a presens cōtinue fugit. Naturaliter enī hō timet fugere mortē. sed hoc est miserabile q incessanter fugit ad mortem. Dicit enī Augu q vita nr̄a nihil est aliud qz cursus ad mortē. Itē miserabilis est vita nr̄a quia multis miserijs cumulat. sicut dicit Job. xiiii. Hō natus de muliere breui viuēs tpe replet multis miserijs: qui quasi flos egredit et cōterit: et fugit velut vmbra ec. Grego. Quāuis hō hic diu stare desideret: ipso tñ cursu mortalis vite impellit vt egrediat. et quia per momēta singula cōpellit ad mortē: recte dicit Et fugit velut vmbra. Vmbra quippe fugiēda est et obscura: et semp moto corpore cui⁹ est vmbra mouet nec teneri potest. Vita igit nr̄a dicit fugere velut vmbra: quia cecitatē mētis patimur. et si qd cognitiōe habem⁹ obscure cognoscim⁹: et defectū caloris. i. amoris diuini patimur. Itē Job ix. Dies mei velociores fuerūt cursore: fugerūt et non viderūt bonū. Itē est fuga detestabilis qn. s. fugit hō id qd verū bonū est et vtile: sibi tñ reputat esse malū. Et hoc fit multipliciter. Primo quidē qn fugit hō correctionē insipiētie: sicut puer fugit scolas: discipulus doctorē: fili⁹ patrē corripientē. et indeuotus hō fugit ecclesiā et predicationes: et insolēs cōsortia bonoz. Prouer. xix. qui affligit patrē suū suis malis moribus vel insolentiis: et matrē fugit docētē monentē et corripientē. ignominiosus erit. i. ignominia dign⁹ erit. Secundo qn fugit subiectionē obediētie. sicut Agar ancilla Sarai fugit: vt dicit Gen. xvi. affligēte eā Sarai fugā iniit. Cui dixit angelus dñi Agar ancilla Sarai vnde venis: et quo vadis: Que respōdit: A facie Sarai dñe mee fugio. Dixitqz ei angelus dñi: Reuertere ad dñam tuā: et humiliare sub manu ipsi⁹. Hāc imitant inobediētes in claustris et monasterijs: q a suis religionib⁹ apostatāt iugū obediētie fugiētes. Tertio qn fugit austeritatē penitētie: timēs. s. aggredi penitētiā: quia dura est. Sed iste incurrit illud poeticū. Decidit in scyllam cupiēs vitare carybdim. Et illud Job. vi. Qui timent pruinā: irruit sup eos nix. Grego. Sūt pleriqz q recta agere desiderāt: sed nōnulla sunt q infirmus eoz mentib⁹ et prīs vita cōtradicūt. Cūqz aduersa in infimis metuūt in supni iudicij rectitudinē offendūt. dū tpalia aduersa pertimescūt districtioni animaduersionis eterne se obiciūt. De quib⁹ bene p Psal. dicit. Illic trepidauerūt timore vbi nō erat timor. Itē Job. xx. Fugiet arma ferrea: et incidet in arcū ereū. i. vitabit duravel aduersa tpalia et incidet in eterna. quia q timore malo fugit austeritatē penitētie tpalis: incidet in penā miserie gehēnal'.

Quarto qn fugit austeritate sustinētie. sicut qn ad modicū tēptatiōis impulsum statim vincit et fugit. vñ de quibusdā dicit .vii. Mach. Prouecerūt arma sua et fugerūt. Et de discipulis dñi dicitur Math. xxvi. q relicto eo fugerūt. De malo etiam pastore dicit Joh. x. Mercēnari⁹ videt lupū venientē: et dimittit oues et fugit. Quia pastor qui plus querit lucra tpaliū qz salutē fideliū subditorū vidēs pscutorē hominē vel diabolū gregē sibi creditū inuadē

tē fugit: qr̄ cōsiliū vel presidiū subtrahit. Et qriqz timet hō periculū suspicatū vbi non est periculū. quia scriptū est .pue.xxviii. Fugit impius nemine psequēte. Tertio q̄dā est fuga cōmēdabil. q̄ s. est respectu veri mali nō solū apparētis. Et ista duplex est. videlicet vel respectu mali culpe: vel mali pene. Porro malū culpe summopere est fugiēdū. sicut dicit .pue.xxi. Quasi a facie colubri fuge peccatū. Colubro quippe peccati proprie cōparat. quia coluber serpit. tortuose incedit: venenū silenter infundit: et infundendo occidit. Itē coluber solo aspectu horrorē incutit. Nota bene et applica. Nec solū peccata fugienda sunt q̄ vere peccata sunt: veritetā q̄ speciē peccati pretēdunt. Sic docet Apls. i. Thessa .v. Ab oī specie mala abstinete vos. Et hoc fuit bene figuraliter design. tū Exo.iiij. Vbi dicit q̄ virga moysi versa est in colubrē: ita vt fugeret moyses. Coluber ille nō credit habuisse venenū: sed speciē habebat venenati serpētis: et ideo moyses fugit. Sic quicq̄d habet speciē apparentiā vel colorē peccati debem⁹ fugere et vitare. Licet autē peccatū omne sit sūma diligentia fugiēdū. specialiter tñ peccatū luxurie. sicut docet .i. Corin.vi. Fugite fornicationē. Glo. Cū alijs vitijs potest expectari cōflictus. Sed hanc fugite ne approximetis: quia nō aliter melius potest vinci. Ideo Joseph cū dña sua sollicitaret eū relicto in manu eius pallio fugit Gen.xxxix. et Eccs.vij. Inueni amariorē morte mulierē q̄ laqueus venatorū est: sagena cor eius: vincula sunt man⁹ illi⁹: qui placet deo effugiet illā. Et ij. Pe. i. Efficiamini cōsortes diuine nature fugiētes illā que in mūdo est cōcupiscētie corruptionē. Nō solū aūt peccata vel que speciē habēt. i. apparētiā peccatoꝝ fugere debem⁹: veritetā queciqz dare possūt occasiones ad peccādū. Et sunt specialiter tria. videlicet excellētie mūdiales: opulentie tpales et insolentie sociales. Excellentie q̄dē mūdia es prebēt vt plurimū occasiones supbie: fastus. indignationis: presumptionis: elationis. et multoꝝ taliū. Ideo dñs nō tm verbo q̄ȝ et exēplo fugiēdā eē docuit excellentiā mūdialē. quia cum cognouisset q̄ ventum essent vt caperēt eū et facerēt regē. fugit ipse in montē. De multis sanctis legimus q̄ fugiebāt honores sicut Augustin⁹ Gregori⁹ Ambrosius Martin⁹ Basilius et alij multi. De hoc require in tra.iij.li. de ambitione. Itē multas peccatorū occasiones dant opulentie tpales. sicut dicit Apls .j. Thi.vi. Qui volunt diuites fieri incidūt in tētationē et in laqueū diaboli: et in desideria multa inutilia nociua: q̄ mergūt hominē in interitū et perditionē. Radix eni oīm maloꝝ est cupiditas. Sequit: Tu aūt homo dei hoc fuge. Ideo mathathias volens mundana differere: vt deo liberi⁹ seruiret. Dixit .i. Mach.ij. Oīs qui zelū habet legis statuēs testamentū exeat post me: et fugit ipse et filij eius in montes: et reliquerūt oīa que habebāt in ciuitate. Itē .iiij. Reg.vij. Fugerūt sirii et dereliquerunt tentoria sua et equos et mulos et asinos in castris fugerūt quia aīas tm̄ suas saluare cupiētes. Idem. Multas occasiones peccatoꝝ prebēt insolentie sociales. Psal. Cū puerso peruerteris. In vitispatrū legit dictū esse Arsenio querēti quō posset saluari. Fuge hoīes et saluaberis. Tobie .j. Cū irent oēs ad vitulos aureos quos hieroboam fecerat: rex israel hic solus fugiebat cōsortia omniū. Tobie .i. Bern. ad Fulchonē monachū. Fugit ouis tremebunda veniente lupo abscōdit se colūba accipitre viso de cauerna mus esuriens exire nō audet ambiente catto. et tu cū videbas furē currebas cū eo. De hoc require infra de vitāda societate maloꝝ.

Itē fugiendū est mali pene. Multa vō sunt mala pene: que fugere debem⁹. videlicet: psecutiones: pturbationes: tremebundū iudiciū. et torrendum inferni suppliciū. Persecutiones quidē fugere possum⁹ et debem⁹. sicut fugit Jacob a facie esau fratris sui Gen. xxvij. et Moyses a facie pharaonis Exo.ij. Querebat pharao occidere Moysen. qui fugiēs a cōspectu eius moratus est in terra madian. Similiter Dauid a facie Saul .i. Reg.xix. Fugit Dauid et saluatus est. Sic Helyas a facie Jezabel .iij. Regū. Sic preceperat angelus Joseph Math .ij. Fuge in egyptū. Sic dñs dixit discipulis suis Mat .x. Cū vos psequent de vna ciuitate fugite in aliā. Sic sancti Hieronym⁹ Siluester Urban⁹ et alij psecutiones tyrannoꝝ fugiebāt ad tps. Itē fugere debem⁹ pturbationes mētis. Psal. Elōgaui fugiēs etc. Michee .ij. Surgite abite: quia nō habetis hic requiē. Sic fugiebāt sci inquietudines et tumult⁹ mūdi vt quieti seruirēt deo et cōtēplationi vacarēt. Vñ Hiere.xlviij. Fugite saluate animas vestras. Et eiusdē .li. Fugite de medio babyl. et saluet vnusquisqz animā suā. Itē fugere debem⁹ iudiciū tremēdū. sic monet Job .xix. Fugite a facie gladij: quia vltor iniq̄tatis gladius est. Grego .xiiij. moral. ca .vlti. Faciē gladij fugere est animaduersionis districte sententiā anteq̄ȝ oporteat placare. Vitari nāqz terror iudicis nō nisi ante iudiciū potest. vñ necesse est nūc timere iudicē: cū nondū iudiciū exercet: cū diu sustinet: cū adhuc mala tollerat que videt: ne cū semel manū in retributione vltionis excusserit tāto districtius in iudicio feriat: quāto ante iudiciū diutius expectauit. Sequit: Et scitote esse iudiciū. Et Grego ibidē. Dis q̄ puerse agit: eo ipso q̄ hoc timere despicit dei iudiciū eē nesciat. Nā sunt pleriqz qui extremū esse iudiciū verbotenꝰ sciūt: sed puerse agēdo testāt quia nesciūt. Vñ btūs Joh bap predicādo iudeis: dicebat Math .iij. Genimina viperarū quis ostendit vobis fugere a ventura ira. Sequit. Facite ergo dignos fructus penitētie. Item fugere debem⁹ horrendū inferni suppliciū. Luc.xxi. Vigilate oī tpe orantes vt digni habeamini fugere oīa ista q̄ ventura sunt. s. supplicios que tam inestimabiliter erunt acerba: q̄ sicut dicit Apoc. ix. Querēt homines mortē et nō inuenient eam. et desiderabūt mori et fugiet mors ab eis. Sic e cōtra dicit de iustis Jsa.xxxv. Gaudiū et leticiam obtinebūt: et fugiet dolor et gemitus.

¶ De delectatione DIS. XV.

Einde considerādū est de passione delectationis. Sicut autē ad amorē sequitur desideriū. sic ad desideriū sequit delectatio. quia desideriū si cōpleat delectat animaȝ. Prouer.xiij. Ideo postq̄ȝ dictū est de passione desiderij cōsequēter est de delectatione dicēdū. Circa delectationē vō considerāda sunt q̄ttuor. Primo de ipsa delectatiōe sm̄ se. Secūdo de causis delectationis. Tertio de effectib⁹ eius. Quarto de bonitate vel malicia eius. Circa primū querunt octo. Primo vtrū delectatio sit passio. Secundo vtrū sit in tpe. Tertio vtrū differat a gaudio. Quarto vtrū sit in intellectiuo appetitu. Quinto de cōparatione delectationū superioris appetitus ad delectatiōnē inferioris. Sexto de cōparatiōe delectationū sensitiuarū ad inuicē. Septimo vtrū sit aliq delectatio nō naturalis. Octauo vtrū delectatio possit esse cōtraria delectationi. Ad primū. s. vtrū delectatio sit passio. Dicendū q̄ motus appetitus sensitiui proprie passio noīat. affectio autē quecūqz ex apprehensione sensitiua pcedēs est motus appetitus sensitiui hoc aūt necesse est cōpetere delectationi. Nā sicut phs dicit in pmo rheto delectatio est quidā aīe motus et constitutio simul tota et sensibilis in naturā existentē. Ad cui⁹ intellectū cōsiderādū est: q̄ sicut cōtingit in rebus naturalib⁹ aliq cōseq̄ suas pfectiones naturales: ita hoc cōtingit in aīalib⁹. et q̄uis moueri ad perfectionē nō sit totū simul. tñ consequi naturalē pfectionē est totū simul. Hec autē est differētia inter animalia et alias res naturales: q̄ alie res naturales qñ cōstituunt in id quod cōuenit eis sm̄ naturā hoc nō sentiūt: sed aīalia sentiūt. et ex isto sensu causat motus quidā aīe in appetitu sensitiuo. et iste motus est delectatio. Per hoc ergo q̄ dicit. q̄ delectatio est mot⁹ aīe: ponit in genere. Per hoc vō q̄ dicit cōstitutio in existentē naturā. i. in illud quod existit natura: reponit causa delectatiōis. s. presentia esse naturalis boni. Per hoc autē q̄ dicitur Tota simul ostēdit q̄ cōstitutio nō debet accipi put est cōstitui: sed put est in constitutū esse quasi in termino motus. Nō eni delectatio est generatio. vt Plato posuit. sed magis consistit in factum esse vt dicitur in .vij. ethi. Per hoc autē q̄ dicit Sensibilis: excludunt perfectiones reꝝ insensibiliū: in quib⁹ nō est delectatio. Sic ergo patet: q̄ cū delectatio sit motus in appetitu aīali cōsequēs apprehensionē sensus delectatio est passio aīe. Ad secūdū. s. vtrū delectatio sit in tpe. Dicendū q̄ aliq̄d cōtingit esse in tpe dupliciter. Uno modo sm̄ se. alio modo p aliud: et q̄si p accidens. Quia eni tps est numerus successiuoꝝ Illa sm̄ se dicunt esse in tpe de quoꝝ rōne est successio vel aliq̄d ad successionē ptinēs: sicut motus: quies: locutio et huiusmodi. Scd̄m vō aliud et nō p se dicunt esse in tpe illa de quoꝝ ratiōe nō est aliq̄ successio: sed tñ alicui successiuo subiacent. Sicut esse hominē de sui ratione nō habet successionē. nō eni est motus sed termin⁹ motus vel mutationis vel generationis ipsius. sed quia humanū esse subiacet causis transmutabilib⁹ sm̄ hoc eē hominē est in tpe. Sic ergo dicendū est q̄ delectatio sm̄ se quidē nō est in tpe est eni delectatio in bono iam adepto: quod ē q̄si termin⁹ mot⁹. sed si illud bonū iam adeptū trāsmutationi subiaceat erit delectatio p accidēs in tpe. Si autē sit oīno intrāsmutabile delectatio nō erit in tpe nec p se nec p accidēs. Ad tertiū. s. vtrū gaudiū sit idē quod delectatio. Dicendū q̄ gaudiū vt Auic. dicit in suo libro de aīa. est q̄dā spēs delectationis. Est autē considerādū: q̄ sicut sunt quedā cōcupiscētie naturales: q̄dā aūt nō naturales: sed consequunt rationē vt supra dictū est. ita etiā delectationū quedā sunt naturales: quedā non naturales: que sunt cū ratione. Vel sicut Dam. et Greg. nicen⁹ dicūt: quedā sunt corporales quedā aīales: quod in idem redit. Delectamur eni et in his q̄ natu

raliter cōcupiscim⁹ ea adipiscētes: ⁊ in his q̄ cōcupiscim⁹ fm̄ ratio
nē. Sed nomē gaudij non habet locū nisi in delectatione: q̄ conse
quit̄ ratonē. vn̄ gaudiū nō attribuim⁹ brutis aīalib⁹: sed solū no
mē delectationis. O autē quod cōcupiscim⁹ fm̄ naturā: possum⁹
fm̄ naturā. Possum⁹ etiā cū delectatione ratiōis cōcupiscere: sed
nō ecōuerso. vnde de oīb⁹ potest esse delectatio. Potest etiā eē in
habētib⁹ ratonē: q̄uis nō semꝑ de oīb⁹ fit gaudiū. Quāq̄z enī ali
quis sentit aliquā delectationē fm̄ corpus: de qua tn̄ non gaudet
fm̄ ratonē. ⁊ fm̄ hoc patet ꝙ delectatio est in plus q̄ȝ gaudium.
Ad quartū. s. vtrū delectatio sit in appetitu intellectiuo. Dicen
dū ꝙ sicut dictū est: delectatio quedā sequit̄ apprehensionē ratio
nis. Ad apprehensionē autē rationis nō solū cōmouet̄ appetitus
sensitiuus ꝑ applicationē ad aliq̄d particulare: sed etiā appetitus
intellectiuus: qui dicit̄ volūtas. ⁊ fm̄ hoc in appetitu intellectiuo
siue in volūtate est delectatio que gaudiū dicit̄. nō aūt delectatio
corporalis. Hoc tn̄ interest inter delectationē vtriusq̄z appetitus:
ꝙ delectatio appetitus sensibilis est cū aliq̄ trāsmutatione corpo
rali. Delectatio autē appetit⁹ intellectiui nihil est aliud q̄ȝ simplex
motus volūtatis. ⁊ fm̄ hoc Augus. dicit. xiiij. de ciui. dei. ꝙ cupidi
tas ⁊ leticia nō est aliud q̄ȝ volūtas in eoꝝ cōsecutione q̄ volum⁹.
Ad quintū. s. vtrū delectatiōes corporales ⁊ sensibiles sint ma
iores delectationib⁹ spūalib⁹. Dicēdū ꝙ sicut dictū est: delectatio
ꝓuenit ex ꝯiūctione sibi ꝯuenientis q̄ sentit̄ vel cognoscit̄. In ope
rib⁹ autē aīe precipue sensitiue ⁊ intellectiue est hoc cōsiderandū:
ꝙ si nō trāseant in materiā exteriorē: sunt actus vel ꝑfectiōes ope
rātis. s. intelligere: sentire: velle: ⁊ huiusmodi. Nā actiones q̄ tran
seunt in exteriorē materiā magis sunt actiones ⁊ ꝑfectiones ma
terie trāsmutate. Motus enī est actus mobilis a mouēte. sic igit̄
predicte actiōes aīe sensitiue ⁊ intellectiue: etiā ipse sunt quoddā
bonū operāt̄. ⁊ sunt etiā cognitiue ꝑ sensū ⁊ ꝑ intellectū. vn̄ etiā
ex ipsis cōsurgit delectatio: ⁊ nō solū ex eoꝝ obiect. Si igit̄ cōpa
rant̄ delectationes intelligibiles delectationib⁹ sensibilib⁹ fm̄ ꝙ
delectamur in ipsis actionib⁹. puta in cognitiōe sensus ⁊ in cogni
tione intellectus: non est dubium. ꝙ multo sunt maiores delecta
tiones intelligibiles q̄ȝ sensibiles. Multo magis enī delectat̄ hō
de hoc ꝙ cognoscit aliq̄d intelligēdo q̄ȝ de hoc ꝙ cognoscit aliq̄d
sentiendo quia intellectualis cognitio ⁊ ꝑfectior est: ⁊ magis etiā
cognoscit̄: quia intellectus magis reflectit̄ supra actū suū q̄ȝ sen
sus. Est etiā cognitio intellectiua magis dilecta. nullus enī est qui
nō magis vellet carere visu corporali q̄ȝ visu itellectuali: eo modo
quo bestie vel stulti carēt. Sic Augu. dicit in. xiiij. de ci. dei. Sed si cō
parent̄ delectatiōes intelligibiles spūales delectationib⁹ sensibili
bus corporalib⁹. Sic fm̄ se ⁊ simpliciter loquēdo delectatiōes spi
ritua les sunt maiores. Et hoc apparet fm̄ tria que requirūt̄ ad de
lectationē. s. bonū coniunctū. ⁊ id cui ꝯiūgit̄. ⁊ ipsa ꝯiūctio. Nam
ipsum bonū spūale ⁊ est maius q̄ȝ bonū corporale: ⁊ est magis di
lectū. Cui⁹ signū est ꝙ hoīes etiā a maximis corporalib⁹ voluptati
bus abstinēt: vt nō perdāt honorē qui est bonū intelligibile. Silr̄
ipsa pars intellectiua est multo nobilior ⁊ magis cognoscitiua q̄ȝ
pars sensitiua. Coniūctio etiā vtriusq̄z est magis intima ⁊ magis
ꝑfecta et magis firma. Intimior quidē est: quia sensus sistit circa
exteriora accidētia rei. Intellectus ṽo penetrat vsq̄z ad rei eēntiā.
obiectū enī intellectus est ꝙ quid est: ꝑfectior aūt est ꝯiūctio quia
ꝯiūctioni sensibilis ad sensū adiūgit̄ motus. qui est actus imꝑfe
ctus. vnde ⁊ delectationes sensibiles nō sunt tote simul: sed in eis
aliquid pertrāsit: ⁊ aliquid expectat̄ consumandū. vt patet in de
lectione ciboꝝ ⁊ venereoꝝ. sed intelligibilia sunt absq̄z motu: vnde
delectationes tales sunt tote simul. ⁊ etiā firmior: quia delectabi
lia corporalia sunt corruptibilia ⁊ cito deficiunt bona ṽo spūalia
sunt incorruptibilia. Sed quo ad nos delectatiōes corporales sūt
magis vehemētes propter tria. Primo quia sensibilia sunt magis
nota quo ad nos q̄ȝ intelligibilia. Secūdo etiā quia delectationes
sensibiles cū sint passiones appetitus sensitiui sunt cū aliq̄ trāsmu
tatione corporali. quod nō cōtingit in delectationib⁹ spūalib⁹ nisi
ꝑ quādā redundantiā a supiori appetitu in inferiorē. Tertio quia
delectationes corporales appetunt̄ vt medicine q̄dā cōtra corpo
rales defect⁹ vel molestias ex quib⁹ tristicie quedā cōsequunt̄. vn̄
delectationes corporales tristitijs huiusmodi supueniētes magis
sentiunt̄ ⁊ ꝑ cōsequēs magis acceptant̄ q̄ȝ delectationes spūales
q̄ nō habēt tristitias cōtrarias. Ideo aūt plures consequunt̄ dele
ctationes corporales quia bona sensibilia sunt magis ⁊ pluribus
nota. ⁊ quia hoīes indigēt delectationib⁹ vt medicinis cōtra mul
tiplices dolores ⁊ tristitias. Silr̄ cū plures hoīes nō possint attin
gere ad delectationes spūales: q̄ sunt proprie virtuosoꝝ: ꝯuenies ē
ꝙ declinēt ad corporales. Ad sextū. s. vtrū delectationes q̄ sunt
fm̄ tactū sint maiores delectationib⁹ fm̄ alios sensus. Dicendū ꝙ
sicut dictū est: vnūquodq̄z inquantū amat̄ efficit̄ delectabile. Sē
sus autē vt dicit̄ in principio meth diligunt̄ ꝑpter duo. s. propter
cognitionē ⁊ propter vtilitatē. vn̄ ⁊ vtroq̄z modo cōtingit esse de
lectationē fm̄ sensum. Sed quia apprehendere ipsam cognitionē
tanq̄ȝ propriū bonū quoddā est hoīs: ideo prime delectatiōes sen
suū. q̄. s. sunt fm̄ cognitionē sunt prope hominū. delectatiōes autē
sensuū inquantū diligunt̄ propter vtilitatē sunt cōes oīb⁹ aīalib⁹.
Si igit̄ loq̄mur de delectatione sensus q̄ est ratione cognitionis:
manifestū est ꝙ fm̄ visum est maior delectatio q̄ȝ fm̄ aliū aliquē
sensum. si autē loquamur de delectatione sensus q̄ est ratione vti
litatis: sic maxima delectatio est fm̄ tactū. vtilitas enī sensibiliū at
tēdit̄ fm̄ ordinē ad cōseruationes nature aīalis. Ad hanc autē vti
litatē propinqui⁹ se habēt sensibilia tactus. Est enī tactus cogno
scitiuus eoꝝ ex quib⁹ ꝯsistit aīal. s. calidi ⁊ frigidi ⁊ huiusmodi. vn̄
fm̄ hoc delectationes q̄ sunt fm̄ tactū sunt maiores quasi fini pro
pinquiores. ⁊ propter hoc etiā alia animalia q̄ non habēt delecta
tionē fm̄ sensum nisi ratione vtilitatis nō delectant̄ fm̄ alios sen
sus nisi in ordine ad sensibilia tactus. Neq̄z enī odorib⁹ leporū ca
nes gaudent: sed cibatione. neq̄z leo gaudet voce bouis: sed come
stione: vt dicit̄ in. iij. ethi. Cū ergo delectatio tactus sit maxima ra
tione vtilitatis: delectatio autē visus ratione cognitionis. si quis
vtrūq̄z cōparare velit inueniet simpliciter delectationē tactus esse
maiorē delectatione visus fm̄ ꝙ sistit infra limites sensibilis dele
ctationis quia manifestū est ꝙ id quod est naturale in vnoquoq̄z
est potētissimū. huiusmodi autē delectationes tactus sunt: ad q̄s
ordinant̄ cōcupiscētie naturales sicut cibi ⁊ venerea: ⁊ huiusmo
di. Sed si cōsiderem⁹ delectationes visus fm̄ ꝙ visus deseruit in
tellectui. sic delectationes visus erūt potiores ea ratione qua intel
ligibiles delectationes sunt potiores sensibilib⁹. Ad septimū. s.
vtrū sit aliq̄ delectatio naturalis. Dicendū ꝙ naturale dicit̄ quod
est fm̄ naturā: vt dicit̄ in. ij. phisi. Natura autē in hoīe dupliciter
sumi potest. Uno modo prout intellectus ⁊ ratio est potissime natu
ra hoīs: quia fm̄ eā hō in specie potissime cōstituit̄. ⁊ fm̄ hoc na
turales delectationes hominū dici possunt: que sunt in eo q̄d con
tingit ei fm̄ rationē. sicut delectari in ꝯtēplatiōe veritatis ⁊ in acti
bus virtutū est naturale homini. Alio modo potest sumi natura ī
hoīe fm̄ ꝙ cōdiuidit̄ rationi illud. s. quod est cōmune homini et
alijs precipue ꝙ rationi nō obedit. ⁊ fm̄ hoc ea que ꝑtinent ad cō
seruationē corporis. vel fm̄ indiuiduū. vt cib⁹. potus lectus. ⁊ hu
iusmodi. vel fm̄ speciē: sicut venereoꝝ vsus dicuntur homini dele
ctabilia naturaliter. Scḋm vtrasq̄z aūt delectationes cōtingit ali
quas esse innaturales simpliciter loquēdo. sed ꝯnaturales fm̄ q̄d.
Contingit enī in aliquo indiuiduo corrumpi aliquod principiorū
naturaliū speciei. ⁊ sic id quod est cōtra naturā speciei potest fieri
ꝑ accidēs naturale huic indiuiduo sicut huic aq̄ calefacte est natu
rale ꝙ calefaciat. Ita igit̄ cōtingit ꝙ id quod est cōtra naturā ho
minis: vel q̄ntū ad rationē: vel q̄ntū ad corporis cōseruationē fiat
huic homini cōnaturale propter aliquā corruptionē nature in eo
existentem. Que quidē corruptio potest esse vel ex parte corporis:
siue ex egritudine. sicut febricitātib⁹ dulcia vident̄ amara: ⁊ econ
uerso. vel propter malā cōplexionē: sicut aliqui delectant̄ in come
stione terre: vel carbonū. vel aliquoꝝ huiusmodi. vel etiā ex parte
aīe: sicut propter cōsuetudinē aliq̄ delectant̄ in comedendo homi
nes: vel in coitu bestiarū: aut masculoꝝ: aut aliquoꝝ huiusmodi. q̄
nō sunt fm̄ naturā humanā. Ad octauū. s. vtrū delectationi sit
aliq̄ delectatio cōtraria. Dicēdū ꝙ delectatio in affectiōib⁹ aīe sic
dictū est proportionat̄ quieti in corporib⁹ naturalib⁹. Dicunt̄ aūt
due esse quietes ꝯtrarie: q̄ sunt in cōtrarijs terminis. sicut quies q̄
est sursum et que est deorsum: vt dicit̄. v. phisi. vnde ⁊ cōtingit in
affectibus anime duas delectationes esse contrarias.

De causis delectationū DIS. XVI.

Einde cōsiderandū est de causis delectationis. Et circa hoc querunt̄ octo. Primo vtrū operatio sit propria causa delectationis. Secūdo vtrū motus sit causa delectationis. Tertio vtrū spes ⁊ memoria. Quarto vtrum tristitia. Quinto vtrū actiones alioꝝ sint nobis delectationis causa. Sexto vtrū benefacere alteri sit causa delectationis. Septimo vtrū silitudo sit causa delectatiōis. Octauo vtrū admiratio sit causa delectationis. Ad primū. s. vtrū operatio sit causa delectationis. Dicendū ꝙ sicut supra dictū est: ad delectationē duo requirunt̄. s. cognitio boni ꝯuenietis: ⁊ cognitio huiusmodi adeptionis. Utrūq̄z autē horū in q̄da cōparatione cōsistit.

Post considerationē de passionibus cōcupiscibilis. Cōsequēter dicendū est de passionibus irascibilis. Et primo de spe ꝛ desperatiōe Scḋo de timore ꝛ audacia. Tertio de ira. Circa primū qrunt̄ octo. Primo vtrū spes sit idē qḋ desideriū vel qḋ cupiditas. Scḋo vtrū spes sit in vi apprehensiua vel in vi appetitiua. Tertio vtrū spes sit in brutis aīalibus. Quarto vtrū spei cōtrariet̄ desperatio. Quinto vtrū causa spei sit experiētia. Sexto vtrū in iuuenib⁹ ꝛ ebriosis spes abūdet. Septimo de ordine spei ad amorē Octauo vtrū spes ↄferat ad opatione. Ad primū. s. vtrū spes sit idē qḋ desideriū vel cupiditas. dicendū ꝙ spes passionis ex obiecto ↄsiderat̄. circa obiectū aūt spei: quattuor ↄditiones attendunt̄ Primo quidē si sit bonū. Non enī ꝓprie loquēdo est spes nisi de bono. ꝛ ꝑ hoc differt spes a timore qui est de malo. Scḋo vt sit futurū. nō enī est spes de pn̄ti iam habito. ꝛ ꝑ hoc differt spes a gaudio qḋ est de bono pn̄ti. Tertio requirit̄ ꝙ sit aliqḋ arduū cū difficultate adipiscibile. nō enī aliquis dicit̄ sperare aliquid minimū: qḋ statim ē in sua ptāte vt habeat. ꝛ ꝑ hoc differt spes a desiderio vel cupiditate q̄ est de bono futuro absolute. vn̄ ptinet ad cōcupiscibilē. spes aūt ad irascibilē. Quarto aūt ꝙ illud arduū sit possibile adipisci. nō enī aliqs sperat id qḋ oīno adipisci nō pōt. ꝛ fm hꝰ differt spes a desperatiōe. Sic igit̄ patet ꝙ spes differt a desiderio sicut differūt passiones irascibilis a passionibus ↄcupiscibilis. ꝛ ꝓpter hoc spes presupponit desideriū. sicut ꝛ oēs passiones irascibilis ꝑsupponūt passiōes ↄcupiscibilis. Ad scḋm. s. vtrū spes sit in vi apprehensiua vel appetitiua. dicēdū ꝙ cū spes importet extensionē quādā appetitus in quoddā bonū manifeste ptinet ad appetitiuā virtutē. Motus enī ad res ꝓprie ptinet ad appetitū. actio vō virtutis cognitiue pficit̄ nō fm motū cognoscentis ad res: sed potius fm ꝙ res cognite sunt in cognoscēte. sed qꝛ vis cognitiua mouet appetitiuā repsentando ei obiectū suū fm diuersas rōnes obiecti apphensi subsequunt̄ diuersi motus in vi appetitiua. Ali⁹ enī motus sequit̄ in appetitu ex apprehensiōe boni ꝛ alius ex apprehensione mali. ꝛ silr alius motus ex apphensiōe pn̄tis ꝛ futuri absoluti ꝛ ardui. possibilis ꝛ impossibilis ꝛ fm hoc spes est mot⁹ appetitiue virtutis ↄsequēs apprehensionē boni futuri ardui possibilis adipisci. s. extensio appetitus in hmōi obiectū. Ad tertiū s. vtrū spes sit in brutis aīalibus. dicēdū ꝙ interiores passiōes aīaliū ex exterioribus motibus deprehendi possunt. ex qbus apparet ꝙ in aīalibus brutis est spes. si enī canis videat leporē. aut accipiter auē nimis distantē: nō mouet̄ ad ipsā. q. nō sperās se eā posse adipisci. Si aūt sit in ꝓpinquo: mouet̄ qsi sub spe adipiscēdi. Ut enī supra dictū est appetitus sensitiuus brutoꝝ aīaliū. ꝛ etiā appetit⁹ nālis rerū sensibiliū sequunt̄ apprehensionē alicuius intellectus. sicut ꝛ appetitus nature intellectiue q̄ dicit̄ volūtas. sed in hoc est differentia. ꝙ volūtas mouet̄ ex apprehensiōe intellectus ↄiuncti sed motus appetitus nālis sequit̄ apphensionē intellect⁹ sepati q̄ nāꝫ instituit. ꝛ silr appetitus sensitiuus brutoꝝ aīaliū. q̄ etiā quodāmodo instinctu nāli agūt. vn̄ in opibus brutoꝝ aīaliū ꝛ aliaꝝ rerū nāliū apparet silis ꝓcessus. sicut in opibus artis. ꝛ ꝑ hūc modū in brutis aīalibus est spes ꝛ desperatio. Ad quartū. s. vtrūꝫ desperatio sit ↄtraria spei. dicēdū ꝙ sicut supra dictū est in mutationibus inuenit̄ duplex ↄtrarietas. vna fm accessū ad ↄtrarios terminos. ꝛ talis ↄtrarietas sola inuenit̄ in passiōibus ↄcupiscibilis sicut amor ꝛ odiū ↄtrariant̄. Alio mō ꝑ accessū ꝛ recessūꝫ respectu eiusdē termini. ꝛ talis ↄtrarietas inuenit̄ in passiōibus irascibilis obiectū aūt spei qḋ est bonū arduū habet qdē rōnē attractiui ꝓut ↄsiderat̄ cū possibilitate adipiscendi. ꝛ sic tendit in ipsū spes q̄ importat quēdā accessū. Sed fm ꝙ ↄsiderat̄ cū impossibilitate obtinēdi habet rōnē repulsiui. qꝛ vt dicit̄ in. iii. Ethi. Cū ventū fuerit ad aliqḋ impossibile: tūc hoīes discedūt. ꝛ sic respicit hoc obiectūꝫ desperatio. vn̄ importat motū cuiusdā recessus ꝛ ꝓpter hoc ↄtrariat̄ spei sicut recessus accessui. Ad qntū. s. vtrū experientia sic cā spei. dicendū ꝙ sicut supra dictū est: obiectū spei est bonū futurūꝫ arduū possibile adipisci. Potest ergo aliqḋ esse spei cā. vel qꝛ facit hoī aliqḋ esse possibile. vel qꝛ facit eū estimare aliqḋ esse possibile Primo mō est cā spei dē illud qḋ auget ptātēꝫ hoīs: sicut diuitie. fortitudo. ꝛ inter cetera etiā experientia. nā ꝑ experiētiā hō acqrit facultatē aliqḋ de facili faciēdi. Et ex hoc sequit̄ spes. vn̄ Vegetius dicit i libro de re militari. Nemo facere metuit qḋ se bn̄ didicisse cōfidit. Alio mō est cā spei dē illud qḋ facit alicui estimationeꝫ ꝙ aliqḋ sit sibi possibile. Et hoc mō doctrina ꝛ ꝑsuasio quelibet pōt esse cā spei. ꝛ sic etiā experientia est cā spei. inquātū scilicet ꝑ experientiā sit hoī estimatio ꝙ aliqḋ sit sibi possibile: qḋ impossibile ante experientiā reputabat. sed ꝑ hunc modū experientia potest etiā esse causa defectus spei: qꝛ sicut ꝑ experientiā fit hoī estimatio ꝙ aliqḋ sit sibi possibile: qḋ reputabat impossibile. ita ecōtrario ꝑ experiētiā fit hoī estimatio ꝙ aliqḋ nō sit sibi possibile: qḋ possibile estimabat. Sic ergo experientia est causa spei duobus modis. causa aūt defectus spei vno mō. ꝛ ꝓpter hoc magis dicere possumus eā esse causā spei. Ad sextū. s. vtrū in iuuenib⁹ ꝛ ebriosis spes abundet. dicendū ꝙ iuuentus est causa spei ꝓpter tria. vt. ph'us dicit in scḋo Retho. Et hec tria possunt accipi fm tres ↄditiōes boni qḋ est obiectū spei: qḋ est futurū ꝛ arduū ꝛ possibile: vt dictū est. Iuuenes enī multū habent de futuro ꝛ parū de preterito. ꝛ iō qꝛ memoria est preteriti: spes aūt futuri: parum habent de memoria sed multū viuūt in spe. iuuenes etiā propter caliditatē nature habent multos spiritus. ꝛ ita in eis cor amplia̅t. Ex amplitudine aūt cordis est ꝙ aliqḋ ad ardua tendat. ꝛ ideo iuuenes sunt animosi ꝛ bone spei. silr etiam illi qui nō sunt passi repulsam: nec experti impedimenta in suis conatibus de facili reputant aliquid sibi possibile vn̄ ꝛ iuuenes ꝛ ꝓpter inexperientiā impedimentoꝝ ꝛ defectuū de facili reputant aliqḋ possibile. ꝛ ideo sunt bone spei. duo etiā istorum sunt in ebriis. s. caliditas ꝛ multiplicatio spirituū ꝓpter vinū ꝛ verū inↄsideratione periculoꝝ vel defectuū. ꝛ ꝓpter eandē rōnē etiā oēs stulti ꝛ deliberatione nō vtentes oīa tentant ꝛ sunt bone spei. Ad septimū. s. vtrū spes sit causa amoris. Dicendū ꝙ spes duo respicit. potest enī respicere sicut obiectū bonū speratū. sed qꝛ bonū speratū est arduū possibile. fit aūt aliqñ aliqḋ arduū possibile nobis. nō ꝑ nos sed ꝑ alios. Ideo spes etiā respicit id per qḋ fit nobis aliquid possibile. Inquātū igit̄ spes respicit bonū speratūꝫ spes ex amore causat̄. Non enī est spes nisi de bono desiderato et amato. inquātū vō spes respicit illū ꝑ quē fit nobis aliqḋ possibile: sic amor causat̄ ex spe: ꝛ nō ecōuerso. Ex hoc enī ꝙ ꝑ aliqḋ speramus nobis posse ꝓuenire bona mouemur in ipsum sicut in bonū nostrū. ꝛ sic incipimus ipsum amare. Ex hoc enim ꝙ amemus aliquē nō speramus de eo nisi ꝑ accidens: inquantū. s. credimus nos reamari ab ipso vn̄ amari ab aliquo facit nos sperare de eo. sed amor eius causat̄ ex spe quā de eo habemus. Ad octauū. s. vtrū spes adiuuet opationē. dicendū ꝙ spes ꝑ se semꝑ hꝫ ꝙ adiuuet operationē intendendo ipsā. ꝛ hoc ex duobus. Primo quidē ex rōne sui obiecti qḋ est bonū arduū possibile. Estimatio enī ardui excitat attentionē. estimatio vō possibilis nō retardat conatū. vn̄ sequit̄ ꝙ hō intente operet̄ ꝓpter spem. Scḋo vō ex rōne sui effectus. spes enī vt supra dictū est causat delectationē que adiuuat opationē vt supra dictū est. vn̄ spes opationeꝫ adiuuat. Ex predictis collige ꝙ spes ꝛ est passio et est virtus. vna videlicet de virtutibus theologicis. Et ↄueniūt hec ꝛ illa: qꝛ vtraqꝫ est quedaꝫ expectatio boni futuri: nō cuiuscūqꝫ sed ardui. desideriū enim de quo dictū est supra. est respectu boni futuri cuiuscūqꝫ magni vel parui: ardui vel nō ardui. ꝛ timor est respectu mali futuri cuiuscūqꝫ magni vel parui. sed spes est respectu boni futuri ardui. Differūt aūt spes scḋm ꝙ est passio ꝛ scḋm ꝙ ē virtus. qꝛ spes fm ꝙ ē virt⁹ est certa expectatio future btītudinis: ex grā ꝛ meritis ꝓueniens. sed scḋm ꝙ est passio: est expectatio non certa alicuius boni futuri ex rōne vel ↄiectura ꝓbabili cū ↄfidentia diuine bonitatis ꝓueniēs. Ex his intellige differentias inter spem scḋm ꝙ est virt⁹ ꝛ scḋm ꝙ est passio. nam vna est expectatio certa: alia non certa. vna est de bono increato ꝛ eterno: alia de bono creato ꝛ tpali. vna ꝓuenit ex gratia ꝛ meritis: alia nō. Sciendū aūt est ꝙ spes aliqñ accipit̄ large ꝓ expectatiōe boni futuri cuiuscūqꝫ ardui vel nō ardui. sicut dicimus ꝙ agricola laborat spe fructus percipiendi. ꝛ mercator in spe lucri acquirēdi. ꝛ generaliter oīs artifex operatur in spe finis sui operis assequēdi. Alio mō dicit̄ spes ꝓprie ꝓ expectatione boni futuri ardui vt dictū est. que videlicet expectatio ꝓuenit ex aliqua ꝓbabili rōne: que tñ est minus principalis. ꝛ ex cōfidentia adiutorij diuine bonitatis misericorditer affuturi. sicut videmus ꝙ aliqs iuuenis delicatus ↄstanter artissimā religionē ingredit̄. Nā sue debilitatis oblitus sperat diuinū sibi adiutoriū affuturū. Alius austerā assumit penitentiā. ali⁹ longas peregrinationes ꝛ duras. alius labores ꝛ picula. q̄ oīa videnī excedere vires eoꝝ qui ꝓpter firmā spem quā habēt in dn̄o talia aggredi nō ve

rent. Hoc modo decet oẽs hoĩes esse bone spei: vt videlicet sperẽt speráda de diuina misericordia confidendo: ⁊ principaliter innitendo: fm̃ illud Psal. In deo sperauit cor meũ ⁊ adiutus sum. Ad hanc hortat Sap. Ecc. ij. Respicite filij nationes hominũ: ⁊ scitote quia nullus sperauit in dño ⁊ cõfusus est. Maxime võ decet ⁊ expedit reges ⁊ principes esse magne spei in magnis arduis ⁊ periculosis negocijs: presertim cũ pro iusticia conseruanda: ⁊ vtilitate reipublice, procurãda vel defendenda hec attẽtant. ⁊ tãto magis decet eos esse bone spei: quanto negocia iustiora sunt ⁊ magis cõtra: quanto etiã potestas ciuilis: abundantia diuitiarũ: ⁊ nobilitas generis eis amplius suffragant: dũmodo nõ nimis in istis confidant. sed hoc quasi pro nihilo habẽtes diuine misericordie principaliter innitant. Exẽplo illius nobilissimi principis Jude. s. machabei: de quo sic dicit. ij. Mach. xv. Machabeus semp cõfidebat cũ omni spe auxiliũ sibi a dño affuturũ. ⁊ hortabat suos ne formidarẽt ad aduentũ nationũ: sed in mẽte haberẽt adiutoriũ sibi factũ de celo: ⁊ nũc sperarẽt ab omnipotẽte sibi victoriã affuturã. Exemplũ etiã habem⁹. ij. paral. xiij. Q cũ Hieroboam rex israel cum octingẽtis milibus venisset ad pugnandũ cõtra Abya regẽ iuda: dixit Abya ad Hieroboam ⁊ exercitũ ei⁹ Habetis grãdẽ populi multitudinẽ: in exercitu autẽ nostro dux deus. Filij israel nolite pugnare cõtra dñm: quia vobis nõ expedit. Sequit: Perterruit de⁹ Hieroboam et omnẽ israel qui stabat ex aduerso iuda ⁊ abya: ⁊ corruerunt ex israel vulnerati quingẽta milia viroꝝ fortiũ. humiliatiq; sunt filij israel in tpe illo: ⁊ vehemẽtissime cõfortati sunt filij iuda: eo q sperassent in dño deo patrũ suoꝝ. Ad h etiã sunt exẽpla innumera in scriptura sacra: q cã breuitatis omittim⁹. Sed de mũdanis hoĩb⁹ dicit Sap. iij. Uacua est spes illoꝝ: nec mirũ quia non in deo sed in vanitate confidũt: videlicet in opulentia diuitiarũ tpaliũ. Sicut de impio dicit in psal. Ecce homo qui non posuit deũ in adiutorẽ suũ. sed sperauit in multitudine diuitiaꝝ suarũ. Propter qd Apls Thimotheũ admonet dicẽs. j. Thi. vi. Diuitib⁹ hui⁹ seculi precipe nõ sublime sapere: nec sperare in incerto diuitiaꝝ: sed in deo viuo. Et Sap. ait Ecc. xxxj. Beat⁹ diues qui inuẽtus est sine macula: ⁊ qui post aurũ nõ abijt: nec sperauit in pecunie thesauris. Alij in potestate ciuili: sicut reges ⁊ principes solent ɔfidere in multitudine viroꝝ militariũ. cõtra quos Psal. ait: In te inimicos nostros vẽtilabim⁹ cornu. ⁊ in noie tuo spernem⁹ insurgẽtes in nobis. non enĩ in arcu meo sperabo: ⁊ gladius meus nõ saluabit me. q. d. sperent alij in multitudine bellatoꝝ: sed ego in deo meo sperabo. Idẽ etiã dicit: In deo speraui: nõ timebo quid faciat mihi hõ. Nõ enĩ saluatur rex p multã virtutẽ: ⁊ gigas nõ saluabit in multitudinẽ virtutis sue. Alij sperãt in multitudine amicoꝝ carnaliũ: affinitate ɔsanguineitate: seu quocũq; federe ɔiũctoꝝ. Cõtra tales ait dñs p prophetã Hiere. xvij. Maledictus hõ qui cõfidit in hoie: ⁊ ponit carnẽ brachiũ suũ: ⁊ a dño recedit cor ei⁹. Itẽ Isa. xxx. Ue filij desertores dicit dñs sperãtes auxiliũ in fortitudine pharaonis ⁊ habentes fiduciã in vmbra egypti. ⁊ erit vobis fortitudo pharaonis in cõfusionẽ: ⁊ fiducia vmbre egypti in ignominiã. Aduerte q qñcũq; filij israel in necessitatis tpe quasi de dño diffidentes ad humanũ auxiliũ recurrebãt: dñs humiliabat eos corã inimicis suis. Qñ võ ɔuertebant ad eũ de sua misericordia confidentes liberabat eos: sicut patet exemplis innumeris in scriptura. Alij sperãt in excellentia naturaliũ: videlicet iuuẽtute: fortitudine: pulchritudine: sanitate: nobilitate generis: ⁊ huiusmodi. Ex his enĩ quedã spes vana cõsurgit: qua pmittit homo se diu victurum. Magna quidẽ: sed nõ ita scito facturũ: honores ⁊ diuitias adepturũ: mũdi bonis vsurũ: ⁊ sua iuuenilia desideria impleturũ: ante mortẽ penitentiam salutarẽ acturũ: ⁊ in morte sensum viuacẽ: ordinatã memoriã: vsum loquele: ⁊ actũ discretionis necessarie ac debite prudentie habiturũ. sed reuera vanissima. falsissima: imo nimius erronea est spes ista: cũ sit cõtra deũ: cõtra rationẽ: ⁊ cõtra quotidianã experientiã. sicut diligẽter intuenti luce clarius innotescit. Ait enĩ Sapiẽs Sap. iij. Spes impij quasi lanugo est: que a vento mouetur: ⁊ tanq̃ spuma gracilis que a pcella dispgit: ⁊ tanq̃ fumus q a vẽto diffusus est: ⁊ tanq̃ memoria hospitis vni⁹ diei pretereuntis. Hec spes adeo seducit hoĩes: vt vix inueniat aliquis q in mortis articulo positus: ⁊ iam extremo spũ cõstitutus: ⁊ ab oĩb⁹ desperatus nõ speret adhuc euadere. ⁊ recuperare corporis sanitatẽ. q spe stultissima circumuent⁹ negligẽter agit ea que anime pertinẽt ad salutẽ. Huius exẽplũ habem⁹. ij. Mach. ix. de impijssimo Antiocho: q a deo percussus plaga insanabili: ita vt de corpore impij vermes scaturirẽt: ac viuẽtes in dolorib⁹ carnes ei⁹ effluerẽt: odore etiã illius ⁊ fetore exercitus grauaret. dicebat tñ: Ego infirmitate graui apphẽsus necessariũ duxi pro cõi vtilitate curã habere: nõ desperãs memetip sum. sed multã spem habẽs effugiẽdi infirmitatẽ: ecce in desperato statu positus non desperabat. Itẽ de negocijs extrinsecis curam habẽs: de salute anime nõ curabat. Isto modo decipiunt ⁊ excecant pene oẽs hoĩes in extremis. Ex pmissis satis patet quid sit de desperatiõe dicendũ. Sicut enĩ expedit omni homini precipue regib⁹ ⁊ principib⁹ sperare sperãda: sic expedit nõ sperare nõ sperãda. Et sicut sperare nõ sperãda est presumptuosa temeritas: sic desperare sperãda est meticulosa timiditas. ⁊ si nullos hoĩes decet esse timidos ⁊ pusillanimes: multominus decet reges ⁊ principes: quos oportet magna ⁊ ardua tractare negocia: ⁊ grauia interdũ subire pericula pro republica conseruãda. vnde in eis periculosa est desperatio. Sicut dicit. ij. Reg. ij. An ignoras q periculosa sit desperatio. Uere periculosa. quia ante aggressionẽ negocij deijcit animũ ⁊ eneruat virtutẽ: vt nullum bonũ negociũ audeat attẽtare. Sicut dicit pueř. xxiiij. Si desperaueris in die angustie imminuet fortitudo tua. Post aggressionẽ võ aut desperatio facit desistere ab incepto ⁊ totũ dimittere imperfectum: ⁊ terga vertere inimicis in prelio: aut ruptis discretionis habenis ⁊ prorsus iudicio rationis oblito adinstar belue rabie seuiẽtis. interdum in mortẽ precipitat miserũ peccatorẽ: et perditionis abyssum. Unñ Ephe. iiij. Desperãtes semetipsos tradiderũt impudice in operationẽ oĩs immũdicie. Et Hiere. xviij. Dicunt impij dño eos misericorditer reuocanti: Desperauim⁹: post cogitationes nostras ibim⁹: ⁊ vnusquisq; prauitatẽ cordis sui mali faciem⁹. Nõnunq̃ etiã hoĩes desperati ⁊ ipsa desperatione cecati i seipsos crudeliter seuiẽtes in mortẽ se precipitãt corporalem. Alij nãq; flammis se perimũt. alij in aquis se submergũt. alij gladio se trucidant alij precipitãt se collidũt ⁊ pereunt. alij laqueo se suspẽdũt. alijsq; modis varijs vitã sibi miserã extorquẽtes irremediabiliter sibi tã corporum q̃ animarũ eternam perditionẽ acquirunt. De desperatione require infra libro tertio.

De timore ⁊ audacia DIS. .X VI.

Deinde considerandũ est de timore ⁊ audacia. Circa timorẽ ɔsiderãda sunt quattuor Primo de ipso timore. Secũdo de obiecto eius. Tertio de causa. Quarto de ei⁹ effectu. Circa primũ queruntur quattuor. Primo vtrũ timor sit passio aĩe. Secũdo vtrũ sit passio specialis. Tertio vtrũ sit aliquis timor natural. Quarto de speciebus timoris. Ad primũ. s. vtrũ timor sit passio anime. Dicendũ q inter ceteros anime motus post tristitiã timor magis ratiõnẽ obtinet passionis. Ut enĩ supra dictũ est: ad rationẽ passionis primo quidẽ pertinet q sit motus passiue virtutis: ad quã. s. comparet suũ obiectũ p modũ actiui mouẽtis: eo q passio est effectus agẽtis. ⁊ p hũc modũ etiã sentire ⁊ intelligere dicit pati. Secundo modo magis proprie dicit esse passio motus appetitiue virtutis. et adhuc magis proprie motus appetitiue virtutis habentes organũ corporale: qui fit aliqua cum trãsmutatione corporali. ⁊ adhuc propriissime illi motus passiones dicunt: qui importãt aliqd nocumentũ. Manifestũ est autẽ q timor cũ sit de malo: ad appetitiuam potentiã pertinet: que p se respicit bonũ ⁊ malũ: pertinet autẽ ad appetitũ sensitiuũ. fit enĩ cũ quadã trãsmutatiõe. s. cũ ɔtractiõe vt Dam. dicit. Et importat etiã habitudinẽ ad malũ fm q malum habet quodãmodo victoriã sup aliquẽ. vnde verissime sibi cõpetit ratio passionis: nisi post tristitiã que est de malo presenti. nã timor est de malo futuro: quod nõ ita mouet sicut presens. Ad secundũ. s. vtrũ timor sit passio specialis. Dicẽdũ q passiones aĩe recipiunt specẽ ex obiectis. vnde specialis passio est que habet speciale obiectũ. timor autẽ habet speciale obiectũ sicut ⁊ spes. Sicut enĩ obiectũ spei est bonũ futurũ arduũ possibile adipisci: ita obiectum timoris est malũ futurũ difficile: cui resisti nõ potest. vnde timor est specialis passio aĩe. Ad tertiũ. s. vtrum sit aliquis timor naturalis. Dicendũ q aliquis motus dicit naturalis quia ad ipm inclinat natura. Sed hoc cõtingit dupliciter. Uno modo qñ totũ perficit a natura absq; aliqua operatione apprehensiue virtutis. sicut mouere sursum est motus naturalis ignis: ⁊ augeri est mot⁹ naturalis aĩaliũ ⁊ plantarũ. Alio modo dicit motus naturalis ad quẽ natura inclinat: licz nõ perficiat nisi p apprehensionẽ quia sicut supra dictũ est motus cognitiue ⁊ appetitiue virtutis reducunt in naturã sicut in primũ principiũ. ⁊ p hũc modũ etiã ipsi actus apprehensiue virtutis: vt intelligere: sentire: ⁊ memorari. Et etiã motus appetitus animalis quãq; dicunt naturales. ⁊ p hõc modũ potest dici timor naturalis. ⁊ distinguit a timore nõ naturali fm diuersitatẽ obiecti. Est enĩ vt phs dicit in. ij. rheto. timor de malo corru-

pario qđ natura refugit ꝓpter naturale desideriũ essendi: ꝛ talis ti-
mor dicit naturalis. Est iterũ de malo ɔtristatio qđ non repugnat
nature: sed desiderio appetit⁹. et talis timor nõ est naturalis: sicut
etiã supra amor: ɔcupiscentia ꝛ delectatio distincta sunt p natura-
le ꝛ nõ naturale. Sed fm primã acceptionē naturalis sciendũ est
ꝙ quedã de passionibus aĩe qñq; dicunt naturales: vt amor: desi-
deriũ ꝛ spes. alie vero naturales dici nõ possunt. ꝛ hoc ideo q2 amor
ꝛ odiũ desideriũ ꝛ fuga importãt inclinationē quãdã ad ꝓsequẽ-
dũ bonũ ꝛ fugiendũ malũ. que quidē inclinatio ptinet etiã ad ap-
petitũ naturalē. ꝛ ideo amor quidē naturalis est ꝛ desiderium vel
spes potest quodãmõ dici etiã in rebus naturalibus cognitione
carentibus. Sed alie passiones aĩe important quosdã motus: ad
quos nullo mõ sufficit inclinatio naturalis: vel q2 de ratiõe harũ
passionũ est sensus seu cognitio: sicut dictũ est ꝙ apprehensio re-
quirit ad rationē delectationis ꝛ doloris. vñ q̃ carent cognitione
nõ possunt dici delectari vl' dolere: aut q2 huiusmodi motus sunt
ɔtra rationē inclinationis naturalis puta ꝙ desperatio refugit bo-
nũ ꝓpter aliquã difficultatē: ꝛ timor refugit impugnationē mali
contrarij ad qđ est inclinatio naturalis. ꝛ ideo huiusmodi passio-
nes nullo modo attribuunt rebus inanimatis. Ad quartũ. s. de
speciebus timoris. dicendũ ꝙ Damasc. lib. ij. assignat quinq; spe-
cies timoris. videlicet: segniciē: erubescentiã: verecundiã. admira-
tionē: stuporem. Quorũ numerus ꝛ differentia sic sumit: q2 timor
sicut dictũ est. est de futuro malo qđ excedit potestatē timentis: vt
s. ꝙ ei resisti nõ possit. sicut aũt bonũ hoĩs ita ꝛ malũ potest ɔside-
rari vel in operatione ipsius vel in exterioribus rebus. In opera-
tione aũt ipsius hoĩs potest dupliciter malũ timeri. Primo quidē
labor grauans naturã. ꝛ sic causat segnicies: cum aliquis refugit
operari ꝓpter timorē excedentis laboris. Scđo turpitudo ledens
opinionē: ꝛ sic si turpitudo timeat in actu cõmittẽdo est erubescē-
tia. si aũt sit de turpi iam facto est verecũdia. Malũ aũt qđ in exte-
rioribus rebus ɔsistit triplici rõne põt excedere hoĩs facultatē ad
resistendũ. Primo quidē rõne sue magnitudinis. cum. s. aliquis
ɔsiderat aliqđ magnũ malũ: cuius exitum ɔsiderare nõ sufficit. et
sic est admiratio. Scđo rõne dissuetudis. quia. s. aliqđ malũ incõ-
suetũ nostre ɔsiderationi offertur: ꝛ sic magnũ est in nostra repu-
tatione. ꝛ hoc mõ est stupor qui causat ex insolita imaginatione.
Tertio modo ratiõe improuisionis. q2. s. preuideri nõ potest: sicut
futura infortunia timent. ꝛ talis timor dicit agonia. Et nota ꝙ ad-
miratio ꝛ stupor species sũt timoris: sed admiratio que est de ma-
gno malo ꝛ stupor qui est de malo insolito. vñ potest dici ꝙ sicut
segnicies refugit laborē exterioris operatiõis: ita admiratio ꝛ stu-
por refugiunt difficultatē ɔsiderationis rei magne ꝛ insolite siue
sint bona siue mala: vt hoc mõ se habeant stupor ꝛ admiratio ad
actum intellectus. sicut segnicies ad exteriorē actũ. Admirans enĩ
refugit in presenti dare iudiciũ de eo ꝙ miratur. timens defectũ. sed
in futurũ inquirit. Stupens autē timet ꝛ in presenti iudicare: ꝛ in
futuro inquirere. vñ admiratio est pncipiũ philosophandi. sed stu-
por est phĩce ɔsiderationis impedimentũ. Item assignant a ma-
gistris ꝛ sanctis septē species timoris. Est enĩ timor naturalis: mũ-
danus: humanus. seruilis: initialis: filialis siue castus ꝛ reuerẽtie.

Timor naturalis est quo naturaliter horret hõ quicq̃d est na-
ture ɔtrariũ vel nociuũ: iste non est meritorius vel demeritorius:
sed indifferens: q2 non subijcit libero arbitrio. hoc timore oĩs hõ
timet in mari ꝛ in oĩ periculo precipue in morte. vñ christus vt ve-
rũ corpus humanũ se habere ostenderet: imminente passione cepit
pauere ꝛ tedere. sicut dicit Marc. xiiij. Et ex vehementissimo pas-
sionis horrore. factus in agonia sudorē sanguineũ emisit: qñ fact⁹
est sudor eius tanq̃ gutte sanguinis decurrentis in terram Luce.
xxij. Quia lz ipse ardentissimo desiderio ꝓ salute nr̃a quereret pas-
sionē fm iudiciũ rõnis ꝛ imperiũ diuinitatis: tñ sensualitas natu-
raliter horrebat mortē. vñ fm motũ sensualitatis orabat. Pater si
fieri põt trãseat a me calix iste Matth. xxvi. sed fm iudiciũ rõnis
dicebat: verũtñ nõ sicut ego volo sed sicut tu. Isto timore fugit he-
lyas a facie iezabel. iij. Reg. xix. Istũ timorē etiã viri sancti cõter-
rēt in morte: vt siquid est in eis purgandũ ipso pauore purget vl'
q2 timet aĩa separi a carne: ꝛ intrare regionē sibi prius ignotã. Vñ
in vitis patr legit. ꝙ cũ q̃dã pater desideraret videre quõ aĩa iusti
de corpe egrederet. trãsiẽs p quãdã villã vidit quẽdã pegrinũ so-
lũ in platea iacẽtē: ꝛ qsi in extremis laborãtē: ꝛ michaelē ꝛ gabrie-
lē de celo descẽdẽtes. ꝛ ei assistẽtes vn⁹ ad dexterã: alter aũt ad si-
nistrã ꝛ rogabãt aĩaz de pcepto dei vt a corpe egrederet: q̃ timẽs
nolebat corp⁹ relinq̃re. ꝛ dixit michael ad gabrielē: Sume hãc aĩaz
vt regrediamur. Rñdit gabriel. missi sumus a dño vt sine dolore
et violentia eiciat. Cũ hec clamarēt ad dñm misit dñs exercitu
dauid cũ cantorib⁹ celestis hierusalē. Quorũ cantus audiẽs aĩa
peregrini inter man⁹ angelorũ exiliit. ꝛ cũ gaudio in celũ deducta
fuit. Notandũ ꝙ nõ est mirũ si sci ꝛ iusti mortē timẽt. De quo
ꝓuer. xxviij. Iustus quasi leo cõfidit. Et. xxx. eiusdē: Leo fortissi-
mus bestiarũ ad nullius pauebit occursum. cũ ipse leo vt dicit na-
turales septē timeat: vt patet ex libro Isidori ꝛ hystoria trãsmari-
na. s. stratã publicã. strepitũ rotarũ: ꝛ ignē: ꝛ quoddã aĩal qđ vocat
lazarum. a cui⁹ ferocitate vix potest aliq̃ bestia esse tuta. ꝛ quoddã
aĩal paruũ qđ dicit leotopholos. de cui⁹ carnib⁹ comedens leo in-
toxicat a venatorib⁹ ꝛ occidit. vñ illud aĩal maxime odiũt leones:
et si possunt illud inuenire occidũt: quia paruũ est. non tñ inde gu-
stãt. Itē timet leo venatorũ ingenia siue artificia: vt pedicas ꝛ fo-
das. vñ cauda delet vestigia sua. Itē timēt leones suorũ custodum
flagella. vñ aliq̃n catulos innoxios verberãt corã eis vt discant ti-
mere. Silr ista septē debēt timere hoĩes. s. stratã mortis publicã
p quã necesse est oẽs incedere. strepitus rotarũ. s. cõminationis
vba vtriusq; testamenti. ignē inferni ꝛ purgatorij: feritatē sũmi iu-
dicis. Toxicũ pctĩ venatorũ. i. demonũ astutiã: flagella pñia bono-
rũ ꝛ malorũ. Timor mũdan⁹ est quo timet hõ amittere tpalia q̃ ha-
bet: vel non cõsequi que desiderat ꝛ nõ habet. intantũ ꝙ paratus est
aliquid facere cõtra deũ q̃ž habita perdere vel desiderata nõ ɔsequi.
Primo modo peccauit pharao opprimens filios israel iniuste: ne
multiplicarent ꝛ adderent inimicis suis: ꝛ dãnificarēt eũ in reb⁹.
Exo. j. Silr herodes occidẽs pueros volẽs occidere ihesum. timẽs
ne auferret ei regnũ Math. ij. Itē iudei Ioh. xj. Ne forte veniant
romani ꝛ tollant locũ ꝛc. Silr pilatus timẽs amittere ꝑsidentie di-
gnitatē xp̃m tradidit ad mortē: cũ tñ prius p multas vias conatus
fuisset liberare eũ. Audito enĩ Scđm legē debet mori quia filium
dei se fecit: timuit. sicut dicit Ioh. xix. Sed tñ audito poste. Si
hũc dimittis nõ es amicus cesaris. tradidit eũ vt crucifigeret. De
hoc Ioh. vj. Qui timet pruinã irruet sup eũ nix. Grego. Aliqs pec-
catorũ suorũ conscius. ea que possidet indigẽtib⁹ largiri desiderat:
sed tñ ne datis rebus egeat ipse formidat. Cũq; carnis subsidia
seruãda trepidus preparat: ab alimẽtis misericordie animã necat.
et cũ in terra pati inopiam metuit: eternã sibi abundantiã superne
refectionis abscidit. Nõ sic tobias faciebat: q̃ potius volebat amit-
tere tpalia q̃ opera misericordie dimittere Tobie. j. Sancti ista tem-
poralia quasi nihil reputabãt: ideo ea amittere propter deũ nõ ti-
mebãt. Hiere. iiij. Aspexi terrã: ꝛ ecce vacua est ꝛ nihil. Iob. j. Dñs
dedit dñs abstulit. Itē in ɔ̃al. xx. Cũ quidã maliciosus incẽdisset
oĩa bona stephani viri dei: ꝛ quidã diceret ei hic plangens ꝛ dice-
ret: ve pater quid tibi cõtigit. Ille qsi nihil se amisisse reputãs re-
spõdens ait: Quid cõtigit mihi: plangẽs eius qui fecerat peccatũ:
nihil reputãs damnũ suum: sed se potius reputãs exoneratũ esse.
Itē dicit ꝙ cũ q̃dã phs i ciuitate obsessa amisisset oĩa bona sua:
adductus nudus corã rege qui ciuitatē ceperat ridebat. ꝛ cũ que-
reret quare hoc: respõdit: eo ꝙ nihil amiserat: quia sensum suũ et
bona interiora sua adhuc integre habebat. Et cũ diceret assistentes
imo vxorē ꝛ filias ꝛ diuitias: dixit: non est tuũ quod fortuna facit
tuũ. Ista enĩ erãt fortune: nõ mea. Itē timor mũdan⁹ est qñ aliqs
propter timorē quē habet ne deficiant ei tpalia deũ nõ timet amit-
tere: ea vel iniuste acquirẽdo vel retinendo. vt villicus iniquitatis
qui timẽs defectũ bonorũ defraudabat dñm suũ Luc. xvj. Itē ser⁹
inutilis: qui talentũ dñi abscõdit in terra Math. xxv. Itē de-
mnam reposuit in sudario Luc. xix. Scire autē debēt mũdani ꝙ
deus est timẽtib⁹ se thesaurus oĩuz bonorũ indeficiẽs. Vñ Ps.
Nihil deest timẽtib⁹ deũ. Isa. xxxiij. Timor dei ipse thesaur⁹ eius.
Itē sicut paradisus vbi est abundãtia sine defectu. Eccĩ. xl. Timor
dei sicut paradisus dei in benedictionib⁹ an sup omnē gloriã ope-
ruerunt illũ. s. timentē deũ benedictiones. vñ possumus dicere qđ
dicit in psal. Inquirẽtes autē dñm nõ mi. o. bo. Et Tobie. x. Om-
nia in te vno hãbẽtes non debuim⁹ te dimittere ire a nobis. Aug. Fe-
lix xp̃iana religio: que oĩa possidet in omniũ possessore. Itē in vita
Iohãnis elemosynarij dicit ꝙ cũ quidã redargueret eũ ꝙ ita lar-
gas elemosynas faciebat: ꝛ ꝙ nõ posset sufficere diceret: aut q̃ to-
tus ppl's alexãdrie si daret ei. imo totus mũdus nõ posset euacua-
re infinitos thesauros misericordie dei. Idē quto plus dabat: tan-
to plus abundabat. Timor human⁹ est qñ nimis timet hõ vitam
sue. ꝛ nascit ex nimio amore corpis ꝓprij ꝛ vite pñtis. iste est cul-
pabilis: quia plus vellet hõ peccare q̃ vitã pdere: vel q̃ grauē do-
lorē corpis sustinere. A tali timore nos reuocat dñs Math. x. di-
cens: Nolite timere eos qui occidũt corpus: animã aũt nõ pñt oc-
cidere. sed poti⁹ eũ timete qui põt corp⁹ ꝛ animã pdere in gehẽnã.

Item puer. xix. Qui timet hominē cito corruit. Criso. Facile de/
uiat a iustitia: qui in causis plus hominē ꝙ deū formidat. Ideo/
dicebat Psal. Non timebo quid faciat mihi hō. Qui hoc timore ter/
rent' similes sunt ade Gen. iii. qui plus voluit facere voluntatē vxo/
ris sue ꝙ dei: timens vt dicit Augu. eā contristari. Itē petro ꝗ timo/
re mortis vel incōmodi tpalis ter negauit deū. Itē discipulis: qui
hic timore ihesu relicto fugerūt Math. xxvi. Mar. xiiii. Luc. xxii.
Cōtra quos Math. x. Lu. xii. Nolite timere eos qui occidūt corp'

Et nota septē rationib' nō sunt timēde pene vel mors corporis
propter deū illata. Prima ratio propter diuinā volūtatē: ꝗ hoc
dicit Nolite timere ⁊c. vt supra. Et sup Gen. xxii. dicit iosephus ꝙ
ysaac audiens ꝙ deus preceperat hec patri: ⁊ ꝙ vellet eū mori: ille
qui eū patri dederat libēter voluit ligari ⁊ īmolari. Secūdo pro/
pter dei fidelitatē ⁊ largitatē: a quo corpus ⁊ mēbra habem': ⁊ ꝗ
debet ⁊ pmisit ista eū multo premio restituere: si propter eū amise/
rimus. Sic dicebāt illi boni septē fratres: de quibus. ii. Mach. vii.
Quoꝝ vn' dixit: E celo ista possideo: sed propter dei leges hec ipsa
despicio: quia ab ipso me ea recepturū spero. hec dicebat membra
exponēs martyrio. Itē quidā dicebat: Nō debeo timere asinū mi/
serū amittere in seruitio dñi fidelissimi: qui pro eo amisso in seruu/
tio eius reddet mihi nobilissimū dextrariū. Tertio propter eius/
dem dñi seueritatē: quia aut tradem' ei carnē puniendā propt' ea
que fecit tpaliter aut ipse puniet eā eternaliter. Itē quidā paterfa/
milias bene se torquebat: de quo in vitispatrū dicit: ꝙ cū seruare/
tur mortuus: circa mediā noctē resurgens terruit oēs qui aderant
vadēs ad ecclesiā deo grās agens: res suas in partes tres diuidēs.
vnā vxori relinquēs: aliā filijs: tertiā pro deo distribuēs. Hinc fu/
git ad heremū: cellam faciēs iuxta fluuiū cōgelatū: ⁊ vestit' se bal/
neabat. ⁊ egrediens vestimēta sinebat cōgelari ad carnē. postea in
balneū calidissimū intrabat. ⁊ hoc sustinebat successiue quantum
poterat vsq; ad mortem. ⁊ cum de his ⁊ de alijs ab aspectantibus
argueret' dicebat: Si vidissetis que vidi eadē vel ampliora mecū
faceretis. ⁊ referebat ꝙ in exitu suo a corpore vir lucidus duxit eū
cōtra ortū solis vsq; ad vallē infinite magnitudinis. cu' vnū lat'
plenū erat flāmis feruētib': aliud gelu ⁊ furētis grādine. ⁊ erāt ipsa
latera plena aīalib': ꝗ cū nō possent sustinere ignis vehemētiā: trā/
sibant ad gelu: ⁊ ecōuerso. Post duxit eū p tenebras densissimas.
post disparuit ibi: ⁊ vidit globos ignium de baratro ascēdentiū. ⁊
unde ascēdētes ⁊ reincidētes homines ignitos ad fauillarū modū.
et fetorē sensit inde exalantē intollerabilē. ⁊ fletū audiuit: etiā eiu/
latū incomparabilē: ⁊ teterrimos demones forcipes igneos ⁊ fa/
scinulas tenētes: ⁊ eū capere volentes ⁊ proicere in fornacē. Tūc
is qui eū dimiserat apparuit ei in medijs tenebris quasi stella inhi/
bens demonib' ne eum tangerēt: quia iudex preceperat eū reduci
ad corpus: vbi si vellet penitētiā ageret. Quē postq; duxit ad loca
requiei reduxit eum ad corpus. Hoc etiā factū vel simile refert
Beda in gestis angloꝝ. v. li. xii. ca. Et hūc patrēfamilias vocat Dri/
cthelmē. ⁊ accidit vt ait ab incarnatione dñi. d. c. ⁊. i. c. vi. De cui'
etiam visione plura alia refert. Idem vere refert Grego. dial. iiii. li.
xxxii. ca. de quodā petro facto heremita: qui anteq; heremū pete/
ret: in infirmitate grauatus defunct' est. sed protin' vite restitutus
inferni supplicia ⁊ innumera flammarū loca se vidisse testabat'. ⁊
quosdā potētes huius seculi ibi suspensos vidisse. vbi eū mergere/
tur, phibuit angelus corpus eius dicēs: egredere: ⁊ qualiter tibi vi/
uendū sit attende. Qui ad vitam rediens adeo carnē suam vigilijs
et ieiunijs affligebat: vt si lingua taceret que viderat ⁊ audierat et
timuerat: cōuersatio loqueret'. Quarto propter carnis cōtrarie/
tatē: quā habet cū spū. Gal. v. Hec enī sibīuicē aduersant': vt ia/
cob ⁊ esau. Gen. xxv. Collidebantur in vtero eius paruuli. Hiero.
Quocūq; me verto meū inimicū porto. Unde quidā senex abbas
cū esset excecatus dicebat: Gratias ago deo: qui vindicauit me de
aduersario meo: qui tot mala mihi solebat facere p istos duos p/
ditores ⁊ raptores. s. oculos quos destruxit. Tren. iii. Oculus me'
depredatus est animā meā. Quinto propter anime preciositatē
⁊ corporis vilitatē. ii. Cor. iiii. Habem' thesaurū istū in vasis fi/
ctilibus. Multi autē sunt vt rusticus quidā: qui vadens ad forū
ocreas vilissimas portabat super humeros suos: magis volens nu/
dos pedes ledere ꝙ ocreas. Itē fuit quidā prepositus: cui vt di/
cit' parabolice: quidā rex cōmēdauit filiā suā vt eam delicate nu/
triret sub periculo vite sue. ⁊ canē suū: vt eum qualitercūq; in vita
seruaret: ⁊ ligatū teneret ne in filiam insurgeret. Qui ecōtrario ita
canē omnib' delicijs impinguauit: ⁊ filiam ita fame ⁊ miseria af/
flixit: ꝙ canis rupto vinculo puellam non valentē resistere interfe/
cit. Canis iste est corpus: filia aīa: rex deus: prepositus hō: vinculū
est obedientia. Gen. Sic stulti estimatores de minimis maximā
⁊ de maximis minimā curā gerūt. Sexto ppter peccatis aduer/
sarie modicitatē ⁊ durationē: qr momētanea est virtute qui nihil
pōt nisi pmissa. Joh. xix. Nō haberes in me ptātē nisi datū fuisset
tibi desup. vnī vt dicit Pe. alfon. Cuꝫ quidā rex cōminaret' cuidā
pho. Rñdit. O rex ptātē tuā nō oportet me timere. Nō pteritā: qr
illa iam nō est nec erit. nō presentē: qr momētanea. si est statim nō
est. Nō futurā: qr illa nōdū est: ⁊ dubiū est vtrū erit. Uñ huis hy/
larius pictaueñ. vt legit' in vita eius. respondendo leoni pape Arri/
ano rome in cōcilio cōminanti ei ppter hoc ꝙ stabat pinde sic. cum
venero cōterā supbiā tuā. Rñdit. ⁊ si non veneris: qui secedens ad
camerā priuatā mortuus est. Silr qr mali ad modicū bonos tor/
quēt: in eternū torquebunt' ab eis. Psal. Exultabūt sancti i gloria
⁊ post. Gladij ancipites in manibus eoꝝ ⁊c. Mal. iiii. Calcabitis
impios ⁊c. Hoc signatum est Josue. x. vbi fecit iosue calcare filios
israel pedibus capita regū inimicoꝝ. De hoc infra de pena matri/
darū: ⁊ diuersis cōsolationibus martyꝝ. Septimo ppter premij
immensitatē. de quo infra loquemur. ii. Corin. iiii. Id enī qd in pñti
est momentaneū ⁊ leue tribulationis nostre: eterne glorie pondus
operat' in nobis. ⁊ Gen. xlix. Ysachar videns terrā ꝙ esset bona. ⁊
requiē ꝙ esset optima: supposuit humeros ad portandū. Ysachar
interpretat' vir mercedē vidit. qr qui videt premiū. portat oīa pa/
tienter. Stephanus videns celos apertos posuit genua ad marty/
riū suscipiendū Actuū. vii. Quasi nō timēs tortores. Qui enī prepo/
nūt carnē spiritui similes sunt illi ꝗ preponūt asinū suū sibi: ⁊ plus
de eo cogitat. ⁊ siles sunt illi militi qui elegit hospitiū vbi prouide/
ret' equo suo ⁊ ipse negligeret'. Unī dicit' ꝙ tres milites cōuixer/
rūt adinuicē ꝙ quererēt fortunā: que dicit' auenture. ⁊ cū ingrede/
rent' ciuitatē quādā dictū est eis ꝙ nō erant ibi nisi tria hospitia.
In vno equi bñ procurabant'. ⁊ equites fame moriebant'. In alio
erat ecōtrario. In tertio aūt eques ⁊ equus bene. sed vir erat quī
in exitu eques bñ verberaret'. Tres ergo tria hospitia acceperūt: et
inuenerūt vt eis dictū fuerat: tertio excepto qui nō fuerat verbera/
tus. ⁊ cū quereret cām quare nō fuerat verberatus: dictū est ei ꝙ
dño domus bñ obediens in oībus fuerat. Ciuitas est mundus in
quo sunt tres hospites: quidā sunt qui nimiā curā gerūt de equo
procurando: neglecto milite. equus corpus: miles aīa siue spūs. De
his Job. xxiiii. Obliuiscat' eius misericordia dei. qui sterilē. s. carnē
pauit. ⁊ vidue. i. aīe nō bñfecit. Alij sunt qui indiscreto zelo cor/
pus atterūt: ⁊ spūs ⁊ spūaliū curā tm̄ gerūt. Tertij sunt qui vtriq;
discrete intendūt. ⁊ p oīa deo obediūt. Hi sine flagello eū recedunt
a mūdo ptranseūt. Cōtra illos ꝗ timore mortis vel carnali pec/
cant legit' in vitis patrū. ꝙ cū quidā monachus penetrasset interi/
orē heremū inuenit paruū tuguriū: ⁊ intus hoiem nudū orantē: ꝗ
post plura verba dixit ei ꝙ fuerat eps: ⁊ tpe psecutiōis timore mor/
tis sacrificauerat idolis. ⁊ pre dolore tormētoꝝ fugerat ad solitudi/
nē illā in qua fuerat solus p octuaginta ānos: viuēs de fructu pal/
me cuiusdā: que ferebat fructus p mēses singulos: ⁊ de aqua fon/
tis dulci bibens. ⁊ cū pseuerasset ibi tanto tpe in priā ⁊ orone nō
recepat cōsolationē a dño sue salutis nisi āno illo vltimo: quo orā/
te facies eius fit vt ignis. aliū timentē cōsolat' rogās vt eū sepeliat
quo mortuo ⁊ sepulto tuguriū statim cecidit: fons defecit: palma
aruit. Nō sic eleazarus. de quo. ii. Mach. vi. dicit' ꝙ cū magis vo/
luit' mori ꝙ fingere se comedere carnes suillas cōtra legem dicens
Nō enī etati nostrā dignū est fingere vt multi adolescētes ppter
meā simulationē ⁊ ppter modicū corruptibilis vite tēpus decipi/
ant: ⁊ p hoc maculā atq; execrationē mee senectuti cōquirā: sed se/
nectute dignus apparebo: ⁊ adolescētibus exēplū forte relinquā.

Timor seruilis fm Aug. est quū aliq's timore gehēne nō peccat:
nō habens respectū ad amorē iustitie vel offensam dei. Aug. Ina/
niter iniquū se putat victorē esse peccati: qui timore nō peccat: qr si
non implet foris negociū male cupiditatis: ipsa tn̄ mala cupidi/
tas intus est hostis. Idez. inimicus iustitie est ꝗ solo timore pene
nō peccat. amicus aūt eius est qui eius amore nō peccat. hūc timo/
rē forsitan habent illi de quibus apoc. xviii. dicit' ꝙ ppter timorē
tormētoꝝ plangēt penā ciuitatis babylonis: vidētes fumū incen/
dij eius. Et sap. v. dicit'. Uidētes turbabunt' timore horribili. Ta/
les sunt mirabiliter fatui qui magis timēt penā incurrere ꝙ deū
offendere: vel amittere: qr ex illo timore inordinato fit vt penas ꝗs
timent non euadant: ⁊ peccati nō deponant: ⁊ deū ⁊ regnū eternū
amittant: qd nō facerent si timorē offense dei preponerent: ⁊ cum
amore qd faciūt facerent. videt' ꝙ magis velint esse exules ꝙ here/
des. Serui peccati ⁊ diaboli ꝙ filij dei: filij ancille ꝙ libere. nō enī
est heres filius ancille cum filio libere. Gen. xxi. Gal. iiii. Talis aūt

tem timor nō liberat a pena inferni. Dicit⁊ q cū quidā scholaris
videret⁊ parisius mori valde penitens ⁊ cōpunctus: apparuit post
mortē magistro suo habens cappam de cedulis ↄscriptā diuersis
sophismatibus. ⁊ cū quereret magister qualiter esset ei. Rñdit. q
cappa ista plus ponderaret eū q̄ aliqua turris de mūdo: ⁊ q itus
incōpabiliter vreret⁊. ⁊ cū alius diceret quō hoc esset: cū ita mori
cōpunctus visus esset ait: q ille lachryme potius ex timore mortis
⁊ gehēne pcesserant q̄ ex amore dei vel ex amissione eius. ⁊ cum
diceret magister q nō videret⁊ ita torqueri. extendit ille manū suā
⁊ vnā guttā sudoris sui proiecit sup manū eius: que statim pfora-
ta est: ⁊ ipse euanuit. Tūc ipse dicēs. Linquo coax ranis: cras cor-
uis vanaq; vanis. Ad logicam pergo que mortis non timet ergo.
Apud claràuallē vadens ibi habitū religionis assumpsit. ⁊ arta pe
nitentia se ibi afflixit. Non solum aūt fm aliquos: seruilis timor
est dimittere peccare timore gehēne: sed timore alicuius tēporalis
pene. vñ ibi sup Psal. Confige timore. t. car. m. glo. Aug. Uiuit in
hoīe peccādi volūtas ⁊ sequeret⁊ opus si speraret⁊ impunitas. In
hoc erant iudei seruiētes legē timore nō amore. Deutro. xxxiii. In
manib⁹ eius ignea lex. vñ lex data est cū timore ⁊ terrore. Exo. xx.
Ut pbaret vos dñs venit ⁊c. et vt terror eius esset in vobis. Silr
antyochus in flagello suo orabat scelestus deo a quo nō esset mi-
sericordiā ↄsecuturus ⁊c. ii. Mach. ix. Silr pharao cū releuaret⁊
ab eo plaga dicebat: nescio dñm: ⁊ israel nō dimittā. Cū autē fla-
gellabat⁊ promittebat se dimittere filios israel Exo. x. Qui aūt ti-
more aduersitatis a peccato abstinent sunt similes pyrrhatis: qui
tpe tēpestatis timore pterriti vouent multa: facta trāquillitate red
dere nō curant: sed statim currūt ad ludos. Item siles sunt cuidā
britoni: qui cū duceret ad montē sancti michaelis ad forum vaccā
suā ⁊ vitulū vt eā venderet ibi. videns fluctus maris refluere: ⁊ ti-
mens vouit vitulū beati michaeli si euaderet. Post recedente flu-
ctu dixit michaeli: q fatuus esset si crederet q ei suū vitulū daret.
Post redeūte fluctu magis de ppe magis timēs: vouit vtrūq; di-
cens. michael si totū vis totū habebis. Retrocedēte iterū fluctu cū
nō crederet de cetero fluctū posse eū attingere clamauit. michael
michael neq; vaccā neq; vitulū de cetero habebis. Sic est de his
qui seruiliter timētes in periculis mortis vouēt pmo aliena resti-
tuere: postea religionē intrare vel aliqd sile. Sed cū crederet brito
esse in tuto loco: venit fluctus subito: ⁊ eum ⁊ vaccā ⁊ vitulū inuol
uit. Silr mors subito aufert talibus pecuniā: corpus ⁊ aīaz qr dū
dicit pax ⁊ securitas: tūc repentinus superuenit interitus. Timor
initialis est quo quis timet penā ⁊ erubescit culpam cōmissā: sed
plus dei offensam. Prouer. i. Eccl. i. Principiū sapiētie timor dñi.
Prouer. viii. Timor dei odit malū. plus amore iustitie q̄ timore
pene. Hic timor habet duos oculos. dextrū amoris iustitie ad de-
clinandū mala culpe. sinistrū ad infernū: hic figit cū abrahā taber-
naculū suū inter bethel ⁊ hay. Gen. xii. ⁊ xiii. Inter amorē paradi-
si ⁊ timorē inferni. Hic est ysachar habitans inter hos terminos.
Gen. xlix. Iste sunt ille due ancille que introducūt hester ad assue
rū. Hester. xv. Timor eleuat ⁊ cōprimit desuetā vestimēta virtu-
tū: amor enī eam sustentat. Hi sunt duo discipuli philippus ⁊ an-
dreas qui gentiliter viuētes introducūt ad ihesū Joh. xii. Hi sunt
duo simul currētes ad monumentū. Johā. precurrit. Johā. xx. He
sunt due ale date mulieri: p quas volat in desertū penitētie ⁊ vite
eterne. Iste tres puelle. s. timor: pudor: ⁊ amor: date sunt. Thaydi
meretrici: timor pene similiter eā a malo retraxit: pudor culpe cōmis
se veniā pmeruit ⁊ a peccato eam extraxit: amor iustitie eā ad su-
pna trāsferit ⁊ ad bonū pduxit. He sunt tres puelle que vise sunt
facere in celo lectū eius. de qua dicit⁊ in vitis patrū: q erat specio-
sissima meretrix in quadā ciuitate: pter quā multi se occidebant
multi se depauperabāt. ⁊ audiens abbas pafnutius mala q̄ facie-
bat. seculari habitu venit ad eā: ⁊ dato ei solido p scorti precio pe
tiuit locū obscurū vbi nō posset videri: ⁊ sine verecūdia peccaret: ⁊
cū duxisset eū ad plura loca: ⁊ iste semp diceret q timebat videri:
duxit eū ad obscurissimū locū dicēs: q nō posset eū ibi videre nisi
de⁹ aut diabol⁹. De quo vbo facto ei sermōe: ⁊ ostēso quō deberet
aspectū dei formidare: ↄuertit eā: q̄ vocauit oēs amatores suos: ⁊
fecit oīa q̄ lucrata fuerat ab eis p petrā cōburi i medio vrbis: adva
lorē. ccc. librar auri. dicēs: q magis volebat hoc ibi cōburi q̄ in
futuro cōbureret⁊ ab eis: post ad desertū venit vbi dictus pr̄ i pua
cellula eā inclusit: vbi erat sola fenestra parua. p quā pbinabat⁊ ei
parū panis ⁊ aq̄ singulis dieb⁹ in q̄ vrinā ircta se ⁊ alia necessaria
faciebat: q̄ nō audebat nomē dei nolare: vel manus vel oculos ad
celū leuare q̄si polluta: sed ↄuersa ad orientē dicebat. Qui plasma-
sti me miserere mei. Post tres aūt ānos cōpassus ei dictus abbas

iuit ad beatū antoniū querēs si adhuc posset eā emittere: ⁊ esset ei
dimissum peccatū suū. Qui fecit pro hoc orare. Tūc paulus maior
discipulus antonii in extasi vidit lectū speciosissimū in celo a trib⁹
puellis speciosissimis seruatū ⁊ paratū. ⁊ cū quereret si esset locus
beati antonii. respōsum est ei non. sed thaydis. Cūq; esset exclusa
dixit: q in dicto triennio habuerit peccata sua semp ante oculos
q̄si quandā sarcinā. flens sup illa quotidie largiter. ⁊ dixerūt pr̄es
q nō propter penitētiā quā sustinuerat: sed propter peccatoꝝ me-
moriā ⁊ confusionē fuerāt ei hec dimissa. Trāsactis autē post hoc
quindecim dieb⁹ quieuit in pace. Timor filialis siue castus est
de quo dicit⁊ Ro. viii. Nō accepistis spm̄ seruitutis in timore: sed
spiritū adoptionis. in quo clamam⁹ abba pater: iste timor est per-
fectorū. Notandū q iste timor est in quinq;. Timēt enī pfecti ne
sponsus venire nimis differat ad eoꝝ cōsolationē. Itē vel cū vene
rit ne cito discedat vel nunq̄. Treñ. i. Idcirco ego plorans ⁊ ocul⁹
meus deducēs lachrymas quia lōge factus est a me cōsolator. Et
silr in eodē ca. supra. Deposita est vehemēter nō habēs cōsolatorē
Isa. lxiiii. Utinā disrūperes celos ⁊ descēderes: a facie tua mōtes
effluerent. s. speciali dulcedine. Gilbert⁹: Timore seruili ⁊ filiali ti
metur sponsus. Seruili ne veniat iudicaturus. Filiali ne tardet:
et cū venerit ne discedat. Itē timet hō perfectus celestis patris ira
cundiā. licz penā sensus vel damni sibi infligendā nō metuat. Unī
Luc. xxi. Uirtutes celoꝝ id est angeli mouebunt⁊: licz non timeant
sibi. Idē: Timeat bonus filius ne in aliquo patri celesti displiceat
Job. ix. Uerebar oīa opera mea. Unī legit⁊ in hystoria tripartita
li. vi. Mos solebat esse romanoꝝ: q in magnis festiuitatib⁹ impa
tores facerēt ante se poni pro honore imperiali arulam: ⁊ thus ap
poni. ⁊ dabant⁊ apponentib⁹ munera. Julian⁹ apostata imperator
volēs quosdā christianos fieri idolatras: occultatis idol⁊ ibi iussit
christianis thus igni apponere. Illi aūt nō aduertētes idola thus
apposuerūt igni pro amore imperiali: ⁊ aurū datū receperūt. Cum
autē in cōuiuiis christū benedicerēt ⁊ inuocarēt: riserūt idolatre
Quō cū modo inuocastis: quē pauloante negastis. Tūc idolū ad-
uertētes aurū reiecerūt imperatori. ⁊ clamauerūt dexteras sibi de-
bere amputari quib⁹ thus in igne posuerāt ⁊ aurū receperant: licz
nescirēt idola: nec i honore eoꝝ hoc fecissent sed ignorāter cū eēnt
veri christiani. Hi tanq̄ boni filii plus volebāt (vt ibi legit⁊) decapi
tari q̄ in modico patrē offendere: vel ei displicere. Sic machabei
magis volebāt inter feras habitare: ⁊ feniū comedere q̄ habitare
cū sacrilegis: ⁊ in aliquo ab eis inquinari. ii. Macha. v. Silr autē
iohānes baptista fugit ad deserta puer cū feris ne leui saltē macu-
lare vitā famine posset. Luc. i. Itē hunc timorē habet qui pro ali-
quo incōmodo quod sibi timet iminere nō dimittit quin dei volū
tatē faciat: vt thobias. id est qui nec timore mortis aut rerum pri-
uatione dimittebat mortuos sepelire. Item hunc forsitan habet ti
morē: qui postposito timore zelo succensus offensam dei nō susti-
net videre impunitā: vt mathathias. i. Mach. ii. Qui occidit idola
trā in periculo corporis ⁊ rerū. Septim⁹ est timor reuerētie. Tñ
quidā dicūt q iste est filialis: ⁊ q huiusmodi vsus habet⁊ i patria
Psal. Timor dñi. s. per. m. s. s. Et notandū q iste timor est q̄ infe-
rior creatura respicit dei magnitudinē vel superioris. ⁊ in suā refi-
ciens paruitatē pertimescit ⁊ obstupescit. Sic Joh. Apo. i. Uidēs
filiū hoīs cecidit. Sic discipuli tres in monte thabor Math. xvii
Et abraam Gen. xviii. loquar ait ad dñm meū cum sim puluis ⁊ ci
nis. Silr cū tres videns pcidēs vnū adorauit. Silr angelica natu-
ra in celo videns summā maiestatē tremit ⁊ admirat⁊ ⁊ stupet de
sua paruitate ad summā magnitudinē: que in infinitū maior est.
Silr ⁊ aīa: ibi vel in contēplatione hic. Hoc signatū est in stupore
regine saba: ⁊ admiratione salomonis. iii. Regū. x. Itē in casu He
ster. xv. Uere admirabil⁊ es dñe. Silr iohānes baptista cōtremuit
baptisans dñm: sicut cantat⁊ de ipso. Hūc timorem bene habebat
ille pater beatissim⁹ sysoi. de quo dicit⁊ in vitispatrū. q cū instaret
migratio beatissimi sysoi ↄuenerūt multi patres. ⁊ subito facta est
facies ei⁹ q̄si quodā fulgore radians ⁊ dixit: Cōsolamini frēs ecce
abraam venit ad vos. ⁊ post: Ecce chorus prophetarū. ⁊ post: Ecce
sci apli. ⁊ post: Ecce sci angeli. Et cū videret⁊ loq̄ ⁊ quererent q̄d lo-
queret⁊. respōdit: Uenerūt sci angeli tollere animā meā a corpore
supplico eis: vt paululū propter penitentiā agendā sustineant. Et
cū dicerēt Abba tu non indiges penitētia: ait: In veritate dico vo-
bis: q necdum principiū penitētie fecisse me memini. Et cognoue-
runt q perfectus esset in timore dñi: bene in suam refliciēs paruita
tem. quo migrante totus loc⁹ odore mirabili est repletus. Ad hūc
timorē inducit consideratio singulorū mirabiliū dñi ⁊ miraculoꝝ
Sic timebāt filii israel Exo. xix. ⁊ xx. Uidētes mirabilia ⁊ audien

tes que faciebat sup montē synai. Psal. Turbabunt a fa.t.q ba. t. Jon.j. Uidentes viri q mare quieuisset a feruore suo timuerūt valde dnm. Luce.vij. Resuscitato mortuo accepit oēs timor ⁊ magnificabant deū. Matth.ix. Uidentes turbe paraliticū ambulantem timuerūt ⁊ glorificauerūt deū ⁊c. Marci.iiij. Uidentes discipuli q impasset vētis ⁊ mari facta trāqllitate timuerūt valde ⁊c.

De obiecto timoris. DIS.XXVII.

Einde cōsiderandum est de obiecto timoris. Et circa hoc cōsideranda sunt octo. Primo videndū est vtrū obiectū timoris sit bonū vel malum. Scdo vtrum malū nature sit obiectū timoris. Tertio vtrum timor sit de malo culpe. Quarto vtrum ipse timor timeri possit. Quinto vtruz insolita vel repentina magis timeant. Sexto vtrum illa contra que non est remediū magis timeant. Septimo de deo timendo. Octauo de timēdis periculis huius mūdi. Ad primū.s. vtrum obiectū timoris sit malum vel bonū. dicendū q timor est motus quidā appetitiue virtutis. ad virtutē autem appetitiuam pertinet prosecutio ⁊ fuga. vt dicit in.vj. Ethi. Est aūt prosecutio boni. fuga autez mali. vnde quicūq; motus appetitiue virtutis importat prosecutionē habet aliquod bonū pro obiecto. quicūq; autem importat fugam habet malum pro obiecto. Unde cuz timor importat fugam quandā. primo ⁊ per se respicit malum sicut propriū obiectum. Potest autem etiam respicere bonū sm q habet habitudinē ad malum. quod quidaz potest esse dupliciter. Uno quidē modo inquantū per malum priuatur bonum. ex hoc autē ipso est aliquid malum qd est priuatiuū boni. vnde cum fugiatur malum quia malum est. sequit vt fugiatur quia priuat bonum: qd quis amando psequit. Et sm hoc dicit Aug. q nulla est causa timendi nisi amittat bonū amatū. Alio modo bonū comparatur ad malum vt causa ipsius. inquātū.s. aliquod bonū sua virtute potest inducere aliquod nocumentū in bono amato. Et ideo sicut spes vt supra dictum est ad duo respicit.s. ad bonū in quod intendit: ⁊ ad illud per quod sperat se bonū concupitū adipisci: ita etiam timor ad duo respicit.s. ad malū qd refugit: ⁊ ad illud bonū qd sua virtute potest infligere malum. Et per hunc modum deus timetur ab hoīe inquantū potest affligere penaz vel spiritualē vel corporalē. per hunc etiam moduz timetur potestas alicuius hoīs maxime qn est lesa: vel qn est iniusta: quia sit in promptu habet nocumentū inferre: ita etiam timetur super alium esse: id est inniti alij. vt.s. in eius potestate sit constitutū nobis nocumentū inferre: sicut ille qui est conscius criminis timetur ne crimē reuelet. Ad secundū.s. vtrum malum nature sit obiectum timoris. dicendū q sicut philosophus dicit in secūdo rethorice: timor prouenit ex fantasia futuri mali corruptiui vel contristatiui. Sicut autē contristatiuū malum est qd cōtrariat voluntati: ita corruptiuū malū est qd cōtrariat nature: ⁊ hoc est malum nature. vnde de malo nature potest esse timor. Sed cōsiderandū est q malū nature qnq; est a causa naturali: ⁊ tunc dicit malū nature: non solum quia priuatur nature bonū: sed etiam quia est effectus nature: sicut mors naturalis ⁊ alij huiusmodi defectus. Aliquādo vo malum nature prouenit ex causa non naturali: sicut mors que violenter infert a psecutore ⁊ vtroq; modo malū nature quodāmodo timet ⁊ quodāmō non timetur. Cum enī timor pueniat ex fantasia futuri mali. vt philosophus dicit. illud qd remouet futuri mali fantasiam excludit ⁊ timorē. Q autē non appareat aliqd malū vt futurū: potest ex duobus cōtingere. Uno quidē modo ex hoc q est remotum ⁊ distans. hoc enim ppter distantiā imaginamur vt non futurū: ⁊ ideo vel nō timemus vel parum timemus. vt enī philosophus dicit in secundo retho. que valde longe sunt non timent. sciunt enī oēs q morient sed qz non prope nihil curant. Alio modo estimat aliqd malū qd est futurū vt nō futurū ppter necessitatē que facit ipsum estimare vt presens. vnde philosophus dicit in.ij. retho. q illi qui iam decapitant non timent videntes sibi necessitatē mortis īminere. sed ad hoc q aliquis timeat oportet adesse aliquā spem salutis. Sic igit malū nature nō timet: qz non apprehendit vt futurū. si vo maluz nature qd est corruptiuū apprehendat vt ppinquū: ⁊ tñ cum aliq spe euasionis tunc timebit. Ad tertiū.s. vtruz timor sit de malo culpe. dicendū q sicut supra dictū est: sicut obiectū spei est bonuz futurū arduū. ⁊ qd quidē potest adipisci: ita timor ē de malo futuro arduo qd nō pōt de facili vitari. Ex quo pōt accipi q illud qd oīno subiacet potestati ⁊ voluntati nostre nō habet rōnē terribilis: sed id solum est terribile qd habet causam extrinsecā. malū autez culpe ppriam causam habet.s. voluntatē humanā: ⁊ ideo proprie non habet rationē terribilis. Sed qz voluntas humana ab aliquo exteriori potest inclinari ad peccandum: si illud inclinās haberet magnā vim inclinādi. sm h potest esse timor de malo culpe inquātū est de exteriori causa. puta cū aliquis timet cōmorari in societate malorū ne ab eis ad peccandū inducat. Sed proprie loquendo in tali dispositione magis timet hō seductionē q culpam sm propriā rationē.i. inquantū est voluntaria. sic enī nō habet vt timeat.

Ad quartū.s. vtrū ipse timor timeri possit. Dicendū q sicut iam dictū est: illud solū habet rationē terribilis quod ex causa extrinseca puenit: non autē quod puenit ex volūtate nostra. Timor autē partim puenit ex causa extrinseca: ⁊ partī subiacet volūtati. Prouenit quidē ex causa extrinseca inquantū est passio quedā consequens fantasiam īminētis mali. ⁊ sm hoc potest aliquis timere timorē: ne.s. īmineat ei necessitas timēdi propter ingruentiā alicui excellentis mali. Subiacet autē volūtati inquantū appetitus inferior obedit rationi. vnde hō potest timorē repellere. ⁊ sm h timor timeri non potest. Ad quintū.s. vtrū insolita ⁊ repētina magis timeant. Dicēdū q sicut supra dictū est: obiectū timoris est maluz īminēs: quod nō de facili repelli potest. Hoc autē ex duob cōtingit.s. ex magnitudine mali: ⁊ ex debilitate timētis. ad vtrūq; autē hoz operat q aliquid sit insolitū ⁊ repentinū. Primo quidē facit ad hoc q malū īminēs magis appareat. Oia enī corporalia bona et mala quāto magis cōsiderant tāto minora apparēt. ⁊ ideo sicut p diuturnitatē dolor presentis mali mitigat: vt patet per tulliū in tertio de tuscul. questi. Jta etiā ex premeditatione minuit timor futuri mali. Secundo aliquid esse insolitū ⁊ repentinū facit ad debilitatē timētis inquātū subtrahit remedia: que homo potest preparare ad repellēdū futurū malū: que esse nō possunt qn ex improuiso malū occurrit. Ad sextū.s. vtrū illa que nō habent remediū magis timeant. Dicendū q obiectū timoris est malū. vñ illud qd facit ad augmentū mali. facit ad augmentū timoris. Malū aūt augetur nō solū sm speciē illius mali: sed etiā sm circūstantias: vt ex predictis apparet. Inter ceteras aūt circūstantias diuturnitas vel etiam perpetuitas magis vident facere augmentū mali. Ea enī q sunt in tpe sm durationē tpis quodāmodo mensurant. vñ si pati aliquid in tanto tpe est malū: pati idem in duplo tpe apprehēdit vt duplatū. ⁊ sm hanc rationē pati idem in infinito tpe: quod est perpetuo pati. habet quodāmodo infinitū augmentū. Mala aūt que postq; deuenerint nō possunt habere remediū: vel nō de facili accipiunt vt perpetua vel diuturna. ⁊ ideo maxime reddunt timēda. Circa septimū de deo timendo sciendū. q deū esse timendū ostendūt. Primo que intra nos sunt. Secūdo que extra nos. Tertio que infra nos. Quarto que supra nos. Intra nos sunt duo q deū ostendūt esse timendū. Primū est lex nature: quam intra nos gerim. Ratio nāq; natural dictat sūme magnū sūme esse timēdū Si ratio naturalis dictat patrē dñm ⁊ regē tpalē ⁊ carnalē esse timendū: sicut videm ad sensum. quāto magis timēdus est summus ille pater: de quo dicit Ephe.iij. A quo oīs paternitas in celo et in terra est. Et Deu.xxxij. Nūquid ipse est pr tuus: qui possedit ⁊ fecit ⁊ creauit te. Ideo dicit Leui.xix. Patrē tuū timebis. Si dñm tēporalē: qnto magis dñm dñoz: Uñ Deutro.x. Quid dñs deus tuus petit a te: nisi q timeas eū ⁊c. Et subiūgit rationē dicēs: Ipse est deus deoū ⁊ dñs dñantiū: de magn potēs ⁊ terribilis. Itē si regē mortalē timem: qnto magis timēd ē rex regū.s. rector piorū regū: ⁊ vltor impioz. Ideo Hiere.x. Quis nō timebit te o rex gentiū. Secūdo intra nos ostendūt deū esse timendū peccata q facimus. Hier.ij. Arguet te malicia tua ⁊c. Sequit: Scito ⁊ vide quia malū ⁊ amarū est te reliquisse dñm deū tuū: ⁊ nō eē timorem eius apud te. Sap.iiij. Uenient in cognitione petoz suoz timidi. Itē extra nos ostendūt deū esse timēdū creature generaliter: ⁊ scripture multipliciter. Omnes inquā creature suadent nobis deū esse timendū: quia nos inuitant ad amandū deū: qui creauit hec oīa ad obsequiū nostrū. sicut dicit Augu. respexisse celū ⁊ terrā ⁊ oīa que in eis sunt: ⁊ omnia mihi clamant vt diligā te dñe. Cū igit omnis amans timeat: inuitāt nos oīa ad timendū deū. Unde Apoc.xiiij. Angelus habens euangeliū eternū clamabat omnib gentibus: timete dñm ⁊ adorate eū qui fecit celū ⁊ terrā mare ⁊ omnia que in eis sunt. Similiter.xv. Sancti qui vicerūt bestiam cantabant: magna ⁊ mirabilia sunt opa tua dñe: quis nō timebit te: Itē creature inuitāt ad timendū deū: quia oīa elemēta ⁊ ea q in eis sunt: punita sunt in petō primi hoīs. Uñ Gen.iij. Maledicta terra in ope tuo: spinas ⁊ tribulos germinabit tibi. Quod videt innuere Apls Ro.viij. Oīs creatura ingemiscit ⁊ parturit vsq; adhuc que liberabit a seruitute corruptionis in libertatē glie filioz dei. Si sic punitur creatura que nō peccauit: quantū debet timere ille q hāc penā

infixit illi creatori. ille qui contra illū iudicē peccauit: qui vt dicit Sap. v. armabit creaturā in vltionē inimicorū. Qui vt dicit eiusdē ix. fecit hominē vt dñaret vniuerse creature: et disponeret orbē terrarū in equitate. Secūdo extra nos ostendūt scripture multipliciter q deū timere debeamus. videlicet suadendo. pmittēdo. cōminādo et flagella seu punitiones peccantiū recitādo. Primo qdē ostendūt scripture deū esse timēdū suadendo seu precipiendo. Leuit. xix. Timebis dñm deū tuū. quia ego sum dñs tuus. Ibidem Time dñm deū tuū. Deutro. xvj. Dñm deū tuū timebis: et illi soli seruies. Uel. x. Quid petit dñs a te nisi vt timeas eum etc. Eccs. xij. Deū time et mandata eius obserua. Hec est oīs hō. Psal. Timete dñm oēs sci eius etc. Eccs. vij. In tota aīa tua time deū. j. Pe. ij. Deū timete etc. Secundo suadent nobis scripture timere deū multa bona timētibus pmittēdo. Deutro. v. Quis mihi det ait dñs eos habere talē mentē vt timeant me: et bene sit eis in sempiternū. Tobie iiij. Habebimus multa bona si timuerimus deū. Eccl. j. Multa pmittunt timēti deū. Eiusdē. xxxiij. Timēti deo nō occurrēt mala: sed in tētatione deus illū liberabit. Psal. Timete dñm oēs sancti eius: qm nō est inopia timētibus eū. vñ dicit eē thesaurus bonorū spūaliū. Isa. xxxiij. Timor dñi ipse thesaurus eius. s. bona spūalia in tuto loco cōseruās. Prouer. xxij. Timor dñi diuitie et glia. Et nō solū in psēti pmittunt bona: sed etiā in futuro pmittunt eterna. Psal. Dedisti hereditatē timētibus nomē tuū. Et Eccl. j. Timor dñi glia et gloriatio et leticia et corona exultationis. Bern. Scribit dñs propositū pacis sup metuētes eū. dissimulans mala: remunerans bona: vt miro modo et bona et mala cooperant eis in bonū. Tertio suadet nobis scriptura timere deū cōminādo mala nō timētibus eū. Deu. v. Dñm deū timebis. et sequit post: Neqñ irascat furor eius cōtra te: et auferat te de supficie terre. Prouer. j. Increpationes meas neglexistis. Ego quoqz in interitu vestro ridebo etc. Et post. Tūc inuocabūt et nō exaudiā: mane cōsurgēt ad me et nō inuenient me etc. Et post subiungit causa: Et timorē dñi nō susceperūt. Hiere. ij. Scito maliū et amarū esse te reliquisse dñm: et non esse timorē eius apud te.

Quarto suadet scriptura timere deū flagella dei sup nō timētes eū recitādo. Ut enī nobis timorē incutiat: recitat quō deus peccātes angelos precipitās condēnauit. vñ. ij. Pe. ij. Si enī angelis peccantibus nō pepercit: primos parētes exheredauit: humanū genus in diluuio fere deleuit: sodomitas subuertit et succēdit: israelitas peccantes multis flagellis attriuit: et sic de alijs. nec solū timenduz est q in psēti flagellat multipliciter pctōres: sz etiā magis quia flagellis multis bonos exponit in presenti. et maxime p hoc q filiū suuz vnigenitū tot et tātis flagellis exposuit. Iuxta quod ipse dixit Luce. xxiij. Si in viridi ligno hoc faciūt: in arido qd fiet? Itē ostendunt nobis deum esse timendū que infra nos sunt. s. purgatoriū et infernus. De quibus require multa inferius in locis suis. Itē deū ostendunt esse timendū que supra nos sunt. i. multe considerationes attributorū dei: que sūme sunt in deo: et deū probant esse sūme timēdū: et eius offensam esse sūme cauēdā: q sunt eius sūma essentia: potentia: sapiētia: iusticia: puritas seu bonitas: prudētia et munificentia. Primū quidē summa eius essentia: quia ipse est causa prima siue causa causarū omniū: dans omnibus esse per quod sunt. Sic nominat se moysi Exo. iij. cū quereret moyses: quod est nomē tuū. respōdit dñs: Ego sum qui sum. Cuius essentia nō habet causam aliam: sed alia ab eo sunt. Unde Aristo. et alij phi vocant deū causam primā: que īmota mouet alias vt sint et efficiant ad quod sunt. Bern. de cōsideratione li. v. Quid est deus qui est. Merito quidē nihil cōpetentius certificat quid deus est. si enī bonū: si magnū: si beatū. si sapientē dixeris: vel aliud aliquid in hoc verbo instauratur quod est. Ideo sūme timēdus est: a quo sumus qd sumus. ne si eū peccādo offendimus se subtrahat a nobis: et nihil simus qd fiunt hoīes cū peccāt: vt dicit glosa sup Ioh. j. Sine ipso factū est nihil. Peccatū nihil est: p qd nihil fiūt hoīes cū peccāt. Unī de illo lucifero tali et tanto de quo in Ezech. xxviij. dicit: Tu signaculuz similitudinis dei etc. Post multas gloriosas laudes eius subditur Inuēta est iniquitas in te: peccasti et eieci te de mōte sancto dei: et in fine nihil factus es: et nō eris imperpetuū. In passione gordiani et epimachi cū dixisset gordianus Ego adoro christū q fecit oīa: nō idola. Clemētius preses ait: Si fecit oīa: qre ab imperatore iuliano pfectus est? Respōdit gordianus: Magis ab eo iulianus pfectus est quia deū non timet: ideo a deo pfectus est. Saul a deo proiectus demonibus expositus est et in nihilū redactus: similiter et imperator apostata iulianus. Secūdo sūme timēdus est deus propter immensitatē potentie. Iob. xlij. Scio q omnia potes. Math. x. et Luc. xij. Eum timete qui postq occiderit habet potestatē corpus et animaz mittere in gehēnā. Alij potentes qui possunt in corpus nō tñ in anima: nec semp et vbiqz: hic aūt in oībus semp et vbiqz: et quō et qñ et quantū vult et statim cuz vult. Bern. sup can. Qui oīa solo verbo creauit corpora et spūs cui de sola volūtate celeris suppetit efficientia tam in creandis rebus q in ordinandis prout voluerit: valet cum vult: quantū vult: quō vult. Idem sup can. sermone. lj. Diuinis oīpotentis arbitrio presto est incunctanter qd voluerit: oē opus altum inclinat: oē aduersum cedit: docet sine lingua: prebet et tenet sine manibus: sine pedibus currit et succurrit pereūtibus solo spūali nutu cum vult: ad quecūqz vult agenda cū tēpus est. Idē in expositione sup missus est. soli deo idē est facere qd loqui. idem loqui qd velle: siquidē apud deū nec verbuz dissidet ab intentione: q veritas est: nec factū a verbo: q virtus est: nec modus a facto: q salus est. De huiusmodi oīpotentia dicebat Clodoueus rex francorū cū audiret tonitrua et tremeret. Iste est recte dicendus rex potentissimus qui solo nutu suo alios reges facit tremere et timere. Tertio sūme timendus est pter claritatē sapie: q sicut potest oīa ita scit oīa. Iob. xlij. Oīa potes: et nulla te latet cogitatio vñ dicit Ioh. Damasc. Deus grece theos dicit: a theaste qd est cōsiderare siue videre: q cōsiderat et videt oīa facta vel cogitata a nobis. vñ totus videt et totū videt. vñ Bern. dicit eū totū oculū: et totuz lucem. in lib. v. de cōsolatiōe. Solus deus solā nescit ignorantiā totus lux: totus oculus qui minime fallit: q minime claudit: q extra se nō querit lumen vt videat: ipse est qui videt: ipse est vnde videt. Iō Eccl. xxiij. arguit adulterū dicentē. Quis me videt tenebre circūdant me: parietes cooperiūt me: delictorū meorū nō memorabit altissimus: et nō intelligit q oīa videt oculus illius: iste expellit a se timorē dei: et post nō cognouit: qm oculi dñi multo plus lucidiores sole: circūspicientes oēs vias hominū: et pfundū abyssi et hominū corda. ad hoc facit exemplū supra positū de thayde. vñ bene dicit Boetius. Magna vobis indita est necessitas bonitatis dū cuncta agitis ante oculos iudicis cūta cernētis. Et quidam versificator. Cum quid turpe facis qd me spectante ruberes: cur spectante deo nō magis ipse rubes. Quarto: timēdus est deus pter seueritatē iusticie: que sicut dicit Aug. Nō sinit dedecus culpe sine decore vindicte. de quo Apoc. xix. Qui veniebat ad iudiciū vocabat fidelis et verax: et in iusticia iudicat et pugnat. cui in pncipio capituli clamāt voces celestes: iusta et vera iudicia eius: qui iudicauit de meretrice etc. quia nec dono nec precio nec amore vel fauore: vel odio flectit ab equitate: nec timore. Pro. vi. Zelus et furor viri nō parcet i die vindicte: nec acquiescet cuiusquā precibus: nec accipiet p redēptione dona plurima. Bern. in sermone de ephia. In exilio mansuetus et amabilis: in iudicio iustus et terribilis: in regno gloriosus et admirabilis. h rector ē momētū. In iudicio discretor meritorū: in regno distributor premiorū. Hic aūt timendus est nō solū q iuste iudicat: sed etiā q dure vindicat torquēs eternaliter in inferno. vñ sequit apoc. xix. Ipse calcat torcular ire dei. Eiusdē. xiiij dicit. Qz filius hoīs sedēs sup nubē candidā misit falcē suā acutā et vindemiauit botros vinee terre: et misit eos in lacum ire dei magnū et calcatus lacus. Iste lacus infernus est: vbi mali precisi dei sñia irreuocabili et inflexibili a cōsortio beatorū pijcient et cōculcabunt a demonibus et supplicijs de diuersis apprimentur et atterent vt acinū in torculari: in quorū supplicio deus terribilis et horribilis apparebit. Psal. Tu terribilis es et quis resistit tibi. Aug. Deus est in seipso alpha et o id est principiū et finis: in mundo creator et rector: in angelo decor et sapor: in electo liberator et adiutor: i reprobo terror et horror. Quinto sūme timēdus est deus pter sūmā puritatē bonitatis. Sūma est eius puritas mūdicia et bonitas. Ad cuius cōparationē bona nostra sordida apparēt. Ysa. lxiiij. Facti sumus vt īmūdi oēs: et qsi pānus mēstruate vniuerse iusticie nre. Iob. xxv. Nunqd iustificari pōt hō cōparatus deo aut apparere mūdus natus de muliere. ecce luna nō splēdet: et astra nō sunt mūda in cōspectu eius: quātomagis hō putredo etc. vel q sūme bonus odit īpios et impietatē. Sap. xiiij. Odio sunt deo īpius et īpietas eius. Iō sm Ioh. Damas. tertio theos grece dicit ab ethin qd est ardēs. i. cōsumens mala. s. Deutro. iiij. Dñs deus tuus ignis cōsumēs est: deus emulator. Sexto propter sūmā prudentie bonitatē. q est causa causarū omniū: et omniū eorū effectuū. ab ipsa enī res oēs pudent ab eterno et in tpe creant. ordinant et disponunt: et emanant res inferiores ad eius nutū generant fouent. nutriunt: augmentant et multiplicant: et disponunt: et administrant. Ipsa est causa omniū corporaliū et spiritualiū motuū. actuū. effectuū meritorū: et premiorū. Ipsa administrat nobis bona tpalia. naturalia: gratuita et eterna. Ipsa creat et ornat: et gubernat: et cōseruat subuenit: liberat: iu

ftificat: magnificat: ⁊ saluet deū timētes: ⁊ supra ꝯdignū remunerat. Ipsa merito dicit̄ sūma ⁊ prima causa. ipsa dicitur ipse deus. Ipsa grece theos dicit̄ vl' a thein qđ est currere vel fouere. vt dicit Joh. Dama. s. q2 ipsa velociter subuenit gubernat ⁊ disponit ⁊ fouet vniuersa. Sap. vi. Ipsa sūma sapiā circuit querēs dignos se: ⁊ in vijs suis ostendit seipsis hilariter: ⁊ in oī ꝓuidētia occurrit illis Ideo sūme timēdus qui nobis oīa ꝓuidet: ne si nō timeat̄ ipse se ⁊ sua bñficia nobis ingratis subtrahat: ⁊ oīa amittamus. Eccs. v. Ne dicas nō est ꝓuidētia: ne forte iratus dñs sup sermones tuos dissipet cūcta opera manuū tuarū: vel timēda est et ꝓuidentia: q2 quāto plura ⁊ maiora exhibet tanto maiorē ⁊ artiorē rationē exiget. Gre. Quātomagis crescūt dona: tantomagis crescūt rōnes donor. Idē quātomagis quisq3 accepit in munere: tantomagis obligat̄ in reddenda rōne. Eccl. xi. In bonis sit cor tuū ⁊c. ⁊ post. Et scito pro oībus istis adducet te deus ad iudiciū. Hec est vna causa ſm q assignat glo. Immo ꝓpria que diuitē epulonē in inferno tradidit: q2 in felicitate sua timidus nō fuit. Qui plus habent plus timere debent. De huius ꝓuidentie bñficijs dicit Bern. in lib. v. de ꝯsideratiōe. Amat vt charitas: nouit vt veritas: sedet vt equitas: dñat̄ vt maiestas: regit vt principiū: tuet̄ vt salus: operat̄ vt virtus rutilat vt lux: assistit vt pietas. Quid ergo est deꝰ: q ad vniuersos spectat finis: q ad electionē salus: quid querit̄ ad se nouit ipse: qđ est deus voluntas oīpotens: beniuolentissima virtus: lumē eternū ⁊ incōmutabilis ratio. sūma beatitudo creans mentes ad se participandū. viuificans ad sentiendū: efficiens ad appetēdū: iustificās ad ꝓmerendū: dilatans ad capiendū: accendens ad zelū fecundās ad fructū: dirigens ad equitatē: informās ad beniuolentiā: moderans ad sapientiā: roborans ad virtutē: visitans ad ꝯsolationē: illuminans ad cognitionē: ꝑpetuans ad imortalitatē: implens ad felicitatē: circūdans ad securitatē. Hec oīa sūma dei ꝓuidet beniuolētia. Ideo sūme reuerenda ⁊ timenda ⁊ diligenda. Septimo: ꝓpter munificētie largitatē: sūme timēda est eius irritatio: ⁊ sui muneris priuatio. de cuius liberalitatis inumere. dicit Dionysiꝰ. Sūma liberalitas dñi dat donū equale sibi. sūma decent dare ipsam Hester. ij. Rex assuerus largiꝰ est dona iuxta magnificentiā principalē donū autem equale sibi non posset ipse dare nisi se daret: dat aūt se timentibus se: in presenti per gratiā: in futuro per gloriam. Eccl. j. Timor dñi iustificabit ⁊ custodiet cor. iocunditatem atq3 gaudiū dabit eternum. s. iustificat ⁊ seruat cor in presenti per gratiam. dat iocunditatem ⁊ gaudium quando timentibus se dat deus in premiū. Psal. Qui timent te videbūt me o pater ait filius ⁊ letabunt̄ q2 visio diuinitatis christi ⁊ humanitatis est tota merces. vt dicit Augu. Uidere est tota merces. Gen. xv. Apparuit dñs abrae per visionē dicens. ego protector tuus ⁊ merces tua magna nimis. Ex premissis colligit̄ q sūme timendus est non solū quia vbiq3 est: sed q2 oībus presens est: nec ita timendus esset eius presentia: si ignoraret que agunt̄ vbi presens est: sed ipse videt et scit oīa: nō ita timendus esset si oīa sciret: ⁊ oīa non posset que vellet: sed ipse potest oīa: quomō ⁊ qñ et quotiens vult: vel si posset oīa ⁊ esset exclusus ab aliquo loco posset eius potētia euitari. sed ipse in oībus ⁊ super omnia est: vt non sit qui manus eius possit effugere: vel cum oībus antecedentibus non ita esset timendus sed esset mutabilis de loco ad locum: de scientia in ignorantiā ⁊ obliuionem. ab oīpotentia in impotentiā: sed ipse semper idem manens ⁊ imutabilis: Nec ita timēdus esset si nō ꝓuideret oīa: si possemꝰ habere alium omniū prouisorē: vel si antecedētia ꝯcurrerēt oīa ⁊ esset in aliquo malus posset maliciā non odire ⁊ amare: si nō esset iustissimus posset dedecus culpe impunitū relinquere: si non esset sūme liberalis ⁊ largus: nō posset nos sūmo bono ⁊ dono priuare quo priuat peccantes se nō timētes: qđ ꝯfert solū timētibus se: q2 tanto dono ⁊ bono soli illi digni sunt de quibus dicit̄. Dedisti hereditatē timētibus nomen tuū dñe. Psal. Michee. vi. Salus erit oībus timētibus nomē tuū. Josephus in ꝓlogo libri antiquitatū ait: pre oībus doceant̄ hoīes: q2 pater oīum est dñs deus cūctēs ⁊ vniuersa respiciens: timētibus ⁊ sequētibus se vitam felicissimā prebet a virtute digredietes maximis calamitatibus subdit. Ex predictis patet verū qđ legit̄ Eccl. xxiij. Nihil melius q timere deū. qđ nobis ꝓstare dignet̄ ipse deus amē. Circa octauū. s. de periculis huius mūdi timēdis. ꝯsideranda sunt septē: quor ꝯsideratio ⁊ freqūes meditatio multū est vtilis ad retrahendū hoīem a peccatō: videlicet locus habitatiōis: tēpus peregrinatiōis: statꝰ ꝯuersationis: ꝯditiōis humane fragilitas: affectiōis humane fatuitas: malor hoīū euitāda societas: ⁊ demonū execrāda peruersitas. Locꝰ habitatiōis est mūdus q in scriptura sacra vocat̄ mare. vocat̄ etiam exiliū vel desertū. vnde mūdus iste periculosus est ad modū maris et ad modum deserti. Mūdus quippe dicit̄ mare: sicut ait Psal. Hoc mare magnū nō solū spaciosum: sed sup oīa maria periculosum. Eccl. xliij. Qui nauigēt mare enarrent pericula eius. De quo Bern. ait: Periculū probat transeuntiū paucitas ⁊ pereuntiū multitudo. In magno mari marsilie de quattuor nauibꝰ transeuntibꝰ vix nō periclitat̄ vna. In hoc mūdo vix de quadraginta trāseuntibus euadit vnꝰ a periculo. Itē in magno periculo sunt hoīes in hoc mari nō solū propter pereuntiū multiplicitatē: imo propter periculoꝝ pluralitatē ⁊ intensitatē. Sunt enī tot ⁊ tā magna pericula: q qui vult euitare vnū incidit in aliud. Unde: Incidit in scyllam cupiens vitare carybdim. Frequēter volens vitare periculū luxurie absorbet̄ a voragine vel vertigine auaricie quasi a carybdi. j. Thi. vj. Qui volūt diuites fieri incidūt in tētationē ⁊ in laqueū diaboli Et sequit̄: Mergūt hominē in interitū ⁊ perditionē. Lōge plura sunt pericula in mūdo q in mari. Inter que sunt octo pericula: que Paulꝰ enarrat. ij. Corin. xj. Periculis fluminū. i. voluptatū q currūt ad amaritudinē gehēne. Eccs. j. Oīa flumina intrāt mare ⁊c. Latrones sunt demones latēter insidiātes ⁊ spoliantes descendētem a hierusalē in hiericho. ⁊ sic de alijs. Cōtra hoc orat dauid in psal. Saluū me fac deus qm intrauerūt aq ⁊c. Et post: Nō me demergat tēpestas aque ⁊c. Itē in magno periculo sunt hoīes i hoc mari propter vētor vehemētiā ⁊ cōtrarietatē. Dan. vij. Quattuor vēti pugnabant in mari. s. vanus timor: vana spes: vanus dolor: et vanū gaudiū: vel presens ꝓsperitas: vt auster: aduersitas. s. aquilonis: orientalis. i. inspiratio gratie: occidētalis. s. suggestio malicie.

Itē quarto periculosum est hoc mare propter monstror diuersitatē. que monstra designant̄ Dan. iiij. per qttuor bestias que surgebāt de mari. Prima que similis erat leoni: significat supbiā vite. Secūda vrso similis significat voluptatē carnalis ꝯcupiscētie. Tertia similis pardo significat auariciā vel terrenā concupiscētiā. Quarta habēs dentes ferreos terribilis ⁊c. significat crudelitatem malicie ⁊c. Itē in hoc mari sunt syrenarū cantus. quos vt dicit Hiero. debemꝰ surda aure trāsire: ad modū vlixis sapiētis: qui dicit̄ pice aures obturasse ne has syrenas audiret. He syrene habētes facies femineas ⁊ voces blandas sunt adulatores ⁊ blandi malor suasores. ad quor cantus blandos proijciūt se hoīes in pericula mūdi: nisi obturauerint aures suas cōsideratione deformitatis ⁊ fetoris peccati tanq pice. Est ibi scylla. i. saxa latrātia vt canes. i. detractores bonis oblatrātes. Est etiā ibi de hoc mari cōsurgēs illa bestia malicie ⁊ nequicie ⁊ inobediētie. De qua Apoc. xiij. Uidi bestiam de mari ascendentē: que habebat septē capita ⁊ decē cornua. i. septē capitaliū vitior: ⁊ decē transgressionū decalogi: p que pugnat contra nauigātes p hoc mare. Itē sunt ibi syrtes loca sabulosa intercise ⁊ aquosa ꝓfūda nimis: hic ⁊ ibi sine aqua ex succedēte aduersitate ⁊ prosperitate. Itē quinto sunt in hoc mari peccatores in magno periculo propter peccatorū ponderositatē: cū quibꝰ sunt et conant̄ natare p ꝓfundissimū mare. Quibꝰ expediret potiꝰ vt dicitur Math. xviij. q suspēderet̄ mola asinaria ad colla eor ⁊ demergerent̄ in ꝓfundū q demergerent̄ vt lapis molaris ꝓiectꝰ in mare. i. in ꝓfūdū inferni. Apo. xviij. Et sustulit angelus lapidē molarē ⁊c. Itē sexto sunt in magno periculo propter vasis in quo nauigant qualitatē. Est enī corpus humanū fragilꝰ ⁊ passibiliꝰ oī vitro. Itē est nauis perforata ita q intrāt aq tētationū ⁊ malarū delectationū vsq3 ad animā p foramina quinq3 sensuū. Psal. Saluū me fac deꝰ qm intrauerūt aque vsq3 ad animā meā. Tren. iij. Inundauerūt aque sup caput meū. rationis. s. ⁊c. Nauigāt peccatores periculosius q ille eps ⁊ sui: de quibus dicit Grego. in. ij. dial. xxxiiij. de maximiano epo. qui cū rediret de constantinopoli romā. eius nauis in adriatico mari in rimas fusa: ex vehemētia vndarū ⁊ ventor repleta est vndis vsq3 ad superiores tabulas nauis. tunc muniērūt se confessione ⁊ cōione corporis ⁊ sanguinis christi: ⁊ cōmēdatione animarū suarū. Cū aūt hic nauis vsq3 ad octo dies sic permanēs suū iter ageret: nono die exonerata hoibꝰ ⁊ vltimo maximiano epo: in mari submersa est. Item septimo in magno periculo sunt in hoc mari peccatores propter defectū necessarior ⁊ ad nauigandū ⁊ ad viuendū. Ipsi enī peccatores carēt virtutibus: p quas quasi per velū ⁊ malū ⁊ alia instrumēta nauis habent duci. Carent vero grãe aure ⁊ spūssancti: sine quo nauis nō potest ꝓcedere in bonū. carent spūaliū consolationū nutrimēto et sustentamēto. Itē timēda sunt pericula huius mūdi ad similitudinē periculor que in deserto sunt. Mundus enī est desertum periculosissimū. Deutro. viij. Ductor tuus fuit in solitudine: in q erat serpens flatu adurens: ⁊ scorpio: ⁊ dipsas. Serpēs flatu adurens

est mūdana cupiditas. Scorpio primo blandiens: in fine autē pū-
gens ē carnal' ↄcupiscētia. Dipsas latēter interficiēs ē superbia vite.
Secūdo filis est illi deserto p̄ qḋ filij israel transierūt ad terrā pro-
missionis: vbi tot pericula inuenerūt: q̄ de tota multitudine q̄ de
egypto exiens desertū intrauit: mortis periculū non euasit: nec ad
terrā ꝓmissionis puenit: nisi caleph ⁊ iosue. Tertio periculosus
est: quia est fornax vitiorū. in qua mali succēdētes eā septēplicter
cū chaldeis comburunt. Dañ. iij. j. Joh. v. Mūdus in maligno po-
situs est. idest malo igni expositus. Quarto quia carcer pericu-
losissimus: in quo cū pistore pharaonis reseruant' mali ad mortē:
qui nunq̄ȝ vellent exire hūc carcerē: qui in exitu sunt suspendendi
et occidendi. Gen. xxxix. Item Act. xij. Herodes seruabat petrū in
carcere occidendū ⁊ tradendū hostib' post pascha. id est transitum
transit' a mundo. Quinto quia ibi est via periculosissima: quia
tenebrosa est: sic vt pauci in ea vias suas aut se cognoscēdo videāt.
Itē lubricosa: ita vt pauci sint qui in ea mortaliter non corruant.
Itē irretita. ita q̄ pauci sunt qui in ea hostes euadant. De his tri-
bus in Psal. Fiant vie illoȝ te. ⁊c. fi. vi. al. te. ⁊ lu. ⁊ an. d. dil. Se-
xto est domus ruinosa: de cuius tota die parietib' cadunt lapides
subito iuxta vel supra homines opprimendo eos. s. casus subiti et
improuisi. ⁊ tū hoīes sunt vt porci: qui licȝ clamēt ⁊ gruniant: cum
vnus subito securi percutit': perterriti parū: tā cito obliti ad pastuȝ
redeunt: vbi filr subito occidunt'. Itē legi: q̄ cū quidā inter. iu-
deos audiret doctrinā gamalielis: in qua scriptū est q̄ non est ha-
bitandū in domo ruinosa propter multa pericula: vt lapidum aut
lignoȝ subito cadentiū. aut serpentiū: cogitās q̄ hoc esset iudea de-
relicta a deo: vt dicit' Math. xxi. Ecce relinquet' dom' vestra de-
serta: fugit ab ea ad ecclesiā. Itē est domus plena laqueis ad ca-
piendū viros spūales per spūales tētationes. Eccl. ix. In medio la-
queorū ingrediens. Hiere. v. Inuēti sunt in pplo meo ponētes la-
queos ⁊c. Post sequit'. Sicut decipula plena auib': sic dom' eoȝ
plene sunt dolo. Item est plena muscipulis ad capiendū illos qui
ad modū muriū adherent terre. Sap. xiiij. Creature dei facte sunt
in odiū: ⁊ in muscipulā pedib' insipiētū. Itē septimo est rota mo-
lendinaria ⁊ fortune: que q̄diu tēpus, fluit vt aq̄ semp voluit'. ⁊ vt
dicit Grego. qui labēti innitit' necesse est vt cū labēte labat'. Se-
cundo timere debemus: quia tempus est periculosum: quia requi-
rit a nobis dn̄s qualiter illud expēdim'. Oīa enī momēta cōcessa
sunt nobis ad agendā penitentiā: ad impetrandā gratiā: ad acqui-
renda merita: ⁊ gloriā ꝓmerendā. Et ideo districte requiret dn̄s a
nobis dē tēpus nobis impensū: q̄liter fuerit expensū. ⁊ exiget illud
a nobiscum vsuris sicut ostēdet' infra de iudicio. Est autē temp'
modernū maxime periculosum: quia valde aptū est ad generādas
spūales infirmitates: que ducūt ad mortē eternā. vt dicit' .j. Thi. iij.
In nouissimis diebus instabūt tēpora periculosa. quia simul ⁊ se-
mel est tēpus nimis calidū siccū ⁊ humidū spūaliter. ex his cōtra-
huntur oēs infirmitates: ex eo q̄ iste qualitates nimis abundant.
estuat temp' ardore inordinato. s. desiderio peccādi. Isa. ix. succē-
sa est q̄si ignis impietas. Itē abūdat frigiditas ex defectu caloris
vitalis ⁊ ordinati. s. charitatis. De vtroq̄ȝ Math. xxiiij. Abūdabit
iniquitas ⁊ frigescet charitas multoȝ. hoc. s. est in nouissimis tem-
porib'. Hoc etiā ostendit Aplš. ij. Thi. iij. Erunt in nouissimis die-
bus tēpora periculosa. hoīes seipsos amātes ⁊c. Ubi ostēdit' quō
quasi extinguit' ignis charitatis ⁊ succēdit' ignis abundātis iniq̄-
tatis: vt patet cū dicit' Seipsos amātes. Uix enī in mūdo iam ali-
quid pure amat' propter deū: sed propter propriū cōmodū. Unde
amor modernus reflectit' in seipsum. quia in eo q̄ amāt: non deū
sed seipsos amāt. Quō abundet iniquitas patet cū subdit' Cupidi
elati superbi ⁊c. Itē periculosum est temp' ex abundātia siccitatis
spūalis: q̄ fit p' ingratitudinē: q̄ desiccat humorē vitalē in h' mūdo.
Uñ Bern. Ingratitudo est ventus vrens rorē grē: fluenta miseri-
cordie: venas pietatis exiccās. vñ subdit' in supradicta auctorita-
te. ij. Thi. iij. Ingrati celesti sine affectione ⁊c. Ingratitudo fuit cā
destructionis hierosolimoȝ: vt dicit' Luc. xix. Eo q̄ nō cognoue-
runt temp' visitationis sue ⁊c. Hier. viij. Miluus cognouit in celo
tps suū ⁊c. ppls āt meus me nō cognouit. Bern. Recolēs i corde
meo torporē reporēq̄ȝ miserabiliū horū tempoȝ: in memetipso cō-
fundor. cui enī modernoȝ tantū gaudiū ingerat tantoȝ beneficio-
rū exhibitio: quantū antiquis patrib' sola ꝓmissio. Uidet' q̄ mun-
dus sit iam in pedib' statue: de q̄ Dañ. ij. dicit' q̄ ↄiungebat' ferrū
teste. quod signat q̄ in fine erūt sine federe: ⁊ sicci ab humore grē.
Itē periculosū est tps ex supabundātia noxij humoris. s. volupta-
tū carnaliū: in quib' hoīes pro virib' suis abūdāt. vñ sequit' in su-
pradicta auctoritate Thi. Uoluptatū magi' amatores q̄ȝ dei. ij. pe.

ij. voluptatē existimantes diei delicias coinquinationis ⁊ macule
delicijs affluētes. Tertio timere debemus rōne status: q̄z stat'
huius mūdi est valde periculosus. vndiq̄ȝ enī iminet periculū. s. supe-
rius ⁊ inferius: interius ⁊ exterius. Superius nanq̄ȝ sunt petōres
in maximo periculo: q̄z dei iusticia habens euaginatū gladiū sup
capita eoȝ vult eos scindere per mediū. Johā. viij. Qui incredulus
est verbo dei nō habet vitam in se manentē: sed ira dei manet sup
eum. Ro. j. Ira dei de celo sup omnē impietatē ⁊ iniusticiā. Itē
ex parte inferiori est peccatoribus aptū os putei infernalis: ⁊ dra-
conis qui vult eos absorbere ⁊ securius mortis est ad radicē arbo-
ris vitam scindens de die in diem. Et nota q̄ peccator similis est
hoī de quo dicit barlaam iosaphat. vt dicit Johā. Damas. Qui cū
timeret vnicornē sequentē cecidit in foueā qui in casu suo adhesit
arbori que de fundo fouee ↄscendebat: cum inferius aspiceret vi-
det ad pedem arboris puteum teterrimū abyssalē: ⁊ draconē flam-
miuomū arborem cingentē: ⁊ eius casum ore aperto expectantem.
Item videt duos mures maximos: vnū albuȝ ⁊ aliū nigrū: arborē
incessanter in radice corrodentes: sentit etiam arborē iam vacilla-
re ⁊ titubare. videt etiaȝ quattuor viperas a quattor partibus spe-
lunce ꝓcedere: ⁊ totam speluncā flatu mortifero intoxicare. videt
etiam in ramis arboris pomula quedam mortifera: sed gustui ali-
quantulū delectabilia ⁊ apparentia exterius pulchra: quibus dele-
ctatus periculi sui obliuiscit'. Quidā autē amicus audiens casum
eius occurrens ei ex opposito porrigit ei scalam per quā egrediat'
a periculo: inculcans ei periculū: ⁊ q̄ inde exeat. Iste aūt cum dice-
ret se prius sinū pomis implere: ⁊ differret: arbore corrosa ⁊ cadē-
te: a flatu dictarum viperarū corruptus cecidit in os draconis: qui
descendens in puteū eum ibi vorauit. Hic homo est peccator: vni-
cornis est mors tēporalis: fouea mūdus arbor vita peccatrix: po-
ma eius delectationes peccatoȝ: puteus infernus: draco diabolus
mus albus dies niger nox: quattor vipere quattuor qualitatuȝ in-
temporantie: amicus ihesus christus aut predicator: scala est cōsi-
liū penitentie faciende. dum aūt differt homo acquiescere salutari
ↄsilio subito vita deficiente in os diaboli cadit: qui eū in inferno
rapit deuorat ⁊ depascit. Item ex parte interiori est in magno
periculo: q̄z eius ↄscientia est lacus leonū cum quibus oportet cū
morari q̄diu est in peccato mortali. Eccl. xxi. Dentes eius dentes
leonis interficientis aīas hoīum: in maiori periculo est q̄ȝ daniel
ꝓiectus in lacum leonū. Dañ. vj. ⁊ xiiij. Qui dn̄m hēbat secuȝ cō-
solantē ⁊ ↄcludentē ora leonū. hoīum aūt deus est aduersarius.
Aug. Audacior est qui in vno peccato mortali dormit q̄ȝ qui cum
septem hostibus de morte sua iuniorem obligatis. Item ex par-
te interiori q̄tū ad statū vndiq̄ȝ est peccatori periculū. q̄z vt dicit'
Job. xiiij. nunq̄ȝ in eodē statu pmanet: q̄z mō sanus: mō eger: mō
diues: modo paup. modo letus: modo tristis: modo timet: modo
sperat ex his que exterius sūt: Uñ in magno periculo est. ⁊ in ma-
gno timore debet esse qui turrim habet edificare octo laterum. in
qua necesse habet q̄diu vixerit habitare. Que talis est ↄditionis:
q̄z q̄cito edificauerit vnū latus eius: cadit ⁊ aliud: vsq̄ȝquo turris
tota cadat: ⁊ habitantē ꝓsternat ⁊ atterat. hec turris vita presens
est: octo latera eius sunt sanitas: infirmitas: diuitie: paupertas: le-
ticia. tristicia: timor ⁊ spes de rebus presentibus ⁊ variis. quorum
quātomagis ascendit alterū cadit reliquū: vsq̄ȝquo corpus obrui-
atur: ⁊ aīa in casu eius opprimant'. Quarto in maximo periculo
sumus in hoc mūdo ꝓpter ↄditionis humane fragilitatē: habita-
mus in domo lutea que terrenū habet fundamentū. Job. xiiij. Hō
natus de muliere bre. vi. tempore ⁊c. ibi sati notat' fragilitas con-
ditionis humane. patet q̄ ex qualitate humane cōditionis est ho-
mo in magno periculo: q̄z cum moret' in domo fragilis corporis
cum eo pugnāt quattuor pugiles assidue sibi aduersantes. Ita q̄
si vnus oīno a facie alterius succubuerit dom' lutea corruat et in
puluerem reuertat': ⁊ habitator capiat': vt ad suspendiū eternū tra-
hat'. Hec domus est corpus luteū in quo cōpugnāt s'm quattuor
cōplexiones eius: calidū. frigidū. siccum. humidū. si alterū ↄtrariū
oīno ibi succubuerit: necesse habet homo mori. corpus incinerari:
aīa ad patibuliū trahi. Et nota q̄ cum quidā rex quereret a quo-
dā philosopho q̄nq̄ȝ questiones respondit ad singulas sic. Pri-
ma fuit quid est homo. Respondit mancipiū mortis: hospes loci:
viator transiens. Mancipiū dicit' quia manū mortis euadere ne-
quit: ⁊ q̄z mors oēs dies eius ⁊ labores rapit: ⁊ quia in fine s'm q̄
homo meruerit premiū ei soluitur. Item dicitur hospes loci quia
cito obliuioni traditur: licȝ cum gaudio recipiatur. Item q̄z pascens
⁊ potans ⁊ gratos in mane de hospicio nihil de rebus hospicij se-
cum portare permittitur: ⁊ in hospicij introitu multa ei ꝓmittun-

tur q̃ non soluit̃. Item est viator transiens nec ad momentū siue
dormiendo siue comedendo a cursu ad mortē acquiescēe. Se-
cunda q̃stio fuit. cui similis ē homo. R̄ndit aceruo niuis. rose ma
tutine: pomo nouo. Qꝛ vt aceru⁹ niuis modico calore cito i aquā
de qua fuerat cito resoluit̃: sic hō genit⁹ de putredine modica īfir
mitate in eā reuertit̃. Rose matutine qꝛ in iuuentute habens calo
rem viridū: in vespere senectutis habet marcidū. Pomo nouo. qꝛ
dū in arbore pendens ad crementū debitū puenire credit̃ modico
verme interius exorto corrodit̃: ⁊ subito corruēs inutile efficit̃. sic
hō in pueritia sua subita infirmitate ⁊ morte preuent⁹ inutilis fi
is efficit̃: ⁊ ita pꝫ qꝫ vt dicit̃ in ps. Vō vanitati si. f. est. d. e. s. vm.
paterri. Tertia questio fuit quō se habet hō. R̄ndit vt lucerna
ad ventū que cito extinguit̃: vt scintilla in mari q̃ abundis cito ab
sorbet̃: ⁊ vt dicit̃ in li. Sap. v. vt spuma gracilis q̃ cito a pcella. di
spergitur: vt lanugo que subito a vento rapit̃: vt fum⁹ qui cito dif
fundit̃ ⁊ ad nihilū redigit̃. Quarta questio est vbi est hō. R̄n-
dit qꝫ in bello multiplici ⁊ diuerso: Intra se habet bellū intestinū
remordentis ꝯscientie vt si ē in peccato a deo auertat̃. In se. s. ī p
prio corpe habet bellū ciuile ⁊ vicinū. quatuor elemētoꝝ que sibi
cōpugnant adinuicem p ꝯtrarias qualitates. calida. n. cōpugnant
in humano corpore frigidis ⁊ humentia siccis: quodlibet quatu-
or elementorum vult eū sibi vindicare de alio. p hoc pugnat cum
alijs vt ei predominetur: vel vt eū ad nihiluꝫ redigat: terra pugnat
vt ei predominet̃ p melācoliā. aqua vt fiat flegmaticus. aer vt fiat
sanguineus. ignis vt fiat colericus: quodlibet hoꝝ in hoie ⁊ p ho
mine acquirendo ꝯtra alium pugnat: ⁊ quodlibet alteri p viribus
repugnat. Tertium bellum est extra nos. s. ꝯcupiscibiliū: ⁊ est vt a
deo auertant. ⁊ ad se illicito amore ꝯuerti eum faciant. Quinta
questio est cū quibus socijs est hō. R̄nsio est qꝫ cū septem socijs ē
hō qui eū assidue molestant qui sunt fames: sitis: calor: ⁊ frigus:
lassitudo: infirmitas: ⁊ mors: ⁊ vt istis satisfaciat deū frequenter
peccatoꝝ molestat. Quinto in magno piculo sunt hoies pp eoꝝ
manifestam fatuitatem que luculenter apparet in septem. Primo
qꝛ vt balaam assuetus monstris monstra visa nec stupebat nec ti
mebat. Ipsa ipsi piclitantiū visa picula nec vitant nec formidant:
⁊ sunt similes latronibus qui cū vident suspendi aliquē de socijs
suis nō pp hec dimittunt furta sua. sed videntes eū suspensum di
cit vnus alteri: hoc est territorium meritū. Item nō solū videt̃
qꝫ nō metuāt. imo videt̃ qꝫ nō sentiāt picula i quibus sunt ad mo
dū ebrioꝝ ⁊ dormientium. Sunt. n. similes ione pp cuius peccatū
nauis piclitabat̃. alij oēs clamabant ⁊ timebant. ipse solus in tem
pestate ⁊ piculo dormiebat. eiusdē. ij. ⁊ ideo alijs inocentibus eua
dentibus ipse solus in piculo remansit. puer. xxiij. Eris quasi dor
miens in mari ⁊ quasi gubernator amisso clauo. Item nō solū
nō sentiunt piculū immo ēt ipsum diligunt adeo qꝫ in illud scien
ter se impingunt. ⁊ immergūt: ut qui in mari saliūt scienter ad cā-
tus syrenaꝝ. ita hoies currūt ad loca que sciunt sibi piculosa ad lo
ca vbi sunt occasiōes peccandi in spectaculis mulieꝝ. puer. vij. De
fenestra domus mee pspexi: ⁊ ecce video vecordē iuuenem: ⁊ ecce
mulier occurrit ei in habitu meretricio: ⁊ post: statiꝫ sequit̃ eaꝫ q̃si
bos ductus ad victimaꝫ ⁊ q̃si agnus lasciuiēs: ⁊ post: velut si auis
festinet ad laqueū ⁊ nescit qꝫ de piculo aīe ei⁹ agat̃. Eccl. ix. Pro
pter spēcieꝫ mulieris multi perierunt. Itē Eccl. iij. Qui amat piculū
pibit in illo. Quarto nō solum picula amant immo piclitantib⁹
se sic illaqueant vt ab eis euelli nequeant: ad modum eoꝝ qui sub
mersi in aquis extinguunt̃. Quīto qꝛ cū deberent exonerare ⁊
explicare ab impedimentis in piculo admodū materialiter picula
aquaꝝ timentiū vt nudi ⁊ expediti liberius possent nare ⁊ euade-
re. ecōuerso se magis implicant ⁊ onerant rebus tpalibus ⁊ nociu-
is. Item thi. vi. Qui volūt diuites fieri ⁊c̃. sunt similes illis qui
derelicta libera ⁊ clara aqua. eligunt p herbosam ⁊ limosaꝫ aquā
fluuium transnadere: qui q̃n se credunt magis expedire. magis se
impediunt onerant ⁊ illaqueant: vnde subito impediunt̃ submer-
guntur ⁊ extinguūt̃. Itē sexto qꝛ cū sint in piculo deū nō excitant
nec adiutorium eius inuocant sine quo euadere nequeunt: sed po
tius iracundiam eius prouocant. dum volentem eos a periculo re
uocare ⁊ liberare contēnunt: ⁊ etiam eos quos videns sibi acquire
re. ⁊ picula fugere ad eius monita irrident ⁊ ꝯtēnunt. i. coꝛin. i.
Verbum crucis peūtib⁹ stulticia est. eis āt qui salui fiunt. i. nob-
is dei virtus est. Itēꝫ dicit̃ qꝫ cū quidā paterfamilias haberet
duos filios pp forefactuꝫ suuꝫ in medio maris piectos. ⁊ videret
eos in piculo maris in medio palpitantes. non immemor paternoꝝ
viscerꝫ nauicula sumpta: ⁊ manus porrigēs eis cū clamore ⁊ fletu
nitebat̃ eos a piculo reuocare ⁊ liberare. Alter autem manū patris

porrigēs liberatus nauicule impositus est. Alius aūt verba patris
contemnēs ⁊ piculū parpendēs ⁊ cū spuma maris ludēs ab vnda
subito oppressus submersus. extinct⁹ est. Sic ih̄s veniens in mun
dū manib⁹ in cruce extensis vult liberare naufragos: q̃ acq̄escūt ei.
⁊ adherent ei ⁊ cruci. a piculo liberat̃. q̃ aūt ꝯtēnūt ⁊ vanitatē dili-
gūt subito piclitant̃. Nō sic fecit beat. xiij q̃ ꝯfugit ad dn̄m patiēs
periculū. Nō sic discipuli Math. viij. Cū nauicula cooperiret̃ fluct-
ibus sed excitauerūt ih̄ꝫ dicētes. dn̄e salua nos perim⁹. Itē nō sic pe-
trus. Math. xiiij. q̃ cū cepisset mergi clamauit. dn̄e saluū me fac.
Itē. vij. Nō solū adiutoriū diuinū vl̃ sanctoꝝ nō aduocāt: sed eos
ad iracundiā ꝯtumelijs puocāt. ⁊ vt maris delphines in tēpestate
saltāt. ⁊ vt frenetici ⁊ insani in suis piculis exultāt ⁊ eos quos se-
cū nō vidēt inuolui in piculis insensatos ⁊ īsanos reputāt. Sap. v.
Nos insensati vitā illoꝝ reputabam⁹ insaniā ⁊ fineꝫ sine honore.
Sexto: timere debem⁹ qꝛ piculosa est societas maloꝝ quā mul
ti diligunt ⁊ sequunt̃. que maxīe est declināda hoi desiderāti suaꝫ
salutē. exēplo iohis baptiste qui postq̄ venit ad adultā etatē ma-
gis elegit habitare inter feras q̄ inter hoies. Sen. Quotiēs inter
hoies fui min⁹ hō redij. Itē exemplo machabeoꝝ magis elegerūt
habitare in desertis cū feris q̄ cū gentib⁹. ij. mach. v. Itē exemplo
dn̄i qui postq̄ surrexit a mortuis nō legit̃ habitasse vl̃ ꝯuersatus
fuisse cū aliquib⁹ malis sicut fecit tpe illo quo ꝯuersat⁹ est in ter-
ris licet legat̃ sepe apparuisse ⁊ fuisse cū bonis. Item in vitispatrū
legit̃ qꝫ cū arsenius adhuc moraret̃ in seculo in palatio ⁊ rogaret
p sua salute vox ad eū ait. fuge hoies ⁊ saluaberis. qō itelligit̃ de
malis ⁊ mūdanis. ⁊ qꝛ multa mala facit mala societas: de quibus
eoꝝ aliqua ꝯtidam⁹. Et notandū qꝫ mala societas q̄ndecim ma
la facit. Primo ab hereditate excludit. angelos a celo hoieꝫ a para
diso roboā a regno. De primo Apoc. xij. Draco traxit secū tertiam
partē stellaꝝ cū cauda. prima pars est eoꝝ qui voluerunt deo cōtē-
plando assistere. Scd̄a est eoꝝ qui ei ministrādo parati fuerūt deo
obedire. hi nō ceciderūt sed in veritate steterūt. Tertia pars fuit eo
rū qui fuerūt pati dyabolo ꝯsentire. hi cū lucifero ceciderūt. Adaꝫ
plus vxori q̄ deo obediēns exulat a paradiso. Roboaꝫ qꝛ magis
credidit ꝯsilio iuuenū socioꝝ q̄ senioꝝ amisit regnū isrl̃. Scd̄o
spoliat ⁊ ꝯsumit bona tpalia. nālia. ⁊ gratuita. Qui incidit in malā
societatē: similis est illi qui incidit in latrones. Spoliat̃ gratuitis
bonis Luc. x. Itē similis est filio pdigo cuius bona meretrices cō
sumpserūt Luce. xv. Item tertio puertit. sibi similes efficit. ps.
Cū puerso puerteris ⁊c̃. Eccl. xiij. Oīs caro ad sibi similē ꝯuertet̃.
Ibidem qui ꝯmunicat supbo induet supbiā. puer. xii. amic⁹ stul
ti sibi similis efficiet̃. Exo. xxiij. deut. vi. Non inibis cū eis fedus.
Sen. Ex ꝯuictu enī mores formant̃. Cādido ⁊ inocenti socio rubi
ginē suā malignus comes affricuit. Dicit̃ qꝫ alexāder non poterat
se cohibere quin īcederet ad modū leonidis hystriōis cuꝫ quo nu-
tritus fuerat. Quarto inficit ⁊ corrumpit vt grex morbidus īm-
det leprosi sanū vel mundū. Itē fructus putridi sanū. toxicū cibū.
massa fermentū. i. coꝛin. v. Modicū fermentū totā massam corrū
pit vinū coꝛruptū corrumpit bonū. flatus malus vt basilisci aerem
vicinum. i. coꝛin. xv. Corrumpunt bonos mores colloquia praua.
Quinto maculat ⁊ polluit. vt pix ⁊ carbo manū tāgentis. Leuit
v. Aīa que tetigerit aliquid imūdū rea erit. Numeri. xix. Quicq̄d
tetigerit imūdus imundū erit. Agg. ij. Si tetigerit pollut⁹ in aīa ex
oibus his nūquid contaminabit̃ ⁊c̃. Sexto apostatare facit. vt
salomonem. iij. regū. xj. Mulier petrum se calefacientē cum minis-
tris Joh. xviij. Eccl. xix. vinum ⁊ mulieres ⁊c̃. Septimo sedu-
cit. Ezech. ij. Cum scorpionib⁹ habitas. Osee. vij. Effraym quasi
columba seducta nō habens coꝛ id est prudentiā declinandi pras-
ua ꝯsoꝛtia. Fac̃ dyabolus vt aucupes qui ponūt columbas q̃ ha
bent cōsutos oculos in decipula sua. ad quas accedentes alie non
aduertunt eas captas nec laqueos ⁊ capiunt̃ cum eis. iij. regū. xiij.
de pphēta dn̄i quem quia falsus pphēta seduxit. vt sequeret̃ euꝫ
occisus est a leone. Item Iere. xviij. Seduxerunt te viri pacifici
tui. demiserunt te in ceno ⁊ in lubrico pedes tuos. ⁊ recesserūt a te
hoc dicit̃ de sedechia. qui qꝛ credidit falsis pphētis a nabuchodo
nosor est captus. ⁊ exoculatus. ⁊ in babilonē ductus est. De sedu-
ctione male societatis refert petrus alfonsi multa exempla. Vnuꝫ
est tale. dicit enī. Cum quidā vellet ire apud methā p deserta egy-
pti ꝯmendauit cuidam bone fame pecuniā quā redeunti negauit:
qui consilio cuiusdam sapientis fecit fieri deceꝫ cophinos plenos
sabulo ⁊ pulcherrimos ab extra. vnus precessit cum muliere ⁊ ser
uo. Alij nouem sequebantur a longe. ⁊ dixit mulier illi qui nega-
uerat depositum: qꝫ quidam magnus diues de consilio suo voles
bat bone fidei eius illos cōmittere decē cophinos plenos pecunia

c. cõfusiõis vel p modũ dispõnis: fm q vna potẽtia mouet ab alia: et fm q vna potẽtia accipit ab alia. Ad tertiũ. s. vtrũ intellectus possit eẽ subiectũ virtutis. Dicẽdũ q virt' sicut dictũ est habitus est quo qs bene operat. Dupliciter aũt aliqs habitus ordinat ad bonũ actũ. Uno mõ inquãtũ p huiusmodi habitũ acquirit homini facultas ad bonũ actũ. sicut p habitũ grãmatice habet hõ facultatẽ recte loquẽdi. nõ tñ grãmatica facit vt hõ semp loquat recte. potest eni grãmatic' barbarizare et solecismũ facẽ. et eadẽ rõ est in aliis sciẽtiis et artib'. Alio mõ aliqs habitus nõ solũ facit facultatẽ bñ agẽdi: sz etiã facit q aliqs recte facultate vtat. sic iusticia non solũ facit q hõ sit prompte volũtatis ad iuste operãdũ: sed etiã facit vt iuste opet. et qz bonũ sic et ens nõ dicit simpliciter aliqd fm id qd ẽ in potẽtia: sz fm id qd est actu. Ideo ab hmõi habitib' simpliciter dicit hõ bonũ opari et eẽ bon'. puta qz ẽ iustus vel tẽperat'. et eadẽ rõ est de silib'. Et qz virt' ẽ q bonũ facit habentẽ: et opus ei' bonũ reddit: hmõi habit' simpliciter dicunt virtutes: qz reddũt bonũ opus in actu. et simpliciter faciũt bonũ habentẽ. Primi vo habit' nõ simpliciter dicunt vtutes: qz nõ reddũt bonũ opus nisi in qdã facultate: nec simpliciter faciũt bonũ habentẽ. Nõ eni dr simpliciter aliqs bon' hõ ex h q ẽ sciẽs vel artifex. sz dicit bonus solũ fm qd. puta bon' grãmatic' aut bon' faber. Et pter h plerũqz sciẽtia et ars cõtra virtutẽ diuidunt. qñqz aũt vtutes dicunt: vt pz i. vi. eth. Subiectũ aũt habit' q fm qd dicit virt': põt esse intellect' nõ solũ practicus: sed et intellectiu' absqz oi ordine ad volũtatẽ. Sic eni phs i vi. ethi. sciẽtiã sapiẽtiã et intellectũ et etiã artẽ ponit eẽ intellectuales virtutes. Subiectũ habit' q simpliciter dicit virt' nõ põt eẽ nisi volũtas vel aliq potẽtia fm q est mota a volũtate. Cui' rõ est. qz volũtas mouet oẽs potẽtias q aliqlit sunt rõnales ad suos actus: vt supra habitũ est. et iõ q hõ actu bene agat: otingit ex h q hõ hz bonã volũtatẽ. vñ virt' q facit bene agere in actu: nõ solũ in facultate: oportet q vel sit in ipsa volũtate: vel in aliq potẽtia: fm q ẽ a volũtate mota. Cõtingit aũt itellectũ a volũtate moueri sic et alias potẽtias. Cõsiderat eni aliqs aliqd actu eo q vult. et ideo intellect' fm q hz ordinẽ ad volũtatẽ põt eẽ subiectũ vtut' simpliciter dicte. et h mõ intellect' speculatiu' vel rõ vl subiectũ fidei. Mouet eni intellect' ad assentiẽdũ his q sunt fidei ex impio volũtat. nullus eni credit nisi volẽs. Intellect' aũt practicus est subiectũ prudẽtie. cũ eni prudẽtia sit recta rõ agibiliũ. reqrit ad prudẽtiã q hõ bene se habeat ad pncipia hmõi rõnis agẽdor q sunt fines. ad quos bene se hz hõ p rectitudinẽ volũtat. sicut ad pncipia speculabiliũ p nãle lumẽ intellect' agentis. et ideo sic subiectũ sciẽtie q est rõ recta speculabiliũ ẽ intellect' speculatiu' in ordine ad intellectũ agentẽ. ita subiectũ prudẽtie est intellect' practic' in ordine ad volũtatẽ rectã.

Ad qrtũ. s. vtrũ irascibil' et ocupiscibil' possint eẽ subiectũ virtut. Dicẽdũ q irascibil' et ocupiscibil' dupliciter pñt osiderari. Uno mõ fm se inqntũ sunt ptes appetit' sensitiui. et h mõ nõ cõpetit eis q sint subiectũ vtut. Alio mõ pñt osiderari inqntũ pticipãt rõnẽ: p h nate q sunt rõni obedire. et sic irascibil' vl ocupiscibil' põt eẽ subiectũ virtutis humane. sic eni est principiũ humani actus inquãtũ participat rõnẽ. et etiã in his potẽtiis virtutes necesse est ponẽ q in irascibili et cõcupiscibili sint aliq virtutes. Actus eni q pgredit ab vna potẽtia fm q est ab alia mota. nõ põt eẽ pfect' nisi vtraqz potẽtia sit bene disposita ad actũ. sic actus artificis nõ põt eẽ ogruus nisi artifex sit bene disposit' ad agẽdũ: et etiã ipsum instrumentũ. In his igit circa q opat irascibil' et cõcupiscibil' fm q sunt a rõne mote: necesse est vt aliqs habit' pficiẽs ad bene agendũ sit nõ solũ in rõne: sz etiã in irascibili et cõcupiscibili. et qz bona dispositio potẽtie mote attẽdit fm cõformitatẽ ad potẽtiã mouentẽ: ideo virt' q ẽ in irascibili et i ocupiscibili nihil aliud est q habitual' cõformitas istarũ potẽtiarũ ad rõnẽ. Ad qntũ. vtrũ vires apphensiue sensitiue possint eẽ subiectũ virtutis. Dicẽdũ q in virib' sensitiuis apphensiuis interi' ponunt aliq habit'. qd pz ex h pcipue qd phs dicit in li. de memoria. q in memorãdo vnũ post aliud: opat ofuetudo q est qsi qdã natura. Nihil autẽ est aliud habitus ofuetudinalis q habitudo acquisita p consuetudinẽ: q est in modu nature. vnde de virtute dicit Tullius in rhetorica sua: q est habit' in modũ nature rõni cõsentaneus. In hoĩe tñ id qd ex cõsuetudine acqritur in memoria et aliis virib' apphensiuis sensitiuis non est habitus p se: sed aliqd annexũ habitibus intellectiue partis: vt supra dictũ est. Sed tñ siqui sũt habitus in talibus viribus virtutes dici nõ possũt. Uirtus eni est habit' pfectus quo nõ otingit nisi bonũ opari. vñ oportet q virtus sit in illa potẽtia q est cõsũmatiua boni opis. Cognitio aũt veri nõ osũmat in viribus sensitiuis apprehensiuis: sed hmõi vires sũt qsi pparatorie ad cognitionẽ intellectuã: et iõ in hmõi viribus nõ sũt virtutes qbus cognoscit verũ: sed magis intellectu vel rõne. Ad sextũ. s. vtrũ volũtas possit esse subiectũ virtutis. dicendũ q cũ p habitũ pficit potẽtia ad agẽdũ: ibi indiget potẽtia habitu pficiẽte ad bñ agẽdũ qui qdẽ habitus est virtus: vbi ad hoc nõ sufficit ppria rõ potentie. Ois aũt potẽtie ppria rõ attendit in ordine ad obiectũ. vñ cũ sicut dictũ est obiectũ volũtatis sit bonũ rõnis volenti pportionatũ. qñtũ ad hoc non indiget volũtas virtute pficiẽte. sed si qd bonũ imineat hoĩ volẽdũ qd excedat pportionẽ volẽtis: siue quãtũ ad totã speciẽ hũanã. sicut bonũ diuinũ qd transcendit limites hũane nature. siue qñtũ ad indiuiduũ sicut bonũ pximi vbi volũtas indiget virtute. et ideo hmõi virtutes que ordinãt affectũ hoĩs in deũ vel pximũ sunt in volũtate sicut in subiecto vt charitas iusticia et huiusmodi.

De distinctione virtutũ intellectualiũ. DIS.III.

Circa tertiũ principale. s. de distinctione virtutũ intellectualiũ. querunt qnqz. Primo vtrũ habitus intellectus speculatiui sint virtutes. Scdo vtrũ sint tres. s. sapiẽtia. sciẽtia: et intellectus. Tertio vtrũ habitus intellectualis qui est ars sit virtus. Quarto vtrũ prudẽtia sit virtus distincta ab arte. Quinto vtrũ prudẽtia sit vtus necẽria hoĩ.

Ad primũ. s. vtrũ habitus itellectuales speculatiui sint virtutes dicendũ q cũ hoĩs virtus dicat in ordine ad bonũ sic supra dictũ est. dupliciter rõne aliqs habitus dr virtus vt supra dictum est. Uno mõ qz facit facultatẽ bñ opandi. Alio mõ qz cũ facultate facit etiã vsũ bonũ. et hoc sicut supra dictũ est ptinet solũ ad illos habitus q respiciũt partẽ appetitiuã. eo q vis appetitiua aĩa est q facit vti oĩbus potẽtiis et habitib'. Cũ igit habitus itellectuales speculatiui nõ pficiant partẽ appetitiuã: nec aliquo mõ ipsã respiciãt: sed solã intellectiuã. pñt quidẽ dici virtutes inquãtũ faciũt facultatẽ bone opatiõis q est osideratio veri. hoc eni est bonũ opus intellect'. nõ tñ dicunt virtutes scdo mõ qsi facientes bñ vti potentia seu habitu. Ex hoc eni q aliqs habet habitũ sciẽtie speculatiue nõ iclinat ad vtendũ. sed fit potens speculari verũ in his quor hz sciã: sed q vtat scia habita hoc est mouẽte volũtate. Et iõ virtus q pficit volũtatẽ vt charitas vl iusticia facit etiã bñ vti hmõi speculatiuis habitibus: et fm hoc etiã in actibus hor habituũ põt esse meritũ si ex charitate fiãt. sicut Greg. dicit in. vi. moral. Q contẽplatiua est maioris meriti q actiua. Ad scdm. s. vtrũ ouenienter distinguant tres virtutes intellectuales speculatiue. s. sapiã: sciã: et intellectus. dicendũ q sicut iam dictũ est virtus intellectualis speculatiua est p quã intellect' pficit ad osiderãdũ verũ h aũt est bonũ opus ei'. Uerũ aũt est dupliciter osiderabile. Uno mõ sicut p se notũ. Alio mõ sicut p aliud notũ. qd aũt est p se notũ se habet vt pncipiũ et pcipit statim ab intellectu. et iõ habitus pficiens intellectũ ad hmõi veri osiderationẽ vocat intellectus q est habitus principior. verũ aũt qd est p aliud notũ nõ statim pcipit ab intellectu: sed p inquisitionẽ rõnis. et se habet in rõne termini. Qd qdẽ põt esse dupliciter. Uno mõ vt sit vltimũ in aliquo genere. alio mõ vt sit vltimũ respectu totius cognitiõis hũane. et qz ea que sunt posteri' nota quo ad nos sunt priora et magis nota fm naturã. vt dr in primo phisicor. Iõ id qd est vltimũ respectu totius cognitiõis hũane: est id qd est primũ: et maxie cognoscibile fm naturã. et circa hmõi est sapiã q osiderat altissimas causas. vt dr in primo meth. Uñ ouenienter iudicat et ordinat de oibus. qz iudiciũ pfectũ et vniuersale haberi nõ potest nisi p resolutiõez ad primas causas. Ad id vo qd est vltimũ in hoc vel illo genere cognoscibiliũ perficit intellectũ scia. et iõ fm diuersa genera scibiliũ sunt diuersi habitus scientiar: cũ tñ sapiẽtia nõ sit nisi vna. Ad tertiũ. s. vtrũ ars sit intellectualis. dicendũ q ars nihil est aliud q ratio recta aliquor operũ faciẽdor. quor tñ bonũ nõ osistit in eo q appetitus hũanus aliquo mõ se habet: sed in eo q ipsum opus qd fit in se bonũ est. Nõ eni ptinet ad laudem artificis inquantũ artifex est qua voluntate opus faciat: sed quale sit opus qd facit. Sic igit ars pprie loquẽdo habitus operatiuus est. et tñ in aliquo ouenit cũ habitib' speculatiuis. qz etiã ad ipsos habitus speculatiuos ptinet qualiter se habeat res quã osiderant. nõ aũt qualiter se habeat appetitus humanus ad illas. dũmõ eni geometer verũ demõstret. nõ refert qualiter se habeat fm appetitiuã partẽ. vtrũ. s. sit letus vel iratus. sicut nec in artifice refert. vt dictũ est. et iõ eo mõ ars hz rõnẽ virtutis sicut et habitus speculatiui. inquãtũ. s. nec ars nec habitus speculatiu' faciũt bonũ opus qñtũ ad vsum qd est pprium virtutis pficientis appetitũ. sed solũ qñtũ ad facultatẽ bñ agẽdi. Ad qrtũ. s. vtrũ prudẽtia sit virtus distincta ab arte. dicendũ q vbi inuenit diuersa rõ virtutis: ibi oportet virtutes distingui. dictũ est aũt q aliqs habitus habet rõnẽ virtutis

ex hoc solum q facit facultatē boni operis. aliquis autē ex hoc q facit nō solum facultatē boni operis. sed etiā vsum. Ars autē facit solam facultatē boni operis. qz nō respicit appetitū. prudentia aūt nō solū facit facultatē boni operis sed etiā vsum. Respicit enī appetitū tanq̄ presupponēs rectitudinē appetitus: cuius differentie rō est: qz ars est recta rō factibiliū. prudentia vō est recta rō agibiliū. Differt aūt facere z agere. qz vt dr in.ix.meth. Factio ē actus transiēs in exteriorē materiā. sicut edificare: secare z hmōi. Agere aūt est actus pmanēs in ipso agente. sicut videre. velle z hmōi. Sicut igr̄ hoc mō se habet prudētia ad hmōi actus hūanos q̄ sūt vsus potentiaz z habituū sic se habet ars ad exteriores factiones. Perfectio aūt z rectitudo rōnis dependet ex principiis ex quibus ratio sillogizat. sicut dictū est q scientia dependet ab intellectu q̄ est habitus principioz: z psupponit ipsū. In hūanis aūt actibus se habent fines sicut pncipia i speculatiuis. vt dr in.vij.ethi. Et ideo ad prudentiā que est recta rō agibiliū. requirit q hō sit bn̄ dispositus circa fines. qd̄ qdē est p appetitū rectū. z ideo ad prudentiā requirit moralis virtus p quā fit appetitus rectus. bonū autē artificialiū nō est bonū appetitus hūani. sed bonū ipsoz operū artificialiū z ideo ars nō presupponit appetitū rectū. Et inde est q magis laudat artifex q̄ nolens peccat: q̄ q̄ volens peccat. Magis aūt ē prudentiā est q aliquis peccet nolens q̄ volens: qz rectitudo voluntatis est de ratiōe prudentie. nō aūt de rōne artis. sic igr̄ patet q prudētia est virtus distincta ab arte. Ad quintū. s. vtrū prudētia sit virtus necessaria hoi. dicendū q prudentia est virtus maxīe necessaria ad vitā humanā. Bn̄ enī viuere cōsistit in bn̄ operari. Ad hoc aūt q aliquis bn̄ opet. nō solū requirit qd̄ faciat sed quō faciat. vt. s. sm̄ electionē rectā opet nō solū ex impetu aut passione. Cū aūt electio sit eoz que sunt ad finē. rectitudo electionis duo requirit. s. debitū finē. z id qd̄ cōuenienter ordinat in debitū finē. Ad debitū aūt finē hō cōuenienter disponit per virtutē que pficit partē aīe appetitiuā. cuius obiectū est bonū z finis. Ad id aūt qd̄ disponit in finē debitū oportet q hō directe disponat per habitū rōnis qz cōsiliari z eligere que sunt eoz que sunt ad finē sūt actus rōnis: z ideo necesse est in rōne esse aliquā virtutē intellectualē p quā pficiat ratio ad hoc q cōuenienter se habeat ad ea que sunt ad finē z hec virtus est prudentia. vnde prudentia est virtus necessaria ad bene viuendum.

De distinctione virtutū. DIS. IIII.

Circa quartū principale. s. de distinctiōe virtutū moraliū ab intellectualibus querunt̄ q̄nq. Primo vtrū oīs virtus sit moralis. Scd̄o vtrū virtus moralis distinguat ab intellectuali. Tertio vtrū virtus sufficiēter diuidat p intellectualē z moralē. Quarto vtrum virtus moralis possit esse sine intellectuali. Quinto vtrū ecōuerso intellectualis possit esse sine morali. Ad pmū. s. vtrū oīs virtus sit moralis. dicendū q ad huius euidentiā cōsiderare oportet qd̄ sit mos. sic enī scire poterimus: que sit moralis virtus. Mos aūt duo significat: qnq enī significat cōsuetudinē. sicut dicit̄ Actu. xv. Nisi circūcidamini sm̄ morē moysi nō poteritis salui fieri. Qnq vō significat inclinationē quādā naturalē: vel q̄si naturalē ad aliquid agendū. vñ etiā brutoz animaliū dicunt̄ aliqui mores. vñ dicit̄. ij. mach. xi q quasi leonū more irruentes in hostes pstrauerunt eos. z sic accipit̄ mos in Psal. vbi dicit̄. Qui habitare facit vnius moris in domo. z he quidē due significationes in nullo distinguunt̄ apud latinos q̄tū ad vocem. In greco aūt distinguunt̄. nam ethos quod apud nos morē significat. qnq habet primā longā. z scribit̄ p illā litterā grecā H. Qnq aūt habet primā correptā z scribit̄ per ε. Dicit̄ aūt virtus moralis a more sm̄ q mos significat quādā inclinationē naturalē: vel quasi naturalē ad aliquid agendū. z huic significationi moris ppinqua est alia significatio qua significat cōsuetudinē. Nam cōsuetudo quodāmodo vertit̄ in naturā. z facit inclinationē similē naturali. Manifestū est aūt q inclinatio ad actū proprie cōuenit appetitiue virtuti. cuius est mouere oēs potentias ad agendū: vt ex supradictis patet. z ideo non oīs virtus dicit̄ moralis. sed solum illa que est in vi appetitiua. Ad scd̄m. s. vtrum virtus moralis distinguat̄ ab intellectuali. dicendū q omniū humanoz operum principiū primū ratio est: z quecūq alia principia humanoz operum inueniant̄ quodāmodo rationi obediūt diuersimode tamen. Nam quedā obediunt rationi oīno ad nutū absq omni contradictione: sicut corporis mēbra si fuerint in sua natura consistentia. statim enim ad imperiū rationis manus aut pes mouet̄ ad opus. vñ phs dicit in primo politice. q aīa regit corpus dispotico principatu: id est sicut dn̄s seruū: qui cōtradicendi non habet.

Posuerūt igr̄ quidā q oīa principia actiua q̄ sunt in hoīe hmō se habēt ad rationē. qd̄ quidē si verū eēt sufficeret q rō eēt pfecta ad bene agēdū. vñ virtus cū sit habitus quo pficimur ad bene agēdū. sequeret̄ q in sola rōne esset. z sic nulla virtus esset nisi intellectualis. Et hec fuit opinio Socratis. q̄ dixit oēs virtutes eē prudētias: vt dicit̄ in. vj. ethi. vñ ponebat q hō sciētia in eo existēte peccare nō poterat. sed si quicūq peccabat pter ignorātiā peccabat. h aūt pcedit ex suppositiōe falsi. Pars enī appetitiua obedit rōni non oīno ad nutū. sed cū aliq cōtradictione. vñ phs dicit in primo politice: q ratio imperat appetitiuo principatu politico: quo. s. aliq̄s preest liberis q̄ habēt ius in aliquo cōtradicēdi. Vñ Aug. dicit q interdū precedit intellectus: sequit̄ tardus aut nullus affectus. intantū q qnq passionib⁹ vel habitib⁹ appetitiue partis h agitur vt vsus rōnis in particulari impediat̄. z sm̄ h aliq̄liter verū est qd̄ Socrates dixit: q sciētia pñte nō peccat̄. si tñ h extēdat̄ vsq ad vsum rōnis in particulari eligibili. Sic igr̄ ad h q hō bene agat requiritur q nō solū rō sit bene disposita p habitū virtutis intellectualis: sed etiā q vis appetitiua sit bene disposita p habitū virtutis moralis. sicut igr̄ appetitus distinguit̄ a rōne: ita virtus moralis distinguit̄ ab intellectuali. vnde sicut appetitiuū est principiū humani actus: sm̄ q participat aliq̄liter rationē: ita habitus moralis habet rationē virtutis humane inq̄ntū rōni cōformat̄. Cōmēdabilis est autē virt⁹ moralis plusq̄ intellectualis rōne exēpli. qz christus et oēs sci magis studuerūt inducere hoīes ad morales q̄ ad intellectuales: z magis exercitauerūt se in istis q̄ i illis. Ecci. xliiij. Laudemus gl'iosos z parētes nr̄os. Sequit̄. Hoīes magni virtute z c. Itē rōne effect⁹: qz virtus expellit peccatū. sciētia nō. Itē rōne originis: qz virtus a deo infundit̄. sciētia p studiū acquirit̄. Itē rōne finis: qz finis virtutis est gl'ia. nō sciētie. Itē rōne obiecti: qz obiectum virtutis est bonū. sciētie vō verū. Itē rōne securitatis: qz securius est eē bonū q̄ eē phm. Itē rōne mali vitādi: qz si primi parētes manū extēdissent ad lignū vite sic ad lignū sciētie: nō incurrissent tot mala in se z in posteris. Ad tertiū. s. vtrū virtus sufficiēter diuidat̄ p intellectualē z moralē. Dicendū: q virt⁹ humana est quidā habit⁹ pficiēs hominē ad bene operādū. Principiū aūt humanoz actuū in hoīe nō est nisi duplex. s. intellect⁹ siue rō z appetitus. hec enī sunt duo mouentia in hoīe: vt dicit̄ in tertio de aīa. vñ oīs virtus humana oportet q sit pfectiua alicu⁹ istoz principioz. Siquidē igr̄ sit pfectiua intellectus speculatiui vel practici ad bonū oīs actū erit virtus intellectualis. si autē sit pfectiua partis appetitiue. erit virt⁹ moral'. vñ relinquit̄ q oīs virt⁹ humana vel est intellectual' vel moral'. Ad q̄rtū. s. vtrū virtus moral' possit esse sine intellectuali. Dicēdū: q virt⁹ moral' pōt quidē esse sine quibusdā intellectualib⁹ virtutib⁹: sicut sine sciētia sapiētia z arte. nō aūt pōt eē sine intellectu z prudētia. Sine prudētia quidē esse nō pōt moral' virt⁹: qz moralis virt⁹ est habit⁹ electiuus. i. faciēs bonā electionē. Ad h aūt q electio sit bona: duo req̄runt̄. Primo vt sit debita intētio finis. z hoc fit p virtutē moralē q̄ vim appetitiuā inclinat ad bonū cōueniēs rōni: qd̄ est finis debit⁹. Secūdo q hō recte accipiat ea q̄ sunt ad finē. z h nō pōt eē nisi p rōnē recte cōsiliantē: iudicantē: z precipientē. qd̄ ptinet ad prudentiā z ad virtutes sibi annexas. vt supra dictū est. vñ virtus moralis sine prudētia eē nō potest. z p cōsequēs neq sine intellectu. p intellectū enī cognoscitur principia naturaliter nota tā in speculatiuis q̄ in opatiuis. vñ sic recta rō in speculatiuis inq̄ntū pcedit ex principiis naturalit̄ cognitis psupponit intellectū principioz. ita etiā prudētia q̄ est recta rō agibiliū. Ad quintū. s. vtrū intellectual' virt⁹ possit eē sine morali. Dicendū: q alie virtutes intellectuales sine virtute morali eē pñt. sed prudētia sine morali virtute eē nō pōt. Cui⁹ rō est: qz prudētia est recta rō agibiliū. nō aūt solū in vniuersali. sed in particulari: in quibus sunt actiones. recta aūt rō preexigit principia ex quib⁹ nō pcedit. oportet aūt rōnē circa particularia pcedere non solū ex principiis vniuersalib⁹: sed etiā ex principiis particularib⁹. Circa principia quidē vniuersalia agibiliū hō recte se habet per naturalē intellectū principioz: p quē hō cognoscit q nullū malū est agēdū. vl' etiā p aliquā sciētiā practicā. sed h nō sufficit ad recte ratiocinādū circa particularia. Cōtingit enī qnq q huiusmodi principiū vniuersale cognitū p intellectū vl' sciētiā corrūpit̄ in particulari p aliquā passionē sicut cōcupiscēti qñ cōcupiscētia vincit: videt̄ h eē bonū qd̄ cōcupiscit: licz sit cōtra vniuersale iudiciū rōnis. z ideo sicut hō disponit̄ ad recte se habēdū circa principia vniuersalia p intellectū naturalē vel p habitū sciētie: ita ad hoc q recte se habeat circa principia particularia agibiliū q̄ sunt fines: oportet q pficiat̄ p aliquos habitus sm̄ quos fiat quodāmodo hoī cōnaturale recte iudicare

de fine. et hoc fit per virtutē moralem. Uirtuosus enī recte iudicat de fine virtutis: quia qualis vnusquisq; est: talis finis videt ei. vt dicit in.iii.ethi. et ideo ad rectā rationē agibiliū que est prudentia requirit q homo habeat virtutē moralem.

¶ De distinctione virtutū. DIS. .V.

Circa quintū principale. s. de distinctione virtutū moraliū p cōparationē ad passiōes queruntur quinq;. Primo vtrū virtus moralis sit passio. Scdo vtrū virtus moralis possit esse cū passione. Tertio vtrū possit esse cū tristicia. Quarto vtrū virtus moralis possit esse circa passionē. Quinto vtrū aliq virtus moralis possit esse sine passiōe. Ad primū. s. vtrū moralis virtus sit passio. dicēdū q virtus moralis nō potest esse passio. et hoc patet triplici rōne. Primo quidē q passio est motus quidā appetitus sensitiui: vt supra dictū est. virtus aūt moralis nō est motus aliquis. sed magis principiū appetitus motus habitus quidā existens. Scdo qr passiones ex se ipsis nō habent rōnē boni vel mali. bonū enī vel malū hoīs est sm rōnē. vñ passiones sm se cōsiderate se habēt et ad bonū et ad malū. sm q possūt cōuenire rōni vel nō cōuenire. nihil aūt tale potest esse virtus cum virtus solū se habeat ad bonū. vt supra dictū est. Tertio qr dato q aliqua passio se habeat solū ad bonū vel solum ad malū sm aliquē modū: tñ motus passionis inquātū passio est: principiū habet in ipso appetitu et terminū in rōne: in cuius cōformitatem appetitus tendit. Motus aūt virtutis est ecōuerso principiū habens in rōne: et terminū in appetitu sm q a rōne mouet. vñ in diffinitione virtutis moralis dicit in.ii. Ethi. q est habitus electiuus in medietate cōsistens determinata rōne, put sapiens determinabit. Ad scdm. s. vtrū virtus moralis possit esse cū passione. dicendū q circa hoc fuit discordia inter stoycos et perypateticos. sicut Aug. dicit in.ix. de ciui. dei Stoyci enī posuerūt q passiones aīe nō possunt esse in sapiente siue virtuoso. Perypatetici vo quorū sectam Aristoteles instituit. vt Aug. dicit in.viii. de ciui. dei. posuerūt q passiones simul cū virtute morali esse possunt: sed ad mediū reducte. Hec aūt diuersitas sicut Aug. dicit ibidē. magis erat sm verba q3 sm rerū sniās: qr enī stoyci nō distinguebāt inter appetitū intellectiuū qui est volūtas: et inter appetitū sensitiuū q p irascibilē et cōcupiscibilē diuidit: nec distinguebāt in hoc passiones aīe ab alijs affectiōib^9 hūanis: q passiōes aīe sūt mot^9 appetitus sensitiui. Alie vo affectiones que nō sunt passiones sunt motus appetitus intellectiui. qui dicit voluntas sicut peripatetici. distinxerūt sed solū q̄tū ad hoc q passiones esse dicebāt quascūq; affectiōes rōni repugnātes: que si ex deliberatione oriant in sapiente seu virtuoso esse nō possunt. si aūt subito oriant hoc in virtuoso pōt accidere: eo q animi visa que appellāt fantasias nō sūt in ptāte nostra verū aliqñ incidāt aīo: et cū non veniūt ex terribilibus rebus necesse est vt sapientis animū moueāt: ita vt paulisper pauescat vel metu vel tristicia cōtrahat tanq; his passionibus peruenientibus rōnis officiū. nec tñ approbant ista eis que cōsentiūt. vt Aug. narrat in.ix. de ciui. dei. ab. A. gellio dictū. sic igit si passiones dicant inordinate affectiones nō possunt esse in virtuoso: ita q post deliberationē eis cōsentiat vt stoyci posuerunt. Si vo passiones dicant quicūq; motus appetitus sensitiui. sic possūt esse i virtuoso sm q sunt a ratione ordinate Unñ Aristo. dicit in.ii. ethi. q nō bene quidā determināt virtutes impassibilitates quasdā et quietes. qñ simpliciter dicit sed deberēt dicere q sunt quietes a passionibus que sunt vt nō oportet: et qñ nō oportet. Ad tertiū. s. vtrū virt^9 moralis possit esse cū tristicia. dicendū q sicut Aug. dicit. xiiii. de ci. dei. stoyci voluerūt p tribus pturbatiōib^9 in aīo sapiētis esse tres eupaticas. i. tres bonas passiōes p cupiditate. s. volūtatē: p leticia gaudiū. pro metu cautionē. Pro tristicia vo negauerūt posse aliqd in aīo sapiētis dupliti rōne. Primo qdē qr tristicia ē de malo qd iā accidit: nullū aūt malū estimāt posse accidere sapiēti. crediderūt enī q sic soluz hoīs bonū ē virt^9. bona aūt corporalia nulla bona hoīs sūt: ita soluz hoīs inhonestū est malū: qd in virtuoso esse nō pōt: sed h irrōnabilit dr. cū enī hō sit ex aīa et corpe cōpositus: id qd cōfert ad vitam corpis cōseruādū aliqd bonū hoīs est: nō tñ maximū: qr eo pōt hō male vti. vñ et malū huic bono cōtrariū in sapiēte esse pōt: et tristiciā moderatā inducere. Preterea et si virtuosus sine graui peccato esse possit. nullus tñ inuenit qui absq; leuibus peccatis vitam ducat. sm illud. i. Joh. i. Si dixerimus q peccatū nō habemus nosipsos seducimus. Tertio qr virtuosus et si peccatū graue nō habeat forte qñq; habuit: et de hoc laudabiliter dolet. sm illud. ii. ad Corin. vii. Que sm deū est tristicia. pniām in salutē stabilē opat. Quarto qr potest etiā dolere laudabiliter de peccato alterius. vñ eo mō quo virtus moralis cōpatit alias passiōes rōne moderatas: compatit etiā tristiciā. Secūdo mouebant ex h q tristicia est de pñti malo: timor aūt de malo futuro. sicut delectatio est de bono pñti. desiderū vo de bono futuro. Potest aūt h ad virtutē ptinere q aliquis bono habito fruat. vel nō solū habitū habere desideret: vel qr etiā malū futurū caueat: sed q malo presenti anim^9 hoīs subiiciat: qd sit p tristiciā oīno videt cōtrariū rōni: vñ cū virtute eē nō pōt. Sed h irrōnabilit dicit. Est enī aliqd malū qd potest eē virtuoso presens vt dictū est. qd quidē malū ratio detestat. vñ appetit^9 sensitiuus in h sequit detestationē rōnis q de huiusmodi malo tristat: moderate tñ sm rōnis iudiciū. Hoc autē ptinet ad virtutē: vt appetitus sensitiu^9 rōni cōformet: vt dictū est. Unñ ad virtutē pertinet q tristet moderate in quib^9 tristandū est. sicut et phs dicit in.ii. ethi. et h etiā vtile est ad fugiēdū mala. sicut enī bona pp ter delectationē promptius querunt. ita mala pp ter tristiciā fugiunt fortius. Sic igit dicēdū est q tristicia de his q cōueniūt virtuti nō potest simul eē cū virtute: qr virtus in proprijs delectat. sed de his que quocūq; mō repugnāt virtuti virtus moderate tristat. Ad quartū. s. vtrū oīs virtus moralis sit circa passiones. Dicēdū q virtus moral' pficit appetitiuā partē aīe ordinādo ipsam in bonū rōnis. Est aūt rōnis bonū id qd est sm rationē moderatū seu ordinatū. vñ circa omne id qd cōtingit rōne ordinari et moderari. cōtingit eē virtutē moralē. rō aūt ordinat nō solū passiones appetit^9 sensitiui sed etiā operationes appetitus intellectiui q est volūtas: q nō est subiectū passionis vt supra dictū est impari. Et ideo nō oīs virt^9 moralis est circa passiōes: sed quedā circa passiones: quedā circa operationes. Ad quintū. s. vtrū virtus moralis possit esse sine passione. Dicendū q si passiones dicam^9 affectiones inordinatas: sic stoyci posuerūt. sic manifestū est q virtus pfecta est sine passionibus. Si vo passiones dicam^9 oēs motus appetit^9 sensitiui: sic planū est q virtutes morales q sunt circa passiones sicut circa pprā materiā: sine passionib^9 esse nō pñt. Cui^9 rō est: qr sm h sequeret q virtus moralis faceret appetitū sensitiuū oīno ociosum. Nō autē ad virtutē ptinet q ea q subiecta sunt rōni a pprijs actib^9 vacēt: sz q exequant imperiū rōnis pprios actus agēdo. vñ sicut virt^9 mēbra corpis ordinat ad actus exteriores debitos: ita appetitum sensitiuū ad mot^9 pprios ordinatos. Uirtutes vo morales q nō sunt circa passiones sed circa opationes pñt esse sine passionib^9. et huiusmodi virt^9 est iusticia: qr p eas applicat volūtas ad pprīū actū q nō est passio. sed tñ ad actū iusticie sequit gaudiū ad min^9 in volūtate qd nō est passio. et sic h gaudiū multiplicet p iusticie perfectionē. fiet gaudij redundātia vsq; ad appetitū sensitiuū sm q vires inferiores sequunt motū supiorē: vt supra dictū est. et sic p redundantiā huiusmōi qnto magis fuerit pfectior tāto magis passionē causat.

¶ De distinctione virtutū. DIS. .VI.

Circa sextū. s. de distinctiōe virtutū moraliū ab inuicē q̄runt q̄nq;. Primo vtrū sit vna virtus moralis tm̄. Secūdo vtrū virtutes morales q sunt circa passiones: distinguant ab illis q sunt circa operationes. Tertio vtrū circa opationes sit tm̄ vna virt^9 moralis. Quarto vtrū circa diuersas passiōes sint diuerse vtutes morales. Quinto vtrum virtutes morales distinguant sm diuersa obiecta passionū. Ad primū. s. vtrū sit tm̄ vna virtus moralis. Dicēdū q sicut supra dictū est. virtutes morales sunt habitus quidam appetitiue partis. habitus aūt specie differunt sm speciales differētias obiectorū. vt supra dictū ē. spēs aūt obiecti appetibil' sicut et cuiuslibet rei attēdit sm formā specificā q est ab agente. Est aūt cōsiderādū q materia patiētis se habet ad agens dupliciter. Quādoq; enī recipit formā agētis sm eandē rationē put est in agēte: sicut est in oībus agētib^9 vniuocis. et sic necesse est q si agens est vniū specie: q materia recipiat formā vnius speciei. sicut ab igne nō generat vniuoce nisi aliqd existens in specie ignis. Aliqñ vo materia recipit formā ab agēte nō sm eādē rōnē put est in agēte: sicut patet in generātibus nō vniuocis: vt aīal generat a sole. tūc forme recepte in materia ab eodē agēte nō sunt vni^9 spēi. sed diuersificant sm diuersam proportionē materie ad recipiendū influxū agētis. sicut videm^9 q ab vna actione solis generant per putrefactionē aīalia diuersarū specierū sm diuersam pportionē materie. Manifestū est autē q in moralib^9 ratio est sicut imperās et mouēs. vis aūt appetitiua est sicut impata et mota. Nō aūt appetitus recipit impressionē rōnis qñ vniuoce: qr nō sit rōnale p eēntiā sed p participationē: vt dicit in pmo ethi. vñ appetibilia sm motionē rōnis cōstituunt in diuersis specieb^9: sm q diuersimode se habēt ad rationē. et ita sequitur q virtutes morales sint diuerse sm speciē: et nō vna tm̄. Ad se

ciēdū. s. vtrū virtutes morales distinguātur p hoc q̄ quedā sunt circa opationes: r quedā circa passiones. dicendū q̄ opatio r passio dupliciter pōt cōparari ad virtutē. Uno mō sicut effectus: r h̄ mō oīs virtus moralis habet aliqs opatiōes bonas quaꝝ est pductiua. r delectationē aliquā vel tristiciā que sunt passiones. vt supra dictū est. Alio mō pōt cōparari opatio ad virtutē moralē. sicut materia circa quā est: r sm̄ hoc oportet alias esse virtutes morales circa opatiōes: r alias circa passiōes. Cuius rō est: q2 bonū r malū in quibusdā opationib⁹ attendit̄ sm̄ seipsas qualitercūq3 hō afficiat̄ ad eas: inquātū. s. bonū in eis r malū accipit̄ sm̄ rōnē cōmēsurationis ad alterū. r in talibus oportet q̄ sit aliqua virtus directiua opationū sm̄ seipsas sicut sunt emptio: venditio. r oēs hmōi opatiōes in quibus attendit̄ rō debiti vel indebiti ad alterū. r ppter hoc iusticia r partes eius pprie sunt circa opationes: sicut circa ppriā materiā. In quibusdā vō opationib⁹ bonū r malū attendit̄ solū sm̄ cōmēsurationē ad opantē r iō oportet in his bonū r malū ɔsiderari sm̄ q̄ hō bn̄ vel male afficit̄ circa hmōi. r ppter hoc oportet q̄ virtutes in talib⁹ sint principaliter circa interiores affectiōes q̄ dicunt̄ aīe passiōes. sicut patet de tēperantia: fortitudine: r aliis hmōi. Contingit aūt q̄ in opationibus que sunt ad alterū pretermittat̄ bonū virtutis ppter inordinatā animi passionē. r tunc inquātum corrūpit̄ cōmensuratio exterioris opationis est corruptio iusticie. Inquātū aūt corrūpit̄ cōmensuratio interioꝝ passionū est corruptio alicuius alterius virtutis. sicut cū ppter iram aliquis aliū percutit in ipsa percussione indebita corrumpit̄ iusticia. In imoderantia vō ire corrūpit̄ māsuetudo. r idē patet in aliis. Ad tertiū. s. vtrū sit tm̄ vna virtus moralis circa opationes. dicendū q̄ oēs virtutes morales que sunt circa opatiōes ɔueniūt in quadā generali rōne iusticie que attendit̄ sm̄ debitū ad alterū. distinguunt̄ aūt sm̄ diuersas speciales rōnes. Cuius rō est. q2 in opatiōibus exteriorib⁹ ordo rōnis instituit̄. sicut dictū ē. nō sm̄ pportionē ad affectionē hōis: sed sm̄ ɔuenientiā rei in seipsa. sm̄ quā ɔueniētiā accipit̄ rō debiti ex quo ɔstituit̄ rō iusticie. Ad iusticiā enī ptinere videt̄: vt quis debitū reddat. vn̄ oēs hmōi virtutes que sunt circa opatiōes habēt aliquo mō rōnē iusticie: sed debitū nō est vnius rōnis in oīb⁹. Aliter enī debet̄ aliqd eq̄li: alit̄ superiori: alit̄ minori: r alit̄ ex pacto vel ex pmisso: vl̄ bn̄ficio suscepto. r sm̄ has diuersas rōnes debiti diuerse sumunt̄ vtutes. Puta religio est p quā reddit̄ debitū deo: pietas est p quā reddit̄ debitū parentibus vel patrie: gratia est per quā reddit̄ debitū bn̄factoribus. r sic de aliis. Ad quartū. s. vtrū circa passiones sint diuerse virtutes morales. dicendū q̄ nō potest dici q̄ circa oēs passiones sit vna sola virtus moralis. Sunt enim quedā passiones ad diuersas potentias ptinētes. alie nāq3 ptinēt ad irascibilē. alie ad ɔcupiscibilē. vt supra dictū est: nec tn̄ oportet q̄ oīs diuersitas passionū sufficiat ad vtutes morales diuersificādas. Primo qdē q2 quedā passiones sunt que sibi opponunt̄ sm̄ ɔtrarietatē: sicut gaudiū r tristicia: timor r audacia: r alia hmōi. et circa hmōi passiones sic oppositas oportet esse vnā r eandē virtutem. Cum enī virtus moralis in quadā medietate ɔsistat mediū in ɔtrariis passionibus sm̄ eandē rationē ɔstituit̄. sicut r in naturalibus idem est mediū inter ɔtraria: vt inter album r nigrū. Scđo q2 diuerse passiones inueniunt̄ sm̄ eundē modū rōni repugnantes. puta sm̄ impulsū ad id qđ est ɔtra rōnē vel sm̄ retractionē ab eo qđ est sm̄ rōnē. Et ideo diuerse passiones ɔcupiscibilis nō ptinēt ad diuersas virtutes morales: q2 eoꝝ motus sm̄ quendā ordinem seinuicē ɔsequunt̄. vtpote ad idem ordinati. s. ad ɔsequēdū bonū vel fugiendū malū. sicut ex amore pcedit ɔcupiscentia: r ex ɔcupiscentia puenit̄ ad delectationē. r eadē ratio est de oppositis. q2 ex odio sequit̄ fuga vel abominatio que pducit ad tristiciā. Sed passiones irascibilis nō sunt vnius ordinis: sed ad diuersa ordinant̄. Nā audacia r timor ordinant̄ ad aliqđ magnū piculū: spes r desperatio ad aliqđ bonū arduū. Ira aūt ad īpugnandū aliqđ ɔtrariū qđ nocumētū intulit. Et iō circa has passiōes diuerse vtutes ordināt̄ vtpote tpantia circa passiōes ɔcupiscibilis: fortitudo circa timores r audacias: magnanimitas circa spem r desperationē: māsuetudo circa iras. Ad quintū. s. vtrū virtutes morales distinguant̄ sm̄ obiecta passionū. dicendū q̄ pfectio virtutis ex rōne dependet. pfectio aūt passionis ex ipso appetitu sensitiuo. vn̄ oportet q̄ virtutes diuersificent̄ sm̄ ordinē ad rōnē. passiōes aūt sm̄ ordinē ad appetitū. Obiecta igit̄ passionū: sm̄ q̄ diuersimode ɔsiderant̄ ad appetitū sensitiuū causant diuersas passiōis spēs. Scđm vō q̄ cōparant̄ ad rōnes causant diuersas spēs virtutū. Nō aūt ē idē mot⁹ rōnis r appetit⁹ sensitiui. vn̄ nihil pħibet aliquā differētiā obiectoꝝ causare diuersitatē passionū q̄ nō causat diuersitatē virtutū. sicut qn̄ vna virtus est circa multas passiones: vt dictū est. Et aliquā etiam differentiā obiectoꝝ causare diuersitatē virtutū. q̄ nō causat diuersitatem passionū: cū circa vnā passionē: puta delectationē diuerse virtutes ordinent̄. r quia diuerse passiones ad diuersas potētias pertinētes semp pertinēt ad diuersas virtutes: vt dictū est. ideo diuersitas obiectoꝝ q̄ respicit diuersitatē potentiarū: semp diuersificat spēs virtutū. puta q̄ aliqđ sit bonū absolute r aliqđ bonū cū aliq arduitate. r q2 ordine quodā rō inferiores hōis partes regit: r etiā se ad exteriora extēdit: ideo etiā q̄ vnū obiectū passionis apprehēdit̄ sensu vel imaginatione: aut etiā rōne: r etiā sm̄ q̄ pertinet ad aīaꝫ: corp⁹ vel res exteriores diuersaꝫ habitudinē habet ad rationē. r p ɔsequēs natū est diuersificare virtutes. Bonū igit̄ hominis qđ est obiectū amoris concupiscētie r delectationis potest accipi vel ad sensum corporis ptinēs: vel ad interiorē aīe apprehēsionē. r h̄ siue ordinet̄ ad bonū hōis in seipso vel qn̄tū ad corpus vel q̄ntū ad animā. siue ordinet̄ ad bonū hōis in ordine ad alios. et oīs talis diuersitas propter diuersum ordinē ad rōnē diuersificat virtutē. Sic igit̄ si considerēt̄ aliqđ bonū: siquidē sit p sensum tactus apprehensum: r ad ɔsistētiā humane vite ptinēs in indiuiduo vel in specie: sicut sunt delectabilia ciboꝝ r venereoꝝ: erit pertinēs ad virtutē tēperātie. Delectatiōes aūt alioꝝ sensuū cū nō sint vehemētes nō pstant aliquā difficultatē rōni. r ideo circa eas nō ponit̄ aliq virt⁹ q̄ est circa difficile sicut r ars: vt dicit̄ in. ij. eth. Bonū aūt nō sensu sed interiori virtute apprehensum ad ipm hominē ptinēs sm̄ seipsum est. sicut pecunia r honor. quoꝝ pecunia ordinabilis est de se ad bonū corporis: honor aūt cōsistit in apprehensione aīe. Et hec quidē bona ɔsiderari pnt vel absolute sm̄ q̄ ptinēt ad ɔcupiscibilē: vel cū arduitate q̄dā sm̄ q̄ ptinēt ad irascibilē. Que quidē distinctio locū nō habet in bonis q̄ delectāt tactū q2 huiusmodi sunt q̄dā infima: r cōpetūt hōi sm̄ q̄ ɔuenit cū brutis. Circa bonū igit̄ pecunie absolute sumptū sm̄ q̄ est obiectum cōcupiscētie vel delectationis aut amoris est liberalitas. Circa bonū autē huiusmodi cū arduitate sumptū sm̄ q̄ est obiectū spei est magnificētia. Circa bonū vō quod est honor: si quidē sit absolute sumptū sm̄ qđ est obiectū amoris: sic est q̄dā virt⁹ q̄ vocat̄ philotimia. i. amor honoris. Si vō cū arduitate considerēt̄ sm̄ qđ est obiectū spei: sic est magnanimitas. vn̄ liberalitas r philotimia videntur eē in ɔcupiscibili. Magnificētia vō r magnanimitas in irascibili. Bonū vō hōis i ordine ad aliū nō videt̄ arduitatē habē: sꝫ accipit̄ vt absolute sumptū. put est obiectū passionū ɔcupiscibil̄. Qđ q̄dē bonū potest eē alicui delectabile sm̄ q̄ prebet se alteri. vel in his q̄ serio fiunt. i. in actionib⁹ p rōnē ordinatis ad debitū finē. vel in his q̄ fiunt ludo. i. in actionib⁹ ordinatis ad delectationē tm̄: q̄ nō eodē mō se habēt ad rōnē sicut pma. In seriis autē exhibet se aliqs dupliciter. Uno mō vt delectabilē decētib⁹ verbis r factis. r h̄ pertinet ad quandā virtutē: quā Aristo. noīat amiciciā: et pōt dici affabilitas. Alio mō prebet se aliqs alteri vt manifestū p dicta r facta. r h̄ ptinet ad aliā virtutē: quā noīat veritatē. manifestatio enī propinquius accedit ad rōnē q̄ꝫ delectatio: r seria q̄ꝫ iocosa. Un̄ r circa delectatiōes ludoꝝ est alia virtus: quā ph̄s eutrapeliam noīat.

Sic igit̄ p3 q̄ sm̄ Aristo. sunt duodecim virtutes morales circa passiones. s. fortitudo. tēperantia. liberalitas: magnificētia. philotimia: mansuetudo: amicicia: magnanimitas: veritas: eutrapelia. r iusticia. Et distinguūt̄ sm̄ diuersas materias: vl̄ sm̄ diuersas passiones: vel sm̄ diuersa obiecta. Si igitur addat̄ iusticia que est circa operationes: erunt omnes duodecim.

¶ De distinctione virtutū cardinaliū. DIS. .VII.

Circa septimū pncipale. s. de distinctiōe virtutū cardinaliū q̄runt̄ q̄nq3. Primo vtrū virtutes morales debeant dici cardinales vel pncipales. Secūdo de numero earū. Tertio q̄ sint. Quarto vtrū differant ab inuicē. Quinto vtrū ɔuenīēter diuidant̄ in virtutes politicas purgatorias r purgati animi r exemplares. Ad pmū. s. vtrū virtutes morales debeant dici cardinales. Dicēdū q̄ cū simpliciter de virtute loq̄mur: intelligim⁹ loq̄ de virtute humana. virtus autē humana vt dictū est sm̄ pfectā rōnē virtutis dicit̄: q̄ reqrit rectitudinē appetitus. huiusmodi enī virtus nō solū facit facultatē bene agēdi. sed etiā vsum boni opis causat. sed sm̄ impfectā rōnē vtutis dicit̄ virt⁹: q̄ nō reqrit rectitudinē appetit⁹: q2 solū facit facultatē bene agēdi. nō aūt causat boni opis vsum. cōstat autē q̄ pfectū est principali⁹ impfecto. r ideo virtutes q̄ ɔtinēt rectitudinē appetit⁹ dicunt̄ pncipales. Huiusmodi aūt sunt virtutes morales r intellectuales. sola prudētia q̄ est quodāmodo moralis est sm̄ naturam vt ex infradicēt p3. vn̄ ɔuenīēter inter virtutes morales ponunt̄ ille

que dicant̄ principales seu cardinales. Ad secundū.s. de numero earum. dicendū ꝙ numerus aliquoꝛ accipi potest: aut fm̄ principia formalia: aut fm̄ subiecta: ⁊ vtroq̄ mō inueniunt̄ q̄tuoꝛ cardinales virtutes. Principiū enī formale virtutis de q̄ nūc loquimur est rōnis bonū. Qđ q̄dē dupliciter pōt ɔsiderari. vno mō fm̄ ꝙ in ipsa rōne ɔsideratio ɔsistit: ⁊ sic erit vna virtus principalis que dr̄ prudentia. Alio mō fm̄ ꝙ circa aliq̄d ponit̄ rōnis ordo et hoc vel circa operationes. ⁊ sic est iusticia. vel circa passiōes: ⁊ sic necesse est ē duas virtutes. Ordinē enī rōnis necesse ē ponere circa passiōes ɔsiderata repugnātia ipsarū ad rōnē: q̄ q̄dē pōt esse duplex. Uno mō fm̄ ꝙ passio impellit ad aliq̄d ɔtrariū rōni: et sic necesse est ꝙ passio reprimat̄: ⁊ ab hoc denoiat̄ temperantia. Alio mō fm̄ ꝙ passio retrahit ab eo qđ rō dictat. sicut timoꝛ periculoꝝ vel laboꝝ. ⁊ sic necesse est ꝙ firmet̄ hō in eo qđ est rōnis ne recedat. ⁊ ab hoc denoiat̄ fortitudo. Silr̄ fm̄ subiecta idem numerus inuenit̄. Quadrupliciter enī inuenit̄ subiectū huius virtut' de qua loquimur. s. rōnale p essentiā qđ prudentia pficit: ⁊ rōnale p participationē qđ diuidit̄ in tria. s. in volūtatē que est subiectū iusticie: ⁊ in cōcupiscibilē que est subiectū tpantie: ⁊ in irascibilē que est subiectū fortitudinis. Ad tertiū. s. que dicā debēt cardinales. dicendū ꝙ sicut supra dictū est. huiusmodi q̄tuoꝛ virtutes cardinales accipiunt̄ fm̄ quattuoꝛ formales rōnes virtutis de qua loquimur. que quidē in aliquibus actibus vel passionibus principalit̄ inueniunt̄. sicut bonū ɔsistens in ɔsideratione rōnis principaliter inuenit̄ in ipso imperio rōnis: nō aūt in ɔsilio: neq̄ in iudicio. vt dictū est. Silr̄ etiā bonū rōnis put ponit̄ in opationibus fm̄ rōnē recti ⁊ debiti principaliter inuenit̄ in cōmutationibus vel distributionibus que sūt ad alterū cū equalitate. bonū aūt refrenādi passiones principaliter inuenit̄ in passionibus: q̄s maxime difficile est reprimere. s. in delectationibus tactus. bonū aūt firmitatis ad standū in bono rōnis ɔtra impetū passionū. precipue inuenit̄ in periculis mortis: cōtra q̄ difficillimū est stare. Sic igit̄ p̄dictas quattuoꝛ virtutes dupliciter ɔsiderare possumus. Uno mō fm̄ cōes rōnes formales. ⁊ fm̄ hoc dicunt̄ principales quasi generales ad oēs virtutes. vt puta ꝙ oīs virtus que facit bonū in ɔsideratione rōnis dicat̄ prudentia: ⁊ ꝙ oīs virtus que facit bonū debiti ⁊ recti in opationibus dicat̄ iusticia: ⁊ oīs virtus que cohibet passiones ⁊ deprimit. dicat̄ tēperantia: ⁊ oīs virtus que facit firmitatē animi ɔtra quascūq̄ passiones animi dicat̄ fortitudo. ⁊ sic multi loquunt̄ de istis virtutibus tam sacri doctores q̄ etiā ph̄i. ⁊ sic alie virtutes sub ipsis cōtinent̄. vñ cessant oēs obiectiones. Alio vo mō possunt accipi fm̄ ꝙ ipse virtutes denoīant̄ ab eo qđ est principiū in vnaquaq̄ materia. et sic sunt speciales virtutes ɔtra alias diuise. dicunt̄ tñ principales respectu aliarū ppter principalitatē materie. puta ꝙ prudētia dicat̄ que est preceptiua. iusticia que est circa actiones debitas inter equales. temperantia que reprimit ɔcupiscentias delectationū tactus. fortitudo que firmat ɔtra pericula mortis. ⁊ sic etiā cessant alie obiectiones: q2 alie virtutes possunt habere aliquas alias principalitates: sed iste dicunt̄ principales rōne materie. vt dictū est. Ad q̄rtū. s. vtrū virtutes p̄dicte differant abinuicē. dicendū ꝙ sicut supra dictū est. p̄dicte quattuoꝛ virtutes dupliciter a diuersis accipiunt̄: Quidā enī accipiūt eas put signāt quasdā generales ɔditiōes humani animi que inueniunt̄ in oībus virtutibus: ita. s. ꝙ prudentia nihil aliud sit q̄ q̄dā rectitudo discretiōis in q̄buscūq̄ actibus vel materiis. Iusticia vo sit q̄dā rectitudo animi p quā opat̄ qđ dz in vnaq̄q̄ mā. tpantia vo sit q̄dā dispositio animi q̄ modū q̄buscūq̄ passiōibus vel opatiōib⁹ īponit ne vltra debitū efferāt̄. fortitudo vo sit q̄dā dispositio animi p quā firmet̄ ī eo qđ ē fm̄ rōnē ɔ quoscūq̄ ipet⁹ passionū vel opeꝝ laboꝛes. Hec aūt q̄tuoꝛ sic distincta nō iportāt diuersitatē habituū virtuosoꝝ q̄ntū ad iusticiā tpantiā ⁊ fortitudinē. cuilibet enī virtuti morali ex h̄ ꝙ ē habit⁹ ɔuenit q̄dā firmitas: vt a ɔ̄rio nō moueat̄: qđ dictū est ad fortitudinē ptinere. ex h̄ vo qđ est virt⁹ h̄z ꝙ ordinet̄ ad bonū ī quo iportat̄ rō recti vel debiti: qđ dicebat̄ ad iusticiā ptinere. In h̄ vo ꝙ est virt⁹ moralis rōnē participās h̄z ꝙ modū rōnis in oībus seruet: ⁊ vltra nō se extēdat qđ dicebat̄ ptinere ad tēpantiā. solū aūt h̄ ꝙ est discretionē habere qđ attribuebat̄ prudentie. videt̄ distingui ab aliis tribus inq̄ntū hoc est ipsius rōnis p essentiā. Alia vo tria important quādā rōnis participationē p modū applicatiōis cuiusdā ad passiones vel opationes. Sic igit̄ fm̄ p̄dicta. prudētia q̄dē est virtus distincta ab aliis tribus. sed alie tres nō essent virtutes distincte ab inuicē. Manifestū est aūt ꝙ vna ⁊ eadē virt⁹ ⁊ est habit⁹: ⁊ ē virtus: ⁊ est moralis. Alii vo ⁊ meli⁹ accipiūt has q̄tuoꝛ virtutes: fm̄ ꝙ terminant̄ ad materias speciales. vnaq̄q̄ quidē illarū ad vnā materiā in q̄ principaliter laudat̄ illa generalis cōditio a q̄ nomen virtutis accipit̄: vt supra dictū est. sed fm̄ h̄ manifestū est ꝙ dicte virtutes sunt diuersi habitus fm̄ diuersitatē obiectoꝝ distincti. Ad quintū. s. vtrū ɔuenienter diuidant̄ in politicas: purgatorias ⁊c. Dicēdū: ꝙ sicut Aug. dicit ī li. de moꝛi. eccle. opoꝛtet ꝙ aīa aliq̄d sequat̄ ad h̄ ꝙ ei virt⁹ possit innasci. ⁊ h̄ est deus: quē si sequimur bene viuim⁹. Opoꝛtet igit̄ ꝙ exēplar humane virtutis in deo preexistat: sicut ⁊ in eo preexistūt omniū rerū rōnes. sic igit̄ virtus potest considerari vel put est exēplariter in deo. ⁊ sic dicunt̄ virtutes exēplares. ita. s. ꝙ ipsa diuina mens in deo dicat̄ prudētia. Tēperātia vo ɔuersio intētionis diuine ad seipm̄. sicut in nobis tēperātia dicit̄ p h̄ ꝙ cōcupiscibil' cōfoꝛmat̄ rōni. foꝛtitudo aūt dei est ei⁹ imutabilitas. iusticia vo dei est obseruatio legis eterne in suis operib⁹: sicut Plotin⁹ dicit. Et q2 hō fm̄ suā naturā est aīal politicū: virtutes huiusmodi put in hoie existūt fm̄ cōditionē sue nature: politice vocant̄: put. s. hō fm̄ has virtutes recte se habet in rebus humanis gerēdis. fm̄ quē modū hacten⁹ de his virtutib⁹ locuti sum⁹. Sed quia ad hominē ptinet vt etiā ad diuina se trahat q̄ntū potest: vt etiā ph̄s dicit in. x. ethi. ⁊ h̄ nobis in sacra scriptura multiplicit̄ cōmēdat̄. vt est illud Math. v. Estote pfecti sic pr̄ vester celestis pfect⁹ ē. necesse est ponere q̄sdā virtutes medias inter politicas q̄ sunt virtutes humane: ⁊ exēplares q̄ sunt virtutes diuine. q̄ quidē virtutes distinguunt̄ fm̄ diuersitatē motus ⁊ termini: ita. s. ꝙ q̄dā sunt virtutes trāscēdētiū. ⁊ in diuinā silitudinē tendētiū. ⁊ he vocant̄ virtutes purgatoꝛie. ita. s. ꝙ prudētia oīa mūdana diuinoꝛ ɔtēplatione despiciat: omnēq̄ animi cogitationē in sola diuina dirigat. tēperantia vo relinq̄t inq̄ntū natura patit̄ q̄ corporis vsus req̄rit. fortitudinis aūt est vt aīa nō terreat̄ propter recessum a corpore ⁊ ascensum vel accessum ad supna. Iusticia vo est vt tota aīa cōsentiat ad huius propositi viam. Quedā vo sunt virtutes iam assequentiū diuinā similitudinē: que vocant̄ virtutes purgati animi. Ita. s. ꝙ prudētia sola diuina intueat̄: tēperātia terrenas cupiditates nesciat: fortitudo passiones ignoꝛet: iusticia cū diuina mēte perpetuo federe societ̄: eā. s. imitādo. q̄s quidē virtutes dicimus esse beatoꝝ vel aliquoꝝ in hac vita pfectissimoꝝ.

De virtutibus theologicis. DIS. VIII.

Circa octauū. s. de virtutib⁹ theologicis queruntur q̄ttuoꝛ. Primū vtrū sint aliq̄ virtutes theologice. Secundo vtrum virtutes theologice distinguant̄ ab intellectualib⁹ ⁊ moꝛalibus. Tertio quot ⁊ q̄ sint. Quarto de origine earū. Ad primū. s. vtrū sint aliq̄ virtutes theologice. Dicēdū ꝙ p virtutē pficit̄ hō ad actus quib⁹ in beatitudinē ordinat̄: vt ex supradicti' p3. Est aūt duplex hoīs beatitudo siue felicitas: vt dictū ē. Una q̄dē pportionata nature humane: ad quā. s. hō puenire pōt p principia sue nature. Alia est beatitudo naturā hoīs excedēs: ad quā hō sola diuina virtute pōt puenire fm̄ quādā diuinitat' participationē. fm̄ ꝙ dr̄. ii. Pe. i. q̄ p christū facti sum⁹ cōsoꝛtes diuine nature. ⁊ q2 hmōi beatitudo pportionē humane nature excedit principia naturalia hoīs: ex quib⁹ pcedit ad bene agēdū fm̄ suam pportionē. non sufficiunt ad ordinandū hominē in beatitudinē predictā. vñ opoꝛtet ꝙ superaddant̄ hoī diuinitus aliq̄ principia: p q̄ ita ordinet̄ ad beatitudinē supnaturalē. sicut p principia cōnaturalia ordinat̄ ad finē ɔnaturalē: nō tñ absq̄ adiutorio diuino. ⁊ hec principia dicunt̄ virtutes theologice: tū q2 hn̄t deū pro obiecto inq̄ntū p eas recte ordinamur in deū. tū etiā q2 a solo deo nobis infunduntur. tū tertio q2 sola diuina reuelatione in sacra scriptura huiusmodi virtutes tradunt̄. Ad secundū. s. vtrū virtutes theologice distinguant̄ a virtutib⁹ intellectualib⁹ ⁊ moꝛalib⁹. Dicendū: ꝙ sicut supra dictū est. habit⁹ specie distinguunt̄ fm̄ formalē differentiā obiectoꝝ. Obiectū aūt virtutū theologicaꝝ est ipse deus q̄ ē vltim⁹ rerū finis put nr̄e rōnis cognitionē excedit. obiectū aūt virtutū intellectualiū ⁊ moꝛaliū ē aliq̄d qđ humana rōne cōprehēdi pōt. vñ virtutes theologice specie distinguunt̄ a moꝛalib⁹ ⁊ intellectualibus. Ad tertiū. s. quot ⁊ q̄ sint virtutes theologice. Dicendū: ꝙ sicut supra dictū est: virtutes theologice h̄ mō ordināt hoiēz ad beatitudinē supnaturalē: sic p naturalē inclinationē ordinat̄ hō in finē sibi cōnaturalē. Hoc aūt cōtingit fm̄ duo. Primo quidē fm̄ rōnē vel intellectū: inq̄ntū ɔtinet prima principia vniuersalia cognita nobis p naturale lumē intellect⁹: ex quib⁹ pcedit rō tā in speculādis q̄ in agēdis. Secūdo p rectitudinē volūtatis naturaliter tendētis ad bonū rōnis. Sed hec duo deficiūt ab ordine beatitudinis supnaturalis: fm̄ illud. i. ad Coꝛinth. ii. Oculus nō vidit: ⁊ auris non audiuit: ⁊ in coꝛ hoīs nō ascēdit: q̄ preparauit deus diligēntib⁹ se. vñ opoꝛtuit ꝙ q̄ntū ad vtrūq̄ aliq̄d homini supnaturalit̄ adderet̄ ad

Circa quintū principale. s. de actu charitatis cōsiderāda sunt tria. Primo de actu pncipali charitatis qui ē dilectio. Scḋo de actibus interiorib⁹ cōsequētibus actū pncipalē. Tertio de actib⁹ exterioribus cōsequētib⁹ actū pncipalē. Circa primū cōsiderāda sūt octo. Primo qḋ sit magis ppriū charitatis vtrū. s. amari vel amare. Secūdo vtrū amare put est act⁹ charitatis sit idē qꝫ beniuolētia. Tertio vtrū de⁹ sit p seipsūʒ amādus. Quarto vtrū possit in hac vita imediate amari. Quinto vtrū possit amari totaliter. Sexto vtrū ei⁹ dilectio habeat modū. Septimo qḋ sit melius vtrū diligere amicū vel inimicū. Octauo vtrū magis sit meritoriū diligere proximū q̃ diligere deū. Ad primū. s. vtrū magis sit ppriū charitatis amare q̃ amari. dicendū qꝫ charitas cū sit vtus fm suā essentiā hʒ inclinationē ad ppriū actū. amari aūt nō est actus charitatis ipsius q̄ amatur. sed act⁹ charitatis eius ē amare. Amari aūt cōpetit eis fm cōem rationē boni put. s. ad eius bonū alius p actuʒ charitatis mouet̃. vnde manifestū est qꝫ charitati magis cōuenit amare q̃ amari. magis enī cōuenit vnicuiqꝫ quod cōuenit ei p se ꝛ substātialiter q̃ qḋ cōuenit ei p aliud. Et huius duplex ē signū. Primū quidē: qꝛ amici magis laudant̃ ex hoc qꝫ amant̃. quinimo si non amāt ꝛ amant̃. vituperant̃. Scḋo qꝛ matres que maxime amāt plus querūt amare q̃ amari. qdā. n. vt phs dic̃ in eodē libro tradūt filios suos nutrici ꝛ amāt qdē. reamari aūt nō q̄rūt si nō cōtigat. Ad scḋʒ. s. vtrū amare scḋʒ qḋ est act⁹ charitatis sit idē qḋ beniuolētia dicēdū qꝫ beniuolētia proprie dicit̃ act⁹ volūtatis quo alteri bonū volumus. hic aūt volūtatis actus differt ab actuali amore tam scḋm qꝫ est in appetitu sensitiuo. q̃ etiā scḋm qꝫ est in appetitu intellectiuo qui est volūtas. amor. n. qui ē in appetitu sensitiuo passio quedā est. Oīs aūt passio cū quodā īpetu inclinat in suū obiectū. Passio aūt amoris hʒ hʒ qꝫ nō subito exorit̃. sed p aliqꝫ assiduā īspectionē rei amate. Et iō phs in. ix. ethi. ondēs differētiā īter beniuolētiā ꝛ amorē q̄ ē passio dicit: qꝫ beniuolētia nō hʒ distēsiōeʒ ꝛ appetitū. i. aliquē īpetū inclinatiōis: sʒ ex solo iudicio rōnis hō vult bonū alicui. Similiter etiā talis amor ē ex qdā cōsuetudine. beniuolētia aūt interdū orit̃ ex repētino sicut accidit nobis de pugilib⁹ q̄ pugnāt. quorū alterū vellem⁹ vincere. Sʒ amor q̄ ē in appetitu itellectiuo etiā differt a beniuolētia. Importat. n. quādā vniōnē fm affectū amātis ad amatū. inquātū. s. amans estimat amatū quodāmō vt vnū sibi vel ad se ptinēs: ꝛ sic mouet̃ ī ipsuʒ. Sʒ beniuolētia ē simplex act⁹ volūtatis quo volum⁹ alicui bonū. etiā nō p̄supposita p̄dicta vniōne affect⁹ ad ipsuʒ. Sic igit̃ in dilectiōe scḋm qꝫ ē act⁹ charitatis includit̃ qdē beniuolētia: sʒ dilectio siue amor addit vniōnē affect⁹. ꝛ ppter hʒ phs dicit ibidē qꝫ beniuolētia ē pncipiū amicicie. Ad tertiū. s. vtrū de⁹ sit ppter seipsuʒ amādus. dicēdū qꝫ li ppter īportat habitudinē alicui⁹ cause. Est aūt qdruplex genus cause. s. finalis formalis. efficiens. ꝛ mālis. ad qḋ reducit̃ etiā mālis dispositio q̄ nō est cā simplr̃: sʒ scḋm qd. Et scḋm hec q̄ttuor genera causaꝝ dicit̃ aliqḋ ppter alterū diligi. Scḋʒ qdē gen⁹ cause final̃ sic diligim⁹ medicinā ppt̃ sanitatē. Scḋm aūt gen⁹ cause formal̃. sic diligim⁹ hominē ppt̃ vtutē: qꝛ vtute formaliter ē bon⁹. ꝛ p cōsequēs diligibil̃. Scḋm aūt cām efficiētē sicut diligim⁹ aliquos īquātū sunt filij talis patris. Scḋm aūt dispositionē q̄ reducit̃ ad gen⁹ cause mālis. dicimur diligere aliqḋ ppter id qḋ nos disposuit ad ei⁹ dilectionē puta ppter aliq̄ bñficia suscepta. q̄uis postq̄ȝ iā amare īcipim⁹ nō iā ppter illa bñficia amem⁹ amicū: sʒ ppter ei⁹ vtutē. Primis igit̃ trib⁹ modis deū nō diligim⁹ ppter aliḋ sed ppter seipsuʒ. Nō. n. ordinat̃ ad aliḋ sic ad finē. sed ipse ē finis vltim⁹ oīum. neqꝫ etiā informat̃ aliquo alio ad hʒ qꝫ sit bon⁹: sʒ etiā substātia ei⁹ ē ei⁹ bonitas fm quā exēplarit̃ oīa bona sūt. neqꝫ iterū ei ab altero bonitas inest: sed ab ipso oīb⁹ alijs. Sʒ q̄rto mō pōt diligi ppter aliḋ qꝛ. s. ex aliqb⁹ alijs disponimur ad hʒ qꝫ in dei dilectionē pficiam⁹. puta per bñficia ab eo suscepta vel etiā p p̄mia sperata. vl̃ p penas q̄s p ipsuʒ vitare itēdim⁹. Ad q̄rtū. s. vtrū de⁹ in hac vita possit imediate amari. dicēdū qꝫ sic supra dictū ē act⁹ cognitiue vtutis pficit̃ p hʒ qꝫ cognitū ē in cognoscēte. act⁹ aūt vtutis appetitiue pficit̃ p hʒ qꝫ appetit⁹ iclinat̃ in rē ipsaʒ. ꝛ iō oꝫ qꝫ mot⁹ appetitiue vtutis sit ī res fm cōditionē ipsaꝝ reꝝ. act⁹ aūt cognitiue vtutis ē fm motū cognoscētis. Est aūt ipse ordo reꝝ talis scḋm se qꝫ de⁹ ē ppt̃ seipsuʒ cognoscibilis. vtpote essentialiter existēs ipsa vitas ꝛ bonitas p quā alia cognoscunt̃ ꝛ amant̃. sʒ quo ad nos: qꝛ nostra cognitio a sen-

octū habet. primo eni sunt cognoscibilia q̃ sunt sensui ꝓpinquiora & vlterius terminꝰ cognitiōis est in eo qḋ ē maxie a sensu remotū. Scḋm hoc ḡ dicendū est ꝙ dilectio q̃ est actus appetitiue virtutis etiā in statu vie tendit in deū primo: & ex ipso deriuat ad alia: & sm hoc charitas īmediate deū diligit: alia vero mediāte deo. In cognitione vero est econuerso: q2. s. p alia deū cognoscimꝰ sicut cām p effectus vel p modū eminētie aut negociatiōis. vt pz p Dionysiū in. i. li. de diui. no. Ad q̄ntū. s. vtrū deus in hac vita possit amari totaliter. dicendū ꝙ cū dilectio intelligat q̄si mediū inter amantē & amatū. cū querit an deus possit totaliter diligi. tripliciter pōt intelligi. Uno mō vt modꝰ totalitatis referat ad rē dilectā: & sic deus est totaliter diligēdus: q2 q̄cq̄d ad deū ptinet hō diligere debet. Alio mō pōt intelligi ita ꝙ totalitas referat ad diligentē: & sic deus etiā totaliter diligi debet: q2 ex toto posse suo debet hō deū diligere: & quicq̄d hz ad dei amorē ordinare. sm illud Deutro. vi. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo. Tertio mō pōt ītelligi sm cōparationē diligētis ad rem dilectā: vt. s. modꝰ diligentis adequet mō rei diligende. & hoc nō pōt esse. Cū eni vnūquodq3 intantū diligibile sit quātū est bonū: deus cuiꝰ bonitas est infinita est infinite diligibilis. nulla aūt creatura pōt deū infinite diligere: q2 oīs virtus creature siue naturalis siue infusa est finita. Ad sextū. s. vtrū diuine dilectiōis sit aliq̄s modus. dicendū ꝙ sicut dicit Bern. in lib. de diligēdo deo. causa diligēdi deū deus est: modus sine mō diligere. Modus eni importat quādā mēsurā. sicut dicit Aug. iiii. sup gen. ad litterā. Modus est quē vnicuiq3 ꝓpria mēsura pficit. huiꝰ aūt mēsure determinatio inuenit & in mēsura & in mensurato. aliter tn̄ & aliter. In mēsura eni inuenit essentialiter: q2 mēsura sm seipsā est determinatiua & modificatiua alioꝝ. In mēsuratis aūt inuenit mensura sm aliud. i. inquātū attingūt mēsuram. Et iō in mēsura nihil pōt accipi immodificatū: sed res mēsurata est īmodificata. nisi mēsurā attingat siue deficiat siue excedat. In oībus aūt appetibilibꝰ & agibilibus mēsura est finis: q2 eoꝝ que appetimus & agimus oportet ꝓpriā mēsurā ex fine accipe. vt patet p phm in. ii. phisi. Et iō finis sm seipsū hz modū. ea vero q̄ sūt ad finē hñt modū ex eo ꝙ sunt fini proportionata. Et iō sicut phs dicit in. i. politi. Appetitus finis in oībꝰ artibus est absq3 fine & termino. eoꝝ aūt q̄ sūt ad finē est aliq̄s terminus. nō eni medicus īponit aliquē terminū sanitati: sed facit eā pfectā quātūcūq3 pōt: s3 medicine īponit terminū. nō eni dat tātū medicina quātū pōt. sed sm ꝓportionē ad sanitatē. quā q̄dē ꝓportionē si medicina excederet vel ab ea deficeret: eēt īmoderata. finis aūt oīu3 actionū hūana3 & affectionū est dilectio: p quā maxie attingimꝰ vltimū finē. vt supra dictū est. Et iō in dilectōe dei nō pōt accipi modꝰ sicut in re mēsurata. vt sit in ea accipe plus & minꝰ. sed sicut inuenit modus in mēsura in q̄ nō pōt eē excessus. sed quāto plus attingit regula tāto melius est: ita quāto plus deus diligit: tāto est dilectio melior. Ad septimū. s. q̄d sit meliꝰ diligere amicū vel inimicū. dicendū ꝙ rō diligēdi ꝓximū ex charitate deus est: vt supra dictū est. Cū ḡ q̄rit q̄d sit melius vel magis meritoriū: vtrū diligere amicū q̄3 inimicū. dupliciter iste dilectiōes cōpari pñt. Uno mō ex pte ꝓximi q̄ diligit. Alio mō ex pte rōnis ꝓpter quā diligit. Primo q̄dē mō dilectio amici pemīnet dilectioni inimici: q2 amicus est melior & magis cōiūctus. vn̄ est mā magis cōueniēs dilectiōi. & ꝓpter h̄ actus dilectiōis sup hāc mā3 trāsiēs melior ē. vn̄ & eius oppositū est deterius. peius eni est odire amicū q̄3 odire inimicū. Scḋo aūt mō dilectio inimici pemīnet dilectiōi amici ꝓpter duo. Primo q̄dē: q2 dilectiōis amici pōt esse alia rō quā deus: sed dilectiōis inimici solus deus est rō. Scḋo q2 supposito ꝙ vtercq3 ꝓpter deū diligat: fortior ostēdit eē dilectio dei q̄ animū hoīs ad remotiora extendit. s. vsq3 ad dilectionē inimicoꝝ. sic virtus ignis tāto ostēdit fortior esse quā ad remotiora diffundit suū calorē. tāto etiā ostēdit diuina virtus esse fortior: quāto ꝓpter ipsā difficiliora iplemus. sicut etiā & virtus ignis tāto est fortior quāto cōburere pōt mā3 minus cōbustibilē. sed sicut idē ignis ī ꝓpinq̄ora fortius agit q̄3 remotiora. ita etiā charitas feruētiꝰ diligit cōiūctos q̄3 remotos: & q̄ntū ad h̄ dilectio amicoꝝ sm se cōsiderata feruētior & melior ē q̄3 dilectio inimicoꝝ. Ad octauū. s. vtrū diligere ꝓximū sit magis meritoriū q̄3 diligē deū. dicēdū ꝙ cōpatio ista pōt intelligi dupliciter. Uno mō vt seorsū cōsiderei vtraq3 dilectio: & tūc nō ē dubiū ꝙ dilectio dei ē magis meritoria. Debet eni ei merces pp seipsā: q2 vltima merces ē frui deo i quē tēdit diuine dilectiōis motꝰ. vn̄ & diligēti deū merces ꝓmittit. Joh. xiiii. Si q̄s diligit me diliget a pr̄e meo & manifestabo ei meipsū. Alio mō pōt attēdi ipsa cōparatio vt dilectio dei accipiat sm ꝙ solus deus diligit. dilectio aūt ꝓximi accipit sm ꝙ ꝓximus diligit ꝓpter deū. & sic dilectio ꝓximi includet dilectionē dei. sed dilectio dei nō includet dilectionē ꝓximi. vnde erit cōparatio dilectiōis dei perfecte: que extendit seipm ad ꝓximū ad dilectionē dei insufficientē & imperfectā: quia hoc mandatū habemus a deo: vt qui diligit deū diligat & fratrē suum. Et hoc sensu dilectio ꝓximi preeminet.

De gaudio. DIS. XXIX.

Einde cōsideṙ̄ adū est de effectibꝰ consequētibꝰ actū ꝑncipalē charitatis: q̄ est dilectio. Et ꝑmo de effectibꝰ interioribꝰ. Secūdo de exterioribꝰ. Circa ꝑmū cōsiderāda sunt q̄ttuor. Primo eni cōsiderādū est de gaudio. Secūdo de pace. Tertio de mīa. Quarto de zelo. Circa ꝑmū cōsiderāda sunt q̄ttuor. Primo vtrū gaudiū sit effectus charitatis. Secūdo vtrū gaudiū cōpatiat secū admixtionē tristicie. Tertio vtrū gaudiū huiusmodi possit esse plenū. Quarto vtrū gaudiū sit virtus. Ad ꝑmū. s. vtrū gaudiū sit effectꝰ charitatis. Dicendū: ꝙ ex amore ꝓcedit & gaudiū & tristicia: sed contrario mō. Gaudiū eni ex amore causat vel ꝓpter p̄sentiā boni amati: vel etiā ꝓpter h̄ ꝙ ipsi bono amato ꝓpriū bonū inest & cōseruat. & sm h̄ maxime ptinet ad amorē beniuolentie: p quā. s. aliq̄s gaudet de amico ꝓspere se habēte si sit etiā absens. Econtrario aūt ex amore sequit tristicia vel ꝓpter absentiā amati. vel propter h̄ ꝙ cui volumus bonū suo bono priuat aut aliquo mō deprimit. Charitas aūt est amor dei: cuiꝰ bonū īmutabile est: q2 ipse est sua bonitas. & ex h̄ ipso ꝙ amatur est in amāte per nobilissimū sui effectū. sm illud. i. Joh. iiii. Qui manet in charitate in deo manet & deus in eo. & ideo spūale gaudiū qḋ de deo habet ex charitate causat. Ad secūdū. s. vtrū gaudiū spūale qḋ ex charitate causat recipiat admixtionē tristicie. Dicendū: ꝙ ex charitate causat duplex gaudiū de deo: sicut supra dictū est: Unū q̄dē ꝑncipale qḋ est ꝓpriū charitatis: quo. s. gaudemꝰ de bono diuino sm se cōsiderato. & tale gaudiū charitatis permixtionē tristicie nō patit. sicut nec illud bonū de quo gaudet pōt aliquā mali admixtionē habē. Et ideo Apl's dicit ad phil. iiii. Gaudete in dño semper. Aliud aūt gaudiū est charitatis quo gaudet q̄s de bono diuino sm qḋ participat a nobis. hec aūt participatio pōt impediri p aliqḋ cōtrariū. & ideo ex hac parte gaudiū charitatis pōt habē pmixtionē tristicie: put. s. aliq̄s tristat de eo qḋ repugnat participatiōi diuini boni in nobis vel in proximis: quos tanq̄3 nosipsos diligimꝰ. Ad tertiū. s. vtrū spūale gaudiū qḋ ex charitate causat possit in nobis impleri. Dicēdū: ꝙ plenitudo gaudii pōt intelligi dupliciter. Uno mō ex parte rei de q̄ gaudet: vt. s. tantū gaudeat de ea q̄ntū est dignū de ea gauderi. & sic solum dei gaudiū est plenū de seipso: q2 gaudiū eius est infinitū. & h̄ est cōdignū infinite bonitati dei. cuiuslibet aūt creature gaudiū oportet eē finitū. Alio mō pōt intelligi plenitudo gaudii ex parte gaudentis. Gaudiū aūt cōparat ad desideriū sic quies ad motū: vt supra dictū est cū de passiōe agerēt. Est aūt quies plena cū nihil restat de motu. Un̄ tūc ē gaudiū plenū q̄n iā nihil desiderādū restat. Q3 diu aūt in h̄ mūdo sumꝰ nō quiescit in nobis desiderii motꝰ: q2 adhuc restat ꝙ deo magis appropinquemꝰ p gratiā: vt ex supradictis pz. S3 q̄n iam ad btitudinē pfectā puentū fuerit: nihil desiderandū restabit: q2 erit dei plena fruitio in q̄ntū hō obtinebit quicq̄d etiā circa alia bona desiderauit. sm illud Psal. Qui replet i bonis desideriū tuū. Et ideo quiescet desideriū nō solū quo desideramꝰ deū: s3 etiā erit oīu3 desirioꝝ quies. vn̄ gaudiū btōꝝ est pfecte plenū: & etiā supplenū: q2 plus obtinebūt q̄3 desiderare suffecerunt. Non eni in cor hoīs ascēdit qḋ preparauit deꝰ diligētibꝰ se: vt dicit. i. ad Cori. ii. Et h̄ ē qḋ dicit Luc. vi. Mēsurā bonā & supeffluētē dabūt in sinꝰ vestros. Quia tn̄ nulla creatura est capax gaudii de deo ei condigni: inde est ꝙ illud gaudiū oīno plenū nō īrat in hominē: s3 potꝰ hō intrat in ipm. sm illud Mat. xxv. Intra in gaudiū dñi tui. Ad q̄rtū. s. vtrū gaudiū sit virtꝰ. Dicēdū: ꝙ virtꝰ ē habitꝰ q̄dā opatiuꝰ: vt dictū est. & ideo sm ꝓpriā rōnē hz inclinationē ad aliquē actū. Est aūt cōtingens ex vno habitu plures actus eiusdē rōnis ordinatos puenire: quoꝝ vnū sequat ex altero. & q2 posteriores actus nō ꝓcedūt ab habitu virtutis nisi p actū priorē. inde est ꝙ virtꝰ nō diffinit nec denoīat nisi ab actu priore: q̄uis etiā alie actus ab ea cōsequāt. Manifestū ē aūt ex his q̄ supra de passiōibꝰ dicta sunt: ꝙ amor est ꝑma affectio appetitiue potētie: ex q̄ sequit & desideriū & gaudiū. & ideo habitꝰ virtutis idē est q̄ inclinat ad diligēdū & desiderādū bonū diuinū dilectū: & ad gaudēdū de eo. s3 q2 dilectio inter hos actus prior est: inde est ꝙ virtꝰ nō denoīat a gaudio nec a desiderio: s3 a dilectiōe: & dicit charitas. Sic ergo gaudiū nō est aliq̄ virtꝰ a charitate distincta: s3 est quidā charitatis actus siue effectꝰ. et propter hoc cōnumerat inter fructus: vt patet Gal. v.

De pace. DIS. XXX.

Einde ɔsiderādū est de pace. Et circa hoc ɔside-
rāda sūt q̄ttuor. Primo vtrū pax sit idē
qd̄ ɔcordia. Scd̄o vtrū oīa appetāt pacē. Tertio vtruꝫ
pax sit effectus charitatis. Quarto vtruꝫ pax sit virtus.
Ad primū .s. vtrū pax sit idē qd̄ cōcordia. dicendū qꝫ pax includit
ɔcordiā. & aliq̄d addit. vñ vbicūqꝫ est pax ibi est ɔcordia. nō tñ vbi
cūqꝫ est ɔcordia ibi est pax. si nomē pacis ꝓprie sumat. Cōcordia
enī ꝓprie sūpta est ad alterū. inquātū .s. diuersoꝝ cordiū volūtates
simul in vnū ɔsensū ɔueniūt. Cōtingit etiā vnius hoīs cor tendere
in diuersa. & h̄ dupliciter. vno q̄dē mō sm̄ diuersas potētias appe-
titiuas: sic appetitus sensitiu⁹ plerūqꝫ tendit in ɔtrariū rōnalis appe-
tit⁹. sm̄ illud Gal. v. Caro ɔcupiscit aduersus spm̄. Alio mō inquā-
tū vna & eadē vis appetitiua ī diuersa appetibilia tēdit: q̄ sil' asseq̄
nō pōt. vñ necesse est esse repugnātiā motuū appetitus. vnio autē
hoꝝ motuū est q̄dē de rōne pacis. nō enī hō hꝫ pacatū cor q̄diu
& si habeat aliq̄d qd̄ vult tñ adhuc restat ei aliq̄d volēdū qd̄ sil ha-
bere nō pōt. Hec aūt vnio nō est de rōne ɔcordie. vñ ɔcordia īpor-
tat vnionē appetituū diuersoꝝ appetentiū. pax aūt sup hāc vnionē
importat etiā vnius appetētis vnionē. Ad scd̄m .s. vtrū oīa pacē
appetāt. dicēdū qꝫ ex hoc ipo qꝫ hō aliq̄d appetit: ɔsequēs est ipsū
appetere eius qd̄ appetit assecutionē. & ꝑ ɔsequēs remotionē eoꝝ
q̄ ɔsecutionē īpedire p̄nt. Pōt aūt īpediri assecutio boni desidera-
ti ꝑ ɔtrariū appetitū vel suiipsius vel alterius: & vtrūqꝫ tollit ꝑ pacē sic
aūt supra dictū est. Et io necesse est qꝫ oē appetēs appetat pacē: in-
quātū .s. oē appetēs appetit trāquille & sine īpedimēto puenire ad
id qd̄ appetit. in quo ɔsistit rō pacis: quā Aug. diffinit trāquillita-
tē cordis. Ad tertiū .s. vtrū pax sit effectus charitatis. dicēdū qꝫ
duplex vnio est de rōne pacis sicut dictū est. quaꝝ vna est sm̄ ordi-
nationē ꝓprioꝝ appetituū in vnū. Alia vō est sm̄ vnionē appetit⁹
ꝓprij cū appetitu alterius: & vtrāqꝫ vnionē efficit charitas. Primā
q̄dā vnionē sm̄ quā deus diligit ex toto corde: vt .s. oīa referam⁹ ī
ipsum: sic oēs appetitus nři in vnū ferunt. Aliā vō ꝓut diligimus
ꝓximū sicut nosipsos. Ex quo ɔtingit qꝫ hō vult īplere volūtatē ꝓ-
ximi sicut & suiipsius: & ꝓpter h̄ inter amicabilia vnū ponit idēti-
tas electiōis. vt patet in .ix. ethi. Et Tullius dicit in lib de amicitia
qꝫ amicoꝝ est idē velle & nolle. Ad q̄rtū .s. vtrū pax sit virtus. di-
cendū qꝫ sicut supra dictū est. cū oēs actus ab agēte sm̄ eādē rōnē
ꝓcedētes seinuicē ɔsequant. oēs hmōi actus ab vna virtute ꝓce-
dūt. nec hn̄t singuli singulas virtutes a q̄b⁹ ꝓcedāt. vt pꝫ in rebus
corꝑalib⁹: qꝛ enī ignis calefaciēdo liq̄facit & rarefacit nō est ī igne
aliq virtus liq̄factiua & alia rarefactiua: sed oēs actus hos opatur
ignis ꝑ vnā suā virtutē calefactiuā. Cū igit pax causet ex charita-
te sm̄ ipsa rōnē dilectiōis dei & ꝓximi vt ostēsū ē: nō est alia virt⁹
cui⁹ pax sit ꝓprius actus nisi charitas: sicut & de gaudio dictū est.

De misericordia. DIS. XXXI.

Einde ɔsiderādū ē de misericordia. Circa quā
q̄ttuor vidēda sunt. Primo vtrū maluꝫ
ex ꝑte eius cuius hō miseret sit cā misericordie. Scd̄o
vtrū defectus sit cā miserēdi ex parte miserētis. Tertio
vtrū mīa sit virtus. Quarto vtrū sit maxīa virtutū. Ad primū .s.
vtrū malū ex parte eius cui sit misericordia sit rō miserēdi. Dicen-
dū qꝫ sicut Aug. dicit .i. ix. de ciui. dei. Misericordia ē aliene mise-
rie in nřo corde cōpassio: q̄ vtiqꝫ si possem⁹ subuenire cōpellimur.
Dicit enī misericordia ex eo qꝫ aliq̄s habet misericordiā sup mise-
riā alterius. miseria aūt felicitati opponit. Est aūt de rōne beatitu-
dinis siue felicitatis vt aliq̄s potiat eo qꝫ vult. nā sicut Aug. dicit
xiij. de trini. Btūs est q̄ habet oīa que vult & nihil mali vult. Et io
ecōtrario ad misericordiā ꝑtinet vt hō potiat que nō vult. Tripli-
citer aūt vult aliq̄s aliquid. Uno quidē mō appetitu naturali: sicut
oēs hoīes volūt esse & viuere. Alio mō hō vult aliq̄d ꝑ electionē ex
aliqua p̄meditatione. Tertio mō hō vult aliq̄d nō sm̄ se sed in cā
sua. Puta q̄ vult comedere nociua quodāmō debemus eū velle in-
firmari. Sic igit motiuū misericordie est tanq̄ ad miseriā ꝑtinēs.
Primo quidē qꝛ illud ɔtrariat appetitui naturali volētis .s. mala
corruptiua & ɔtristantia. quoꝝ ɔtraria hoīes naturaliter appetunt
vñ phs dicit in .ij. rethor. qꝫ mīa est tristicia quedā super apparenti
malo corruptiuo vel ɔtristatiuo. Scd̄o hmōi efficiunt magis ad
misericordiā ꝓuocantia si sint ɔtra voluntatē electionis. Unde & phs
ibi dicit qꝫ illa mala sunt quoꝝ fortuna est cā puta cū aliq̄d maluꝫ
eueniat vnde sperabat bonū. Tertio aūt sunt adhuc magis mise-
rabilia si sunt contra totā voluntatē. Puta si aliquis semꝑ sectat⁹
est bona & eueniūt ei mala. & ideo phs dicit in eodem libro qꝫ mīa
maxime est sup malū eius qui indign⁹ patit. ꝓpterea malū culpe
pro eo qd̄ est volūtariū non hꝫ rōnē miserabil'. sed magis rōnē pu-
niēdi. Sed qꝛ culpa pōt eē aliquo mō pena. inq̄ntū .s. hꝫ aliq̄d an-
nexū qd̄ est ɔtra volūtatē peccāt. sm̄ h̄ pōt habē rōnē miserabil'.
& sm̄ h̄ miseremur & cōpatimur peccātib⁹. Sic Greg. dicit in q̄dā
omelia. qꝫ vera iusticia nō hꝫ dedignationē. s. ad petōres. sed cōpas-
sionē. Et Math. ix dicit: Uidēs ihesus turbas miserit⁹ est eis: qꝛ
erāt vexati & iacētes sic oues nō habētes pastorē. Ad secūdū .s.
vtrū defect⁹ ex parte miserētis sit rō miserēdi. Dicēdū qꝫ cū mīa sit
passio q̄dā sup mīa aliena vt dictū est: ex h̄ ɔtingit qꝫ aliquis mise-
reat. ex quo ɔtingit qꝫ de miseria aliena doleat. qꝛ aūt tristicia seu
dolor est de malo proprio: intantū aliq̄s de miseria aliena tristat
aut dolet: inq̄ntū miseriā alienā apprehēdit vt suā. Hoc aūt cōtin-
git tripliciter. Uno mō sm̄ vnionē affectus: qd̄ fit ꝑ amorē. qꝛ enī
amās reputat seipm̄ amicū. malū ipsius reputat tanq̄ malū suū. &
ideo dolet de malo amici sic de suo. & inde est qꝫ phs in .ix. eth. inter
alia amicabilia ponit h̄ qd̄ est cōdolere amico. & Aps̄ dicit Ro. xij.
Gaudere cū gaudētib⁹ flere cū flētib⁹. Alio mō ɔtingit sm̄ vnionē
realē: vtpote cū malū aliquoꝝ ita ꝓpinquū est vt ab eis ad nos trāse-
at. Et iō phs dicit in .ij. rheto. Hoīes miserent sup illos q̄ sunt eis
ɔiūcti & sīles. quia ꝑ h̄ fit eis estimatio qꝫ ipsi etiā p̄nt sīlia pati. Et
inde est qꝫ senes & sapiētes q̄ ɔsiderāt se posse in mala incidē: & de-
biles & formidolosi magis sunt misericordes. Ecōtrario autē illi q̄
reputāt se esse felices & intantū potētes qꝫ nihil mali putāt se pati
posse: nō ita cōmiserent. Sic igit semꝑ defect⁹ ē rō miserēdi vel
inq̄ntū aliq̄s defectū alicui⁹ reputat suū ꝓpter vnionē amoris. vel
ꝓpter possibilitatē sīlia patiēdi. Ad tertiū .s. vtrū mīa sit virtus
Dicēdū: qꝫ mīa importat dolorē de miseria aliena. Iste autē dolor
pōt noīare vno q̄dē mō motū appetit⁹ sensitiui. & sm̄ h̄ mīa passio
est & nō virt⁹. Alio mō nō pōt noīare motū appetit⁹ intellectiui sm̄
qꝫ alicui displicet malū alteri⁹. Hic aūt mot⁹ pōt eē sm̄ rōnē regu-
latus. & pōt sm̄ hunc modū rōnē regulatū regulari mot⁹ inferioris
appetit⁹. vñ Aug. dicit in .ix. de ci. dei. qꝫ iste mot⁹ animi .s. mīa ser-
uit rationi: q̄n ita praebet misericordia vt iusticia conseruetur siue
cū indigēti tribuit: siue cū cognoscit penitēti. & qꝛ rō virtutis hūane
ɔsistit in h̄ qꝫ mot⁹ animi rōne reguleꝫ: vt ex supiorib⁹ pꝫ: ɔsequēs
est mīam eē virtutē. Ad q̄rtū .s. vtrū sit maxima virtutū. Dicēdū
qꝫ aliq̄ virt⁹ pōt esse maxīa dupliciꝫ. Uno mō sm̄ se. Alio mō ꝑ cō-
paratione ad habētē sm̄ se. Mīa q̄dē maxīa est. Pertinet enī ad
mīam qꝫ alij effundat. & qd̄ plus est: qꝫ & defect⁹ alioꝝ subleuet. & h̄
est maxime supioris. Uñ & misereri ponit ꝓpriū deo. & in h̄ maxi-
me dicit ei⁹ oīpotētia manifestari. Sed q̄ntū ad habentē mīa non
est maxima. nisi ille q̄ habet sit maximus: q̄ nullū supra se hēat: sed
oēs sub se. Ei enī q̄ supra se aliquē habet: maius & meli⁹ est ɔiungi
superiori q̄ supplere defectū inferioris. Et ideo q̄ntū ad hominē q̄
habet deū superiorē: charitas ꝑ quā deo vnit est potior q̄ mīa ꝑ
quā defect⁹ proximoꝝ supplet. sed inter oēs virtutes q̄ ad ꝓximū
ꝑtinēt potissima est mīa: sicut etiā est potioris actus. Nā supplere
defectū alterius inq̄ntū est huiusmodi est superioris & melioris.
De zelo require supra vbi agitur de passionibus.

De beneficentia. DIS. XXXII.

Einde ɔsiderādū est de exterioribus effectib⁹
charitatꝭ. Et p̄mo de beneficētia. Scd̄o
de elemosyna. Tertio de correctiōe fraterna: q̄ est q̄dā
elemosyna. Circa primū querunt quattuor. Primo
vtrū beneficētia sit actus charitatꝭ. Secūdo vtrū oib⁹ sit benefaciē-
dū. Tertio vtrū magis benefaciēdū sit his q̄ sunt nobis magis ɔiū-
cti. Quarto vtrū beneficētia sit virtus specialis. Ad p̄mū .s. vtrū
beneficētia sit actus charitatis. Dicendū: qꝫ beneficētia nihil aliud
importat q̄ facere bonū alicui. Pōt aūt hoc bonū ɔsiderari dupli-
citer. Uno modo sm̄ cōem rationē boni. & h̄ ꝑtinet ad cōem rōnē
beneficētie. ex hoc enī est actus amicicie: & per ɔsequēs charitatis.
Nā in actu dilectionis includit beniuolētia: ꝑ quā aliq̄s vult bo-
nū amico: vt supra habitū est. volūtas aūt effectiua eoꝝ q̄ vult si fa-
cultas assit. Et ideo ex ɔsequēti benefacere amico ex actu dilectio-
nis cōsequit. & propter hoc beneficētia sm̄ cōem rationē est ami-
cicie vel charitatis actus. Si autē bonū qd̄ q̄s facit alteri accipiat
sub aliq specialı rōne boni: sic beneficētia accipiet specialē rationē
& ꝑtinebit ad aliquā specialē virtutē. Ad secūdū .s. vtrū oib⁹ sit
benefaciēdū. Dicēdū qꝫ sicut dictū est: beneficētia ɔsequit amorē
ex ea parte q̄ mouet supiora ad ꝓuisionē inferioꝝ. gradus autē in
hoīb⁹ nō sunt īmutabiles sicut in angel: quia hoīes p̄nt pati multi-
plices defectus. Uñ q̄ est supior sm̄ aliq̄d: vel est vel potest esse in-
ferior sm̄ aliud. Et ideo cum dilectio charitatis se extēdat ad oēs:
beneficētia debet se extēdere ad oēs: pro loco tñ & tēpore. oēs enī

actus virtutū sunt sm debitas circūstantias limitādi. Ad tertiū s. vtrū magis bn̄ faciēdū sit his q̄ nobis cōiūcti sūt. dicendū φ gra ↄ virtus imitat̄ nature ordinē q̄ est et diuina sapiā institutus Est aūt talis ordo nature vt vnūqdq3 agens nāle p prius magis diffūdat suā actionē ad ea q̄ sunt sibi ꝓpinqora sicut ignis calefacit magis rē sibi magis ꝓpinquā. ↄ sic deus in substātia sibi ꝓpinqores p prius ↄ copiosius dona sue bonitatis diffūdit. vt p3 p Dionẏ. iiij. cap. ce. ierar. Exhibitio aūt bn̄ficiorū est q̄dā actio charitatis ī alios Et iō oportet φ ad magis ꝓpinquos simus magis bn̄fici. Sed ꝓpinq̄tas vnius hoīs ad aliū pōt attēdi sm diuersa in q̄bus sibi adinuicē hoīes cōicant. vt ↄsanguinei nāli cōicatiōe: ↄciues in ciuili: fideles in spūali. ↄ sic de aliis. ↄ sm diuersas ↄiūctiōes sunt diuersimode diuersa bn̄ficia dispensanda. nā vnicuiq3 est magis bn̄ficiū exhibendū ptinēs ad eandē rē sm quā est nobis magis ↄiūct⁹ simpliciter loquēdo. tn̄ hoc pōt variari sm diuersitatē locorū ↄ tēporū ↄ negociorū nā in aliquo casu est magis subueniēdū extraneo puta si sit in extrema necessitate q̄3 etiā patri nō tantā necessitatē patienti. Ad qrtū. s. vtrū bn̄ficiētia sit specialis virtus. dicendū φ ṽtutes diuersificant̄ sm rōnes obiecti. eadē āt est rō formalis obiecti charitatis ↄ bn̄ficiētie. Nam vtraq3 respicit cōmunē rōnē boni vt ex supradictis patet. Unde bn̄ficientia non est alia virtus a charitate: sed noīat quendā charitatis actum. De elemosyna require infra inter partes satisfactionis.

De correctione fraterna. DIS

Einde ↄsiderādū est de correctiōe fraterna. Circa qō videnda sunt octo. Primo vtrum correctio fraterna sit actus charitatis. Scd̄o vtrū sit sub p̄cepto. Tertio vtrū h̄ p̄ceptū extēdat se ad oēs vel solū ad p̄latos. Quarto vtrū subditi ex h̄ p̄cepto teneant̄ corripe p̄latos Quinto vtrū peccator possit corripe. Sexto vtrū corripi debeat ille q̄ ex correctiōe fit deterior. Septimo vtrū secreta correctio debeat p̄cedere denūciationē. Octauo vtrū testiū inductio debeat p̄cedere denūciationē. Ad primū. s. vtrū fraterna correctio sit actus charitatis. dicendū φ correctio delinquentis est quoddā remediū qō debet adhiberi ↄ pctīn alicuius. Peccatū aūt alicuius dupliciter cōsiderari pōt. Uno q̄dē mō inquātū est nocuū ei q̄ peccat. Alio mō inquātū vergit in nocumētū aliorū q̄ ex ei⁹ pctō leduntur vel scandalizant̄. ↄ etiā inquātū est ī nocumētū boni cōis cui⁹ iusticia p pctm̄ pturbat̄. Duplex ḡ est correctio delinquētis. vna q̄dē q̄ adhibet remediū pctō inquātū est qōdā malū ipsius peccātis. ↄ ista est ꝓprie fraterna correctio: q̄ ordinat̄ ad emēdationē delinquētis: remouere aūt malū alicuius eiusdē rōnis est ↄ bonū eius ꝓcurare. Procurare aūt fratris bonū ptinet ad charitatē p quā volum⁹ ↄ optamur bonū amico. vn̄ etiā correctio fraterna est actus charitatis: q2 p eā repellim⁹ malū fratris. s. pctīn. cuius remotio ptinet ad charitatē magis q̄3 etiā remotio exterioris dāni. vl' etiā corporis nocumēti. qn̄ ↄtrariū bonū virtutis magis est affinius charitati q̄3 bonū corporis vl' exteriorū rerū. Un̄ correctio fraterna magis ē actus charitatis q̄3 curatio infirmitatis corpalis: vel subuētio p quā excludit̄ exterior egestas. Alia ṽo correctio est q̄ adhibet remediū pctī delinquētis sm φ in nocumētū aliorū: ↄ etiā p̄cipue ī nocumēto boni cōis. ↄ talis correctio est actus iusticie cui⁹ est ↄseruare rectitudinē iusticie vni⁹ ad aliū. Ad scd̄m. s. vtrū correctio fraterna sit in p̄cepto. dicendū φ sic. sed ↄsiderādū est φ sic̄ p̄cepta negatiua legis ꝓhibēt actus pctōrū: ita p̄cepta affirmatiua inducūt ad act⁹ ṽtutū. Act⁹ aūt pctōrū sūt sm se mali. ↄ nullo mō bn̄ fieri pnt: nec aliquo tpe aut loco: q2 sm se sūt ↄiūcti malo fini. vt dr̄ in. ij. ethi. Et iō p̄cepta negatiua obligāt sp̄ ↄ ad sp̄. Sed actus virtutis nō quolibet mō fieri debēt sed obseruatis debitis circūstātiis q̄ req̄runt̄ ad h̄ φ sit actus virtuosus: vt. s. fiat vbi debet: ↄ qn̄ debet: ↄ sm φ debet: ↄ q2 dispositio eorū q̄ sūt ad finē attēdit̄ sm rōnē finis. In istis circūstantiis virtuosi actus p̄cipue attēdēda est rō finis q̄ est bonū virtutis. Si igit̄ talis sit omissio aliq alicui⁹ circūstātie circa virtuosū actū q̄ totalit̄ tollat bonū virtutis. h̄ ↄtrariat̄ p̄cepto. Si aūt sit defectus alicuius circūstātie q̄ nō totalit̄ tollat virtutē: l3 nō pfecte attingat ad bonū virtut̄. nō est ↄ̄ p̄ceptū. Un̄ phs dicit in. ij. ethi. φ si parū discedat̄ a medio nō est ↄ̄ virtutē: sed si multū discedat̄ corrūpit̄ virtus in suo actu. correctio aūt fraterna ordinat̄ ad fratris emēdationē: ↄ iō h̄ mō cadit sub p̄cepto sm φ est necessaria ad istū finē: nō aūt ita φ quolibet loco vel tpe frater delinquēs corrigat̄. Ad tertiū. s. vtrū solū ptineat ad p̄latos dicendū φ sicut dictū est. duplex est correctio Una quidē q̄ est actus charitatis que specialiter tendit ad emendationē fratris delinquētis per simplicem āmonitionē: ↄ talis correctio ptinet ad quēlibet charitatē habentem: siue sit subditus siue sit p̄latus. Est aūt alia correctio q̄ est actus iusticie p quā intēdit̄ bonū cōe: qō nō solū ꝓcurat̄ p āmonitionē fris: sed etiā interdū p punitionē vt alii a pctīs timētes desistāt. ↄ talis correctio ptinet ad solos p̄latos. q̄ nō solū habēt āmonere: sed etiā corrigere puniēdo. Ad qrtū. s. vtrū aliqs subdit⁹ teneat̄ corripe p̄latū suū Dicendū φ correctio q̄ est actus iusticie p cohertionē pene nō cōpetit subdito respectu p̄lati. Sed correctio fraterna q̄ est actus charitatis ptinet ad vnūquēq3 respectu cuiuslibet ꝑsone ad quā charitatē debet habere si in eo aliq̄d corrigibile inueniat̄. Actus enī ex aliquo habitu vel potētia ꝓcedēs se extēdit ad oīa q̄ ↄtinent̄ sub obiecto illi⁹ potētie vel habit⁹ sicut visio ad oīa q̄ ↄtinent̄ sub obiecto visus. Sed q2 actus virtuosus debet eē moderatus debitis circūstātiis ideo in correctione q subditi corrigūt p̄latos debet modus cōgruus adhiberi vt. s. non cū ꝓteruia ↄ duritia s3 cū mansuetudine ↄ reuerētia corrigant. Un̄ Apls dicit. i. Thi. iiij. Seniorē ne increpaueris sed obsecra vt patrē tuū Et ideo Dio. redarguit Demophilū monachū. quia sacerdotē irreuerēter correxerat eū penitēs ↄ de ecclesia eiciēs. Ad quintū. s. vtrum peccator debeat corripe. Dicendū φ correctio delinquētis ptinet ad aliquē inq̄ntū viget in eo rectū iudiciū rōnis. Peccatū aūt vt supra dictū est: non tollit totū bonū nature quin remaneat in peccāte aliq̄d de recto iudicio rōnis. ↄ sm hoc pōt cōpetere sibi in subditis delictū arguere Sed tn̄ per peccatū p̄cedēs impedimentū quoddā huic correctioni affert̄ propter tria. Primo quidē q2 ex pctō p̄cedenti indign⁹ reddit̄ vt aliū corrigat. ↄ p̄cipue si maius pctm̄ cōmisit: nō est dign⁹ vt corrigat aliū de minori pctō. Un̄ sup illud Math. vij. Quid vides festucā ↄc. dicit Hiero. De his loquit̄ q̄ cū mortali crimine detineant̄ obnoxii: minora pctā friū nō ↄcedūt. Scd̄o redditur indebita correctio propter scādalū qō sequit̄ ex correctione: si pctīn corripiēt̄ sit manifestū. q2 videt̄ φ ille q̄ corrigit nō corrigat ex charitate: sed magis ad ostentationē. Un̄ sup illud Math. vij. Quō dicis fri tuo ↄc. exponit Chriso. In quo proposito putas ex charitate vt salues proximū tuū. non q2 teipm̄ saluares. Uis ergo nō alios saluare: sed p bonā doctrinā malos actus celare: ↄ scientie laudē ab hoīb⁹ querere. Tertio mō p supbiā corripiētis: inq̄ntū. s. aliq̄s ꝓpria pctā paruipendens seipm̄ ꝓximo p̄fert in corde suo pctā ei⁹ austera seueritate diiudicās ac si eēt ipse iustus. Un̄ Aug. dicit in li. de sermone dn̄i in mōte: Accusare vitia officiū bonū est: qō cū mali faciūt alienas ptes attingūt. Et ideo Aug. dicit in eodē Cogitem⁹ cū aliquē rep̄hēdere nos necessitas coegerit: vtrū tale sit vitiū qō nunq3 habuim⁹: ↄ tūc cogitem⁹ nos hoīes eē ↄ habere potuisse. vel tale qō habuim⁹ ↄ iam nō habem⁹: ↄ tūc tāgat memoriam cōis fragilitas vt illā correctionē nō odiū sed mīa p̄cedat. Si aūt inuenirem⁹ nos in eodē vitio eē: nō obiurgem⁹ s3 cōgemiscam⁹: ↄ aliq̄lr̄ deponēdū inuitem⁹. Ex his igit̄ p3 φ pctōr si cū humilitate corripiat delinq̄ntē nō peccat: nec sibi nouā cōdēnationē acq̄rit: l3 p h̄ vel in ↄsciētia fris vel saltē sua p pctō p̄terito ↄdēnabilē se eē ostēdat. Ad sextū. s. vtrū debeat qs a correctione cessare si timet φ ille fiat ex correctiōe deterior. Dicēdū φ sic̄ dictū ē duplex ē correctio delīquētī. Una q̄dē ptinēs ē ad p̄latos: q̄ ordinat̄ ad bonū cōe: ↄ h3 vim coactiuā. ↄ tal' correctio nō ē dimittēda ꝓpter turbationē ei⁹ q̄ corripit̄: tū q2 etsi ꝓpria spōte emēdari nō velit: cogēd⁹ est p penas vt peccare desistat: tū etiā q2 si incorrigibil' sit p h̄ ꝓuidet̄ bono cōi dū seruat̄ ordo iusticie: ↄ exēplo vni⁹ alii deterreant̄. vn̄ iudex nō p̄termittit ferre sentētiā dānationis in peccātē ꝓpter timorē turbationis ipsi⁹ vel etiā amicorū ei⁹. Alia ṽo correctio ē fraterna cui⁹ finis ē emēdatio delinquētī nō habēt citationē sed simplicē āmonitionē. ↄ ideo vir probabilit̄ estimat̄ φ pctōr āmonitionē nō recipiat: s3 ad peiora labat̄. est ab hmōi correctiōe desistēdū q2 ea q̄ sunt ad finē debēt regulari sm φ exigit rō finis. Ad septimū. s. vtrū de necessitate p̄cepti secreta correctio debeat p̄cedere denūciationē. Dicēdū φ circa publicā denūciationē pctōrū distinguēdū est. aut enī pctā sunt publica aut sunt occulta. si quidē sint publica: nō ē tn̄ adhibēdū remediū ei q̄ peccauit vt melior fiat: s3 etiam aliis in quorū noticiā deuenit vt nō scādalisent̄. ↄ ideo talia pctā sunt publice arguēda. sm illud Apli ad Thi. v. Peccātē corā oīb⁹ argue: vt timorē ceteri habeant. Qō intelligit̄ de pctīs publicis Aug. dicit in li. de ṽbis dn̄i. Si ṽo sint pctā occulta: sic videt̄ habere locū qō dn̄s dicit Si peccauerit in te frater tuus. qn̄ enī te offendit publice corā aliis: iam non solū in te peccat: sed etiā in alios quos turbat. Sed quia etiā in occultis peccatis potest parari p̄ximorū offensa: ideo adhuc distinguēdū videt̄. Quedā enī peccata occulta sunt que adhuc sunt in nocumentū proximorū vel corporale vel spūale. Puta si aliquis occulte tractet quō ciuitas tradat̄

bo~ius vel si hereticus priuatim hoies a fide auertat: et qr ille q occulte peccat nõ solũ in te peccat: sed etiã in alios: oportet statim ad denũciationẽ pcedere vt hmõi nocumẽtũ ipediat nisi forte aliqs firmiter estimaret qr statim p secretã ãmonitionẽ posset hmõi malũ ipediri. Quedã vo peccã sũt q̃ sunt solũ in malũ peccãtis et ei in quẽ peccat vel qr a peccãte leditur vl saltẽ ex sola noticia. et tũc adhuc solũ tenẽdũ est vt fratri peccãti subueniat. et sic medic⁹ corporalis sanitatẽ debet ei inferre si põt sine alicui⁹ mẽbri abscisiõe: si aũt nõ põt abscidit mẽbrũ minus necessariũ vt vita totius cõseruet. sic ille q̃ studet emẽdatiõi fratris debet si põt sic emẽdare frẽ q̃tũ ad cõsciã et fama eius cõseruet. Que q̃dẽ est vtilis. Primo q̃dẽ etiã ipi peccãti nõ solũ in tpibus in qb⁹ q̃tũ ad multa hõ patit detrimẽtũ amissa fama sed etiã q̃tũ ad spũalia. qr pre timore infamie multi a peccõ retrahunt. vñ qñ se infamatos cõspiciũt ineffrenate peccãt. vñ Hiero. dicit. Corripiẽdus est seorsũ frater ne si semel pudorẽ aut verecũdiã amiserit pmaneat in peccõ. Scdo debet cõseruari fama fratris peccãtis: tũ qr vno infamato alii infamant: fm illud Aug in epla ad plebẽ hipponẽsẽ cũ de aliqb⁹ q̃ sciũ nomẽ pfitent aliqd criminis vel falsi sonuerit vel veri patuerit instãt satagũt ambiũt vt de oĩb⁹ h credat. tũ etiã qr ex peccõ vnius publicato alii puocant ad peccm. sed qr cõsciã pferẽda est fame voluit dñs vel saltẽ cum dispẽdio fame fratris cõsciã p publicã denũciationẽ a peccõ liberet. Vñ pz de necessitate pcepti esse qr secreta ãmonitio publicã denũciationẽ pcedat. Ad octauũ. s. vtrũ testiũ inductio debeat pcede denũciationẽ. dicẽdũ qr de vno extremo ad aliud extremũ cõueniẽter trãsit p mediũ. i. correctiõe ãt fraterna dñs voluit qr pncipiũ eẽt occultũ dũ frat corriget frẽ iter se et ipsũ solũ. finẽ aũt voluit esse publicũ. vt. s. ecclie denũciaret. et iõ cõueniẽter in medio testiũ ponit iductio vt pmo paucis indicet peccm fratris q̃ possint pdesse et nõ obesse. vt saltẽ sic sine multitudinis infamia emẽdet.

De preceptis charitatis. DIS. XXXIIII.

Circa sextũ principale. s. de pceptis charitatis cõsiderãda sũt sex. Primo vtrũ de charitate fuerũt dãda pcepta. Scdo vtrũ vnũ vel duo. Tertio vtrũ cõueniẽter pcipiat qr deus ex toto corde diligat. Quarto vtrũ h pceptũ possit in hac vita cõpleri. Quinto de h pcepto diliges primũ tuũ sic teipsũ. Sexto vtrũ ordo charitatis sit i pcepto.

Ad primũ. s. vtrũ de charitate fuerũt dãda pcepta. dicẽdũ qr pceptũ iportat rõnẽ debiti. intãtũ g aliqd cadit sub pcepto iquãtũ hz rõnẽ debiti. est aũt aliqd debitũ duplicit. vno mõ p se. alio mõ per aliud. Per se q̃dẽ debitũ est in vnoquoqz negocio id qõ est finis. qr hz rõnẽ p se boni. Propter aliud aũt ẽ debitũ id qõ ordinat ad finẽ sicut medico p se debitũ est vt sanet. ppter aliud aũt vt det medicinã ad sanãdũ. finis aũt spũalis vite est vt hõ vniat deo qõ fit p charitatẽ. et ad h ordinant sicut ad finẽ oĩa q̃ ptinẽt ad spũalẽ vitam. Vñ et aplŝ dicit. i. ad thi. i. Finis pcepti est charitas de corde puro et cõsciã bona et fide nõ ficta. Oẽs enĩ virtutes de quar actib⁹ dant pcepta ordinant ad purificandũ cor a turbinib⁹ passionũ: sic virtutes q̃ sũt circa passiões: vel saltẽ ad habendũ bonã cõsciam sic virtutes q̃ sunt circa opatiões. vel ad habendã rectã fidẽ. sicut illa q̃ ptinet ad diuinũ cultũ. et hec tria reqrunt ad diligendũ deũ. Nã cor impurũ a dei dilectiõe abstrahit ppter passionẽ inclinantẽ ad terrena. cõsciã vo mala facit horrere diuinã iusticiã ppter timorẽ pene. Ficta aũt fides trahit affectũ in id qõ de deo fingit: sepans a dei veritate. In quolibet aũt genere id qõ est p se poti⁹ est eo qõ est ppter aliud: et iõ maximũ pceptũ est de charitate. vt dr Matt. xxii. Ad scdm. s. vtrũ vnũ tm pceptũ dandũ fuit vel duo. dicẽdũ qr sicut dictũ est hoc mõ se habent precepta in lege sicut ppositiones in scientiis speculatiuis in quibus cõclusiões virtute cõtinent i primis pncipiis. vñ q̃ pfecte cognosceret pncipia fm totã suã virtutem. nõ opus haberet vt ei cõclusiões seorsum pponerent. Sed qr nõ oẽs qui cognoscũt principia sufficiũt cõsiderare quecq̃d in principiis virtute cõtinet: necesse est ppter eos vt in scientiis ex principiis cõclusiões deducant. In opabilibus aũt in q̃bus pcepta legis nos dirigũt finis habet rõnẽ principii. vt supra dictũ est. Dilectio aũt dei finis est ad quẽ dilectio primi ordinat. Et iõ nõ solũ oportet dari pceptũ de dilectiõe dei. sed etiã de dilectiõe primi: ppter minus capaces q̃ nõ de facili cõsiderant vnũ hor pceptor sub alio cõtineri. Sufficiũt aũt duo nec fuit necesse plura dari. quia sicut supra dictũ est. charitas est amicicia quedã. amicicia aũt ad alterum est. Vñ Greg. dicit in q̃dã omelia. Minus q̃ inter duos charitas haberi nõ põt. Quõ aũt ex charitate aliq̃s seipsum diligit supra dictum est. Cũ aũt dilectio et amor sit boni. bonũ autem sic vel finis vel id qõ est ad finẽ: cõueniẽter de charitate duo precepta sufficiũt. Unũ quidẽ quo inducimur ad deum diligendũ sicut finẽ. Aliud aũt est quo inducimur ad diligendũ primũ ppter deũ sic ppter finẽ. Ad tertiũ. s. vtrũ cõueniẽter precipiat deus diligi ex toto corde et c. Dicẽdũ qr pcepta dant de actib⁹ virtutũ. Hoc ergo mõ aliqs actus cadit sub pcepto fm qr actus est virtutis. Reqrit aũt ad actũ virtutis nõ solũ qr cadat sup determinatã materiã: sz etiã qr vestitur debitis circũstãtiis quib⁹ sit pportionat⁹ tali materie. deus aũt est diligẽdus sic finis vltimus ad quẽ oĩa sunt referẽda. Et ideo totalitas q̃dã fuit designãda circa preceptũ de dilectiõe dei. Inuenitur aũt h pceptũ diuersimode traditũ in diuersis locis. Nã sicut dictũ ẽ Deu. vi. ponunt tria. s. ex toto corde et ex tota aĩa et ex tota fortitudine. Math. xxii. ponunt duo hor. s. ex toto corde: et in tota aĩa. et omittit. ex tota fortitudine: sz addit in tota mẽte. Sz Mar. xii. ponunt q̃ttuor. s. ex toto corde: et in tota aĩa: ex tota mẽte: ex tota virtute: q̃ est idẽ fortitudini. Et hec etiã q̃ttuor tangunt Luc. x. Nã loco fortitudinis seu virtutis ponit Ex oĩb⁹ virib⁹ tuis. Et iõ hor q̃ttuor est rõ assignãda. nã qr alicubi vnũ hor omittit: hoc est qr vnũ intelligit ex aliis. Est igit cõsiderãdũ qr dilectio est actus volũtatis: q̃ hic significat p cor. Nã sic cor corpale est pncipiũ oĩm motuũ corporaliũ: ita etiã volũtas. et maxime q̃tũ ad intẽtionẽ finis vltimi qõ est obiectũ charitatis est principiũ oĩũ spũaliũ motuũ. Tria aũt sunt pncipia motuũ siue actuũ q̃ mouent a volũtate. s. intellect⁹ q̃ significat p mentẽ. vis appetitiua interior q̃ significatur p animã. et executiua exterior: q̃ significat p fortitudinẽ et virtutẽ siue vires. Precipit ergo nobis vt tota nrã intẽtio ferat in deũ qõ est ex toto corde. Et qõ intellect⁹ nr subdat deo: qõ est ex tota mẽte. Et qr appetit⁹ nr regulet fm deũ. qõ est ex tota aĩa. Et qr exterior actus nr obediat deo: qõ est ex tota fortitudine: vel virtute vel virib⁹ deũ diligere. Chriso. tñ sup Math. accipit ecõtrario cor et aĩaz q̃ dictũ sit. Aug. vo in pmo de doctrina christiana refert cor ad cogitatiões: et animã ad vitã. mentẽ ad intellectũ. Quidã aũt dicunt ex toto corde. i. in intellectu. aĩa. i. volũtate. mẽte. i. memoria. Vel fm Grego. nice. p cor signat animã vegetabilẽ: p animã sensitiuã: et p mentẽ intellectiuã. qr h qr nutrimur sentim⁹ et intelligim⁹ debem⁹ ad deũ referre. Ad q̃rtũ. s. vtrũ h pceptũ possit impleri in hac vita. Dicẽdũ qr pceptũ aliqõ duplicit impleri põt. Uno mõ pfecte. Perfecte q̃dẽ implet pceptũ qñ puenit ad finẽ quẽ intendit pcipiẽs. Implet aũt sed imperfecte: qñ etsi nõ ptingat ad finẽ pcipientis: nõ tñ recedit ab ordine ad finẽ. sic si dux exercit⁹ pcipiat militib⁹ vt pugnẽt: ille pfecte implet pceptũ q̃ pugnãdo hostẽ vincit qõ dux intẽdit. Ille aũt implet sz imperfecte: cui⁹ pugna ad victoriã nõ ptingit: nõ tñ cõtra disciplinã militarẽ agit. Intẽdit aũt deus p h pceptũ vt hõ deo totalit vniat. qõ fiet in pria qñ de⁹ erit oĩa in oĩb⁹ vt dicit. i. ad Corin. xv. Et ideo plene et pfecte i pria iplebit h pceptũ. In via vo iplebit impfecte. et tñ in via tãto vn⁹ alio pfecti⁹ iplet qnto mag accedit p q̃ndã silitudinẽ ad prie pfectionẽ. Ad q̃ntũ. s. de h pcepto Diliges primũ tuũ et c. Dicẽdũ qr h pceptũ cõueniẽter tradit. tãgit enĩ in eo et diligẽdi rõ: et dilectiõis modus. Rõ q̃dẽ diligendi tãgit ex eo qr primus noiat. ppter h enĩ ex charitate debem⁹ alios diligẽ: qr nobis sunt primi et fm nãlẽ dei imaginẽ et fm capacitatẽ glĩe. Nec refert vtrũ dicat prim⁹ vl frat. vt habet i. Ioh iiii. vel amicus: vt habet Leui. xix. Quia p oĩa hec affinitas eadẽ designat. Modus ãt dilectiõis tãgit cũ dicit: sic teipm. Qõ nõ est intelligẽdũ q̃tũ ad h qr aliq̃s carnalit sibi diligat: sz silr sibi. Et h triplicit. Primo q̃dẽ ex parte finis: vt. s. aliq̃s diligat primũ ppter deũ. sic et seipm ppter deũ debet diligẽ: vt sic sit dilectio primi scã. Secũdo ex parte regule dilectiõis: vt. s. aliq̃s nõ cõdescẽdat primo in aliquo malo: sz solũ in bonis. sic et sue volũtati satisfacere debet hõ solũ in bonis: vt sic sit dilectio primi iusta. Tertio ex parte rõnis dilectiõis: vt. s. nõ diligat aliq̃s primũ ppter ppriã vtilitatẽ vel dilectionẽ. sed ea rõne qr velit primo bonũ sic sibiipsi vult bonũ vt sit dilectio primi vera. Nã cũ q̃s diligit primũ ppter suã dilectionẽ vel vtilitatẽ: nõ vere diligit primũ sz seipm. Ad sextũ. s. vtrũ ordo charitatis sit in pcepto. Dicẽdũ qr modus q̃ ptinet ad rationẽ actus virtuosi cadit sub pcepto qõ dat de actu virtutũ. Ordo aũt charitatis ptinet ad ipsam rõnẽ virtutis: cũ accipiat fm pportionẽ dilectiõis ad diligibile: vt ex supradictis patet. vñ manifestũ est qr ordo charitatis debet cadere sub precepto.

De scandalo.

Circa septimũ pncipale supapositũ cõsiderãdũ e de vitiis oppositis charitati. Et primo de odio qõ opponit ipsi dilectioni. Secundo de accidia et inuidia: q̃ opponunt gaudio charitatis. Tertio de discordia et scismate: q̃ opponunt paci. Quarto de offensione et scãda

lo que opponunt̃ bñficiētie ⁊ correctiōi fraterne. De his oĩbus re-
quire infra in tertio lib. vbi de singulis agit̃ suis locis. De scanda
lo nūc dicem⁹. Circa qḋ ↄsiderāda sūt octo. Primo qḋ sit scanda-
lū. Scḋo vtrū scandalū sit pctm̄. Tertio vtrū sit spāle pctm̄. Quar-
to vtrū sit pctm̄ mortale. Quinto vtrū pfectoꝝ sit scandalizari. Sex-
to vtrū scandalū actiuū sit in viris pfectis. Septimo vtrū spūalia
bona sint ꝓpter scandalū dimittēda. Octauo ꝓpter scandalū sint
tpalia dimittēda. Ad p̄mū. s. qḋ sit scandalū sciendū ꝙ sup illud
Matth. xv. Scis qz pharisei audito h̄ verbo scandalizati sunt ⁊c.
dicit Hiero. qñ legimus quicūqz scandalizauerit ⁊c. Hoc intelligim⁹
q dicto vel facto occasionē ruine dederit. Qḋ enī grece scandalon
d nos offensionē vel ruinā vel īpactionē pedis possumus dicere.
Vñ diffinit̃ sic. scandalū est dictū vel factū minus rectū p̄bēs aliis
occasionē ruine. Cōuenit enī qñqz ꝙ aliqs obex ponit̃ alicui ī via
corpali cui īpingens disponit̃ ad ruinā: ⁊ talis obex dr̃ scandalum.
Et silr in pcessu vie spūalis ↄtingit aliquē disponi ad ruinā spūalē
p dictū vel factū alterius: inquātū. s. aliqs a sua ãmonitione vel in-
ductione aut exēplo alterū trahit ad peccādū ⁊ hoc ꝓprie dr̃ scan-
dalū. Nihil aūt fm ꝓpriā rōnē disponit ad spūalem ruinā nisi qḋ
hz aliquē defectū rectitudinis qz id qḋ est pfecte rectū magis mu-
nit hoīez ↄtra casū q̄ ad ruinā inducat. ⁊ iō ↄuenienter dr̃ ꝙ dictū
vel factū minus rectū prebēs occasionē ruine sit scandalū. Et no-
ta ꝙ dictū vl' factū alicuius pōt esse alteri cā peccādi dupliciter. vno
mō p se alio mō p accidēs. Per se qdē qñ aliqs suo malo v̄bo vel
facto intendit aliū ad peccandū inducere: vel etiā si ipse hoc nō in-
tendat ipsū factū est tale ꝙ de sui rōne hz ꝙ sit inductiuū ad peccā-
dū. puta ꝙ aliqs publice facit pctm̄: vel ꝙ habet silr̃tudinē peccati
Et tūc ille q̄ hmōi actum facit ꝓprie dat occasionē ruine. vñ vocat̃
scandalū actiuū. Per accidens aūt verbū vel factū vnius est alteri
cā peccādi qñ ⁊ p̄ter intētionē opantis: ⁊ p̄ter ↄditionē opis aliqs
male dispositus ex hmōi ope inducit̃ ad peccādū vel ad opandū.
Puta cū aliqs īuidet bonis alioꝝ ⁊ tūc ille q̄ facit hmōi actū rectū
nō dat occasionē ruine q̄tū in se est: sed alius sumit occasionē fm
illud Ro. vij. Occasiōe aūt accepta ⁊c. Et iō hoc est scandalū pas-
siuū sine actiuo: qz ille q̄ recte agit quātū est de se nō dat occasionē
ruine quā alter patit̃. Qñqz g̃ ↄtingit ꝙ etiā sit sil' scandalū actiuū
in vno ⁊ passiuū in alio: puta cū ad inductionē vnius alius peccat.
Qñqz aūt est scandalū actiuū sine passiuo: puta cū aliqs īducit ver-
bo aut facto aliū ad peccandū. ⁊ ille nō ↄsentit. Qñqz v̄o est scāda-
lū passiuū sine actiuo sicut iā dictū est. Itē nota ꝙ cogitatio vel cō-
cupiscētia qz latēt in corde nō ꝓponunt̃ alicui vt obex disponens
ad ruinā iō dr̃ dictū vel factū. Itē dr̃ minus rectū nō p cōpatione
ad aliud a quo supet̃ ī rectitudine: sed qz hz aliquē defectū rectitu-
dinis vl' qz est fm se malū. sic pctm̄. vel qz hz spēz mali. sic cū aliqs
recūbit ī idolo q̄uis enī h̄ fm se nō sit pctm̄: si aliqs h̄ nō corrupta
intētiōe faciat: tñ qz hz quādā spēz vel silitudinē veneratiōis idoli
pōt alteri p̄bere occasionē ruine. Et iō apl's monet. j. ad thes. v. Ab
oī mala specie abstinete vos. Et iō ↄuenienter dr̃ minus rectū vt cō-
prehēdant̃ tā illa q̄ sunt fm se mala i. pctā. q̄z illa q̄ hñt spēz mali.
Itē p̄bēs occasionē iō dr̃ qz nihil pōt esse hoī sufficiēs cā pcti qḋ
est spūalis ruina: nisi ꝓpria voluntas. Et iō dicta vel facta alterius
hoīs pñt esse cā aliqliter inducēs ad ruinā: ⁊ ꝓpter h̄ nō dr̃ dans
cām ruine sed dans occasionē qḋ significat cām īpfectā: ⁊ nō sp cām
p accidēs ⁊ tñ nihil ꝓhibet in q̄busdā diffinitiōib⁹ poni id qḋ est
p accidēs qz id qḋ est fm accidēs vni pōt p se alteri ↄuenire: sic in
diffinitiōe fortune ponit̃ cā p accidēs. in scḋo phisi. Ad scḋm. s.
vtrū scandalū sit pctm̄. dicendū ꝙ sicut iā dictū est duplex est scan-
dalū. s. passiuū in eo q̄ scādalizat̃. ⁊ actiuū in eo q̄ scādalizat dans
occasionē ruine. Scandalū igit̃ passiuū semp est pctm̄ in eo q̄ scan-
dalizat̃. nō enī q̄ scandalizat̃ scandalizat̃ nisi inquātū aliqualiter
ruit. spūali ruina q̄ est pctm̄. Pōt tñ esse scandalū passiuū sine pctō
eius ex cuius facto aliqs scandalizat̃ de his q̄ alius facit bñ. Simi-
liter etiā scandalū actiuū semp est pctm̄ in eo q̄ scandalizat: qz vel
ipsū opus qḋ facit est pctm̄: vel etiā si habeat spēm peccati dimit-
tendū est semp ꝓpter ꝓximi charitatē: ex qua vnusquisqz conat̃
saluti ꝓximi ꝓuidere ⁊ sic q̄ nō dimittit ↄtra charitatē agit. pōt tñ
esse scandalū actiuū sine peccato alterius qui scandalizet̃ sicut su-
pra dictū est. Ad tertium. s. vtrū scandalū sit speciale peccatū. di-
cendū ꝙ sicut dictum est. duplex est scandalū. s. actiuū ⁊ passiuū.
Passiuū quidē scandalū non pōt esse speciale peccatū: qz ex dicto
vel facto alterius aliquē ruere ↄtingit fm quodcūqz genus pecca-
ti: nec hoc ipsū qḋ est occasionē peccandi sumere ex dicto vel facto
alterius specialē rationē peccati ↄstituit: qz nō importat specialem
deformitatē speciali virtuti oppositā. Scandalū aūt actiuū potest
accipi dupliciter. p se. s. ⁊ p accidēs. Per accidēs aūt quidē qñ nō
est p̄ter intētionē agēns: puta cū aliqs suo facto vel v̄bo inordina-
to nō intendit alteri dare occasionē ruine: sed solū sue satisfacē vo-
luntati. Et sic etiā scādalū actiuū nō semp est pctm̄ spāle: qz qḋ est
ens p accidēs nō cōstituit speciē. Per se aūt est actiuū scādalū qñ
aliqs suo inordinato dicto vel facto intēdit aliū trahere ad pctm̄.
⁊ sic ex intētiōe specialis finis sortit̃ rōnē spālis pcti. finis enī dat
speciē in moral b⁹ vt supra dictū est. Vñ sic furtū est spāle pctm̄
aut homicidiū ꝓpter spāle nocumentū ꝓximi vel ꝓpter h̄ ꝙ intē-
dit: ita etiā scādalū est spāle pctm̄ ꝓpter h̄ ꝙ intēdit̃ speciale ꝓxi-
mi nocumentū. ⁊ opponit̃ directe correctioni fraterne in q̄ intēdi-
Secundo circa passionē dñi ɔsiderāda ē i verbis multiplex istructio veritatis. Augu. Lignū vbi fixa sunt mēbra chri morientis fuit cathedra magistri docētis. Notādū aūt q̄ circa passionē ei⁹ a cena vsq̄ ad mortē fuerūt verba .xiij. digna memoria ꝛ recordatione deuota. quoꝝ .vj. verboꝝ genera fuerūt anteq̄ȝ crucē ascēderet. Alia vero .vij. fuerūt in ipsa cruce plata. Primū itaq̄ȝ verbū sumi doctoris fuit verbū pie exhortatiōis nō solū in cena. verūetiā in horto qñ discipulis suis dixit. vigilate ꝛ orate ne intretis i tētatiōez. Multū. n. in illo suo discrimine cōpatiebat̄ eis ꝛ eoꝝ pugne. Ideo freq̄nter eos ad vigilātiā. orationē ꝛ ɔstātiā hortabat̄. Scḋz fuit vbū pie ɔdescēsiōis. cū dixit. Dormite iā ꝛ requiescite. Sciebat eos mesticia ꝑgrauatos. ꝛ q̄ cito malā haberēt requiē. ideo cōpatiens eis dixit. Dor. ꝛc̄. Tertiū fuit verbū pie oratiōis. cū dixit. Pater. si fieri pōt trāseat a me ꝛc̄. In hoc ostēdit se veꝝ corp⁹ habere ꝛ naturaliter mortē horrere. Sȝ vicit naturā pietas cum dicit. Nō sicut ego volo. sȝ sicut tu. Et fiat volūtas tua. Dat nobis exēplū obedientie vt in arduis ꝛ periculosis discam⁹ nihil ꝓprie volūtatis habere sȝ carnē spiritui ꝛ spiritū deo subiicere. Rabanus. Trib⁹ vicib⁹ orauit dñs. vt nos a p̄teritis malis veniā: a p̄sentib⁹ tutelā. a futuris cautelā oremus. hanc dñi orationē p̄cessit pauor comitat̄ agonia ꝛ sudor. seq̄t̄ angelica ɔsolatio. Quartū fuit verbū pie oblatiōis. q꞉ se obtulit vt liberarent̄ sui. Iohā. xviij. Cū dicit ego sum. si me q̄ritis sinite eos abire. Aries capit̄ ꝛ tradit̄ pro ysaac liberādo Geñ. xxij. Agn⁹ imolat̄ ꝑ populo iudeoꝝ Exo. xij. Quintū gen⁹ vboꝝ fuerūt verba pie reprehēsiōis. cū dixit. Nō potuistis vna hora vigilare mecū. ꝛ cū dicit. amice ad q̄d venisti. ex sūma pietate: amicū vocat suū ꝓditorē. Ioh. xviij. Si male locutus sū testimoniū ꝑhibe de malo. Itē tāq̄ȝ ad latronē ꝛc̄. Sextū fuit verbū benigne rñsionis. vt anne. ego palā locut⁹ sū ꝛc̄. Itē Math. xxvj. cayphe. tu dixisti. Luce. xxiij. Si vobis dixero nō credetis mihi ꝛc̄. Ad pylatū. Ioh. xix. Regnū meum nō ē de hoc mūdo. Ista fuerūt verba dñi saluatoris añq̄ȝ crucē ascēderet. Sequūt̄ verba q̄ ꝓtulit i cruce.

Primū fuit ṽbū pie iterpellatiōis. qñ ꝑ crucifixoribus orauit dicēs. Pater ignosce illis q꞉ nesciūt q̄d faciūt. de hoc Re. supra. Secūdū fuit verbū pie remissionis. cū dicit latroni iuxta se pendenti. Amē dico tibi hodie ꝛc̄. Re. supra. Tertiū fuit verbū pie ɔsolationis desolatissime matris sue. cū dixit. Mulier. ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. ecce mater tua. Anselm⁹. O dña mea misericordissima quos fluct⁹ lachrymaꝝ. quos gemit⁹. quos singult⁹ dicā de tuis pudicissimis viscerib⁹ erupisse. vultūq̄ȝ tuū pijssimū ꝑfudisse cū attēderes vnigenitū filiū tuū inocētē corā te ligari. flagellari. mactari. in cruce sine culpa extendi. ꝛ carnem de carne tua crudeliter ab impijs dilacerari. cū audires ab eo. Mulier. ecce filius tuus cum acciperes in filium seruū pro dño. discipulū ꝑ magistro creaturā ꝑ creatore. hoīez ꝑ deo. tū q̄ᷓ i hoc mūdo chari⁹ relinquebat suo charissimo cōmēdauit. Quartū fuit verbū pie cōpassiōis. maxime ꝑ eis q̄ erant in lymbo. quoꝝ miseriā ꝛ detentionē diuturnam suā esse dicebat. cū ait. De⁹ meus de⁹ meus ꝛc̄. Quintū fuit verbū feruētis dilectiōis. cū dixit. Sitio. Sextū fuit verbū ɔsūmate ꝑfectionis. cū dixit. ɔsummatū ē. Septimū fuit verbū discrete ꝑmissiōis. cū dixit. Pater in manus tuas cōmēdo spiritū meum. Hec verba christi que premisimus magnis ꝛ deuotis sententijs sunt fecunda. sed breuiter perstringendo potius q̄ȝ exponēdo tetigimus dantes ea legentibus materiam cogitandi.

¶ De afflictione passionis dñi multiplici. DIS. XIIII.

Tertio circa dñi passionē est afflictio multiplex attēdēda. Hec aūt meditatio ɔtinet septē articulos dñice passiōis. q̄ sunt eius vēditio. venditi captio. capti illusio. illusi flagellatio. flagellati ɔdēnatio. ɔdēnati crucifixio. crucifixi occisio. Hec sunt septem signacula. i. septem mysteria libri signati. que aperuit agnus qui occisus est Apo. v. Prima igitur meditatio dominice passionis esse debet circa eius venditionem qualiter scilicet eterna dei sapientia que preciosior est cūctis opibus cui omnia que desiderant̄ nō valent comparari. quasi pro nullo precio sit venalis exposita. cum iudas dixit. Quid vultis mihi dare. ꝛ ego vobis eū tradā. Glo. quasi vile mancipiū precium posuit in ementiū optatiōe. Cogita igitur quis. q̄bus. ꝛ qualiter sit vēditus. q꞉. s. agnus lupis. innocēs homicidis. amicus inimicis. pius impijs. iustus iniustis. O quantū mouere pōt ad pietatē si cogitemus q̄ualiter mundi preciū ꝛ preciosus vir ꝛ speciosus forma p̄filijs hominū sit venalis expositus. ꝑ tā modico ꝑcio sit vēditus a q̄ȝ ingrato discipulo sit traditus. cum quanta ingratitudine ꝛ fallacia sit a ꝓditore ꝓditus a q̄ȝ crudelib⁹ mercatoribus sit emptus. ex quāte charitatis radice ex quātis pietatis viscerib⁹ vendi voluit vt ꝑ ei⁹ vēditionē mūdus eēt redēpt⁹. Aug. in li. de symbolo. exulta christiane. q̄ᷓ iude⁹ emit. Iudas vēdidit. tu obtinuisti in hoc cōmertio inimicoꝝ tuoꝝ: q꞉ vēditus redemit te. occisus diligit teq̄ mori voluit ꝑ te. Scḋa meditatio dñice passionis ē circa vēditi captionē. dȝ eni mēs deuota meditari q̄ȝ volūtarie saluator noster se obtulit q̄ȝ violēter ꝛ crudeliter cū gladijs ꝛ fustib⁹ capt⁹ ꝛ detētus fuerit. q̄ȝ efficaciꝫ volētib⁹ discipulis gladijs percutere. ꝛ captionē suā īpedire ne pcuterēt ꝓhibuit. q̄ȝ duris ligat⁹ ꝛ astrict⁹ fuit. qualiter deduct⁹ de loco ad locū ꝛ vinct⁹ q̄si vilis latro. ꝑ vicos ꝛ plateas fustigat⁹ fuit Iuxta q̄ᷓ in Treñ. iiij. dicit̄. Spū oris nri. christ⁹ dñs capt⁹ est in peccatis nostris. cui diximus. sub vmbra tua viuemus. Marie aūt mouere dȝ ɔsideratio cause ꝑ q̄ ligari voluit. s. vt nos cōpeditos a vinculis culpe ꝛ pene absolueret. Augu. ligat̄ q̄ soluit cōpeditos. Ansel. quō letabor de libertate mea q̄ nō ē nisi de vinculis tuis. qualiter ḡtulabor de salute mea. cū nō sit nisi ꝛ e dolorib⁹ tuis quō gaudebo de vita mea. q̄ nō ē nisi d̄ morte tua. Hic ēt ɔsiderādū ē q̄ dñs i septē locis fuit ligat⁹. In p̄sepio. In horto. In domo āne. in domo cayphe ꝛ in domo pylati in p̄torio ad colūnā in crucis patibulo. In sepulchro. vt a nexib⁹ septē vicioꝝ capitaliū nos dissolueret. ꝛ vincula nrā disrūperet vt sampson septē funes philistinoꝝ Iudic. xvj. Tertia meditatio dñice passiōis ē circa capti ꝛ detēti illusiōez. Notādū aūt q̄ illusus fuit in q̄ttuor locis. i. domo cayphe. pylati. herodis. ꝛ cruce. O q̄ȝtū nos mouere ad ɔpassionē dȝ q̄lr̄ i domo cayphe facies sole speciosior fuit sputis vilissimis iudeoꝝ inq̄nata. alapis cesa. blasphemijs īhonestata. In ludibrijs velata. de ꝓphetatiōe eū cedētiū palmis iterrogata. O q̄ȝtū sit sūmo regi ɔpatiēdū q̄ i pylati atrio ꝑ nobis vestimētis ꝓprijs exuit̄. ꝛ in ludibriū amictib⁹ tāq̄ȝ rex fatuoꝝ purpura circūdat̄. spinis corōat̄ falso adorat̄. ꝛ rex iudeoꝝ vocitat̄. ꝛ tāq̄ȝ nō valēs saluare. ꝛ lōge a salute sua falso salutat̄. ꝛ arūdie caput ei⁹ āgel̄ tremēdū ꝛ venerādū spiritib⁹ beat̄ pcutit̄ ꝛ tāq̄ȝ fragil̄ vl̄ nulla sit ei⁹ potētia baculū arūdine⁹ i manu ei⁹ dextera ꝑ sceptro regio ponit̄. ꝛ tāq̄ȝ sit vnus vilissim⁹ ꝛ īmūdissim⁹ ɔspuit̄. ꝛ tāq̄ȝ ab oībus sit ɔtēnendus. conuocata tota cohorte iudeorū ab ipsis. ꝛ gentibus illudit̄ multipliciter ꝛ irridet̄ altissim⁹. dei altissimi filius. rex regū dñs sabaoth gl̄ia angeloꝝ ꝛ sal⁹ iustoꝝ. ꝛ decus beatoꝝ. O quātū nos ad cōpatiēdū purgere dȝ angeloꝝ ꝛ celoꝝ regis illusio facta corā herode tyranno ꝛ iniquo rege. cū ab ipso ꝛ toto ei⁹ exercitu ɔtēnit̄. ꝛ tāq̄ȝ fatu⁹ induit⁹ veste alba ꝛ illudit̄ ꝛ irridet̄. ꝛ a curia eius eiicit̄. ꝛ pylato iudicādus remittit̄. O quātū viscera christiane dȝ ɔcutere illusio quanta. q̄ fuit cū rex israel ꝛ pater miāꝝ mīa hoc faciente affixus est in cruce pendēs ꝛ effūdēs viscera mie sue ob salutē ꝛ redēptionē nostrā. vbi a p̄ncipibus ꝛ sūmis sacerdotib⁹ ꝛ seniorib⁹ scribis. ꝛ populis militib⁹. ꝛ etiā ab ipsis ɔdēnatis. ꝛ cū eo crucifixis latronib⁹ a p̄tereūtib⁹ ꝛ caput cōmouētib⁹ felle ꝛ aceto in siti sua potat̄. subsannat̄. blasphemat̄. irridet̄. ꝛ vitupat̄. O vtinā bone ihesu obprobria exprobātiū tibi sup me cadāt. vt cor meū durū ad cōpunctionē cōmoueant. Quarta meditatio dñice passionis ē dȝ circa illusi flagellationē. dȝ eni aīa christiana ꝓfundius cogitare qualiter fuit christus flagellat⁹ multiplr̄ ꝛ attritus veꝝ flagellis: linguarum blasphemātiū. alapaꝝ credētiū spinaꝝ pungentiū. sputoꝝ deturpātiū flagelloꝝ dirūpentiū. arundinis ꝛ lancee. Ysa. liij. Uulneratus ē ꝓpter iniquitates nrās. attritus ē ꝓpter scelera nrā. disciplina pacis nostre sup eū. O vtinā bone ihesu disciplina tua me doceat. me moueat me sanet. ꝛ iō pacificet. Hic aīa christiana christi sanguine ꝑcioso redēpta diuti⁹ imoret̄. ꝓfusius meditet̄. q̄ȝ viliter sit ɔspu⁹ q̄ȝ nequiter alapis ꝛ colaphis laniat⁹. q̄ crudeliter ligat⁹ ad stipitē ꝛ virgis ꝛ funiculis toto corpe lacerat⁹. Quō illa caro virginea innocēs ꝛ tenella vndiq̄ȝ in membris oībus sit dirupta. ꝛ suo sanguine cruētata. hec ē regis nostri vestis purpurea cruore christi roseo rubricata. Habuit etiā rex noster arundinē ꝑ sceptro sicut legit̄. percutiebāt caput ei⁹ arūdine. Habuit ꝛ coronā nō aureā vel argēteā nō lapidib⁹ ꝑciosis ornatā: sed spinis pungētib⁹ fabrefactā. nō in honore ꝑsone vel capitis ornamētū sȝ poti⁹ in ignominiā. obprobriū ac etiā cruciatū. Quīta meditatio dñice passiōis ē circa flagellati ɔdēnationē. fuit eni dñs mēdaciter ꝛ nequiter accusatus. iudicatus ꝛ ɔdēnatus iniuste in quadruplici curia. In curia anne iudicatus est pcutiēdus In curia cayphe morte digñ⁹. In curia herodis irridēdus tāq̄ȝ fatu⁹ ꝛ tāq̄ȝ ipotēs ɔtēnendus. In curia pylati crucifigendus. Qui aūt ab hoīb⁹ iniuste iudicatus ē iuste hoīes iudicabit. Iob. xxxvj. Causa tua tāq̄ȝ impij iudicata ē. iudiciū causamq̄ȝ recipies. Qui cōpatit̄ iniuste iudicato. iuste iudicāti conregna

bit. Et q̄ nō cōpatit' tāq̄ igrat' tāto beneficio ab ipso iuste iudicabit' te cōdēnabit'. Sexta meditatio dn̄ice passiōis ē circa cōdēnati crucifixionē. circa quā quattuor amara ritus ꝛ cōpassiōe dignissima cōsiderare debem'. Primū ē crucis baiulatio. q2 videlꝫ ꝓprijs hūeris crucis patibulū baiulauit. ille sub quo curuant' q̄ portant orbē. Jo. xix. Exiit ergo ihesus portās spineā coronā ꝛ purpureum vestimētū. ꝛ baiulās sibi crucē ꝛc̄. Nota q̄d rñderit illis sanctis mulieribꝰ. q̄ plāgebāt ꝛ lamētabant sequentes eū. Filie hierusalē nolite flere ꝛc̄. Scd'ꝫ ē eius dn̄modā denudatio ps̄. Diuiserūt sibi vestimēta mea ꝛc̄. O q̄ꝫ verecundū fuit ei corā tāta populi multitudine denudari. cū eēt honestissim' maturus ꝛ virgo pudicissim'. lōge grauius ei fuit toto corpe denudari q̄ꝫ ad colūnā ligatū mēbris oībus flagellari. ꝛ carnē suā tenerā dissipari. Tertiū ē aceti ꝛ fell' amara potio. ps̄. Dederūt i escā meā fel ꝛc̄. Quartū ē dolorosa crucis affixio ps̄. foderūt ma' meas. Cui' ē cor tā saxeū. vel pect' tā ferreū q̄d tā acuta nō penetrēt. ꝛ tā pūgitiua nō cōpūgāt. Septia meditatio dn̄ice passiōis ē circa crucifixi occisionē. Ysa. liij. Tradidit in mortē aīam suā ꝛc̄. Phil. ij. Humiliauit semetipꝫ fact' obediēs ꝛc̄. O q̄ꝫ crudelis fuit mors illa q̄ vite pemit actorē q̄ tā iocūdū cōsortiū tā amabile cōnubiū. id est aīe sanctissime ꝛ corpis tāꝫ tā iocūdo federe copulatū dissoluit. q̄ꝫ amarissima fuit mors illa p̄ qua inebriata ꝛ repleta fuit amaritudīe dulcissima mūdi vita. Bern. Deus fratres captiuoꝝ libertas tradit'. gloria angeloꝝ illudit'. de' dīuꝫ flagellat'. cādor lucis eterne ꝛ speculū sine macula cōspuit' ꝛc̄. vita dīuꝫ viuētiuꝫ occidit'. Quid ergo restat nobis miseris agendum. nisi vt eamus ꝛ moriamur cum eo Joh. xj.

¶ De cōditiōe detestāda penas inserentiū. DIS. XV.

QVarto cōsideranda est penas īferētiū cōditio detestāda. Ad hāc aūt passionē īferendaꝫ pariter cōcurrerūt in ꝓditore cupiditas. In iudeis inuidētia. In pylato timiditas. In romanis truculētia. In iuda q̄dē fuit cupiditas execrāda q̄ adeo cor ei' irretiuit ꝛ oculos excecauit. vt dīuꝫ beneficioꝝ sibi factoꝝ īmemor ꝛ īgratus. ꝛ sue salutis oblit' deū vēderet. magistrū ꝓderet salutis actorē morti traderet ac p̄ hoc viā salutis sibi ꝓcluderet. ꝛ finaliter desperādo. seipsuꝫ laqueo suspēderet. vnde Math. xxvij. Vidēs iudas q2 dānat' est ꝛc̄. Seq̄t'. Abiēs laqueo se suspēdit. Infelix mercator q̄ ipꝫ ecciabilē p̄ p̄cio vili vēdidit. ꝛ nō solū p̄ciū q̄d recepat pdidit. sed etiā semetipsuꝫ. ꝛ icōparabiliter plus offendit dn̄ꝫ desperādo. q̄ꝫ dei filiū vēdēdo ꝛ tradēdo. In iudeis fuit īuidētia Math. xxvij. Sciebat pilatus q2 p̄ īuidiā tradidissent eū sūmi sacerdotes. Isti bene ostēderūt se filios esse dyaboli. sicut predixit eis dn̄s Joh. viij. Vos ex patre dyabolo estis. Scriptū ē aūt Sap. ij. Inuidia dyaboli mors īrauit in orbē terraꝝ. imitant' aūt eū q̄ sūt ex pte ill'. Isti fuerunt stultissimi sūmā sapiētiā cōtēnēdo vel poti' odiēdo. Deutro. xxxij. Hecine reddis dn̄o populo stulte. ꝛ īsipiēs. Sap. xv. Insipiētes ꝛ maligni oderūt sapiaꝫ. Fuerūt amarissimi. vinū mirratū ꝓpinādo Jere. ij Quō cōuersa es ī amaritudinē vitis aliena. Osee. xij. Ad iracūdiā me ꝓuocauit effraim in amaritudinib' suis. Itē fuerūt vilissimi. p̄ciosiꝫ mūdi p̄ciū cōtēnēdo. sāctū datū ē canib'. ꝛ p̄ciosa margarita ꝓiecta ē ante porcos. Ysa. liij. Abscōdit' ē vult' ei'. ꝛ despect' nec reputauim' eum. hoc dicit in p̄sona crucifigētiū. Itē fuerūt crudelissimi mortuo nō parcēdo. Jere. xij. facta ē mihi hereditas q̄si leo in silua ꝛc̄. Alia trāslatio q̄si spelūca hyeneꝫ. Itē fuerūt scelestissimi in sanctū israel. man' violētas ꝛ sacrilegas inicieēdo. Ysa. j. Ve gēti peccatrici. populo graui iniq̄tate semini neq̄ꝫ filijs scelestis dereliquerūt dn̄m blasphemauerūt sanctū israel ꝛc̄. Itē fuerūt īgratissimi ꝛ puersissimi malū p̄ bono reddēdo. ꝛ bona in malū puertēdo. Deutro. xxxij. Generatō praua atq̄ꝫ puersa. Jere. xviij. Nūq̄d reddit' p̄ bono malū. Itē fuerūt insanissimi ī man' medici mordēdo. medicinas cōculcādo. ꝛ ipꝫ medicū ꝛ occidendo. Aug. O insanitas iudeoꝝ. o furor freneticoꝝ dicētiū. Noli dimittere hūc. sed barrabā. Geñ. xlix. Maledict' furor eoꝝ q2 ptinax. ꝛ īdignatio. q̄a dura. In pylato fuit timiditas timuit. n. cesarē offendere. ꝛ pdere p̄ncipatū. ꝛ nō timuit sūmū īpatorē offendere. ꝛ sūmū p̄ncipeꝫ p̄ quē p̄ncipes īpant cōdēnare. Criso. Facile declinat a iusticia q̄ ī causis plus hoīeꝫ q̄ꝫ deū formidat. De Timore mundano Reqre supra. In romanis fuit truculētia manib' suis flagellādo cōspuēdo colaphis cedendo. corona spinea coronando. vestibus spoliando. crucifigendo. aceto ꝛ felle potando. latus aperiendo. ꝛ huiusmodi. Hec enim omnia fecerunt romani. sed ad instantiam iudeoꝝ. sicut dicit ipse dn̄s Math. xx. Filius hominis tradetur principibus sacerdotum ꝛ scribis. ꝛ condemnabunt eū morte. Et tradent euꝫ gentibus ād illudendum ꝛ flagellandum ꝛ crucifigendum.

¶ De cōparatiōe passiōis ad ipsuꝫ patiētē. DIS. XVI.

QUinto cōsideranda est christi passio per cōparatiōnē ad ipsum patiētē. Sūt aūt circa hec septē attēdenda. Quoꝝ p̄imū est patientis excellentia sūma. ꝛ ecōtra passiōis sūma deiectio. De summa eius excellētia Phil. ij. Cū ī forma dei esset nō rapinā arbitratus est eē se equalem deo. De sūma eius abiectiōe statim subdit. exinaniuit semetipsum. formā serui accipiēs ꝛc̄. vsq̄ꝫ illuc mortē aūt crucis. Glo. Exinaniuit semetipsum vsq̄ꝫ ad incarnatione. vsq̄ꝫ ad mortalitat' hūane p̄ticipatione vsq̄ꝫ ad dyaboli tētatiōeꝫ. vsq̄ꝫ ad populi derisionē. vsq̄ꝫ ad sputa ꝛ vincula alapas ꝛ flagella. ꝛ si hoc parū ē aliq̄d de genere mortis addēdū est nō cuiuscūq̄ꝫ sed crucis q̄ cete ris ignominiosior Itē Bern̄. q̄ꝫto minorē se fecit humilitate. tāto maiorē se ōn̄dit ī bonitate. ꝛ q̄ꝫto fuit vilior. tāto mihi est charior. Idē sup can. O humilē ꝛ sublimeꝫ. o altissimū ꝛ nouissimū. o obꝓbriū hoīuꝫ ꝛ gloriā angeloꝝ nemo sublimior. ꝛ nemo despectior. De vilitate eius idē Bern̄. Esto vilis q̄ātū poteris. nūq̄ꝫ christo vilior eris. Ipse siq̄dē rex regū ꝛ dn̄s dn̄antiū fuit vilissimo p̄cio venalis exposit' a vilissimo pp̄lo vilissima passus. ī vilissimo loco crucifix'. ꝛ vilissimo crucis supplicio tradit'. ꝛ inter latrones positus. cū iniq̄s ꝛ vilissimis hoībus deputat'. ꝛ mō vilissimo est tractat'. Etenī tāq̄ꝫ malefactor bon' dn̄s capit'. tāq̄ꝫ fimosus māsuetus vinculis cōstringit'. tāq̄ꝫ pestifer saluator accusat' ꝛ arguit'. ꝛ tāq̄ꝫ fatu' dei sapiā irridet'. tāq̄ꝫ homicida vita hoīuꝫ morti dānat'. tanq̄ꝫ leprosus ꝛ īmundus mūdator criminū extra menia eiicit'. tāq̄ꝫ latro crucifigit'. tāq̄ꝫ flagitiosissim' cōfutādus ab oībus ꝛ intuēdus ab oībus iudicat'. ꝛ cōfusione indut'. ab oībus fustigat' ꝛ tāq̄ꝫ vermis vilissim' summus dn̄s cōspuit' abiicit'. occidit' ꝛ cōculcatur.

Scd'o cōsiderāda ē circa p̄sonā patiētis īnocētia ꝛ dn̄modā puritas seu īmunitas a pctō. Ipse est enī q̄ peccatū nō fecit ꝛc̄. prima pe. ij. Et tñ morti tradit' p̄ peccato īnocēs occidit' ꝛ peccator liberatur. Deus enī q̄ diues ē in mīa ꝓpter nimiā charitatē suā qua dilexit nos. filiū suū mittēs in similitudineꝫ carnis peccati. de peccato dānauit peccatū. Ro. viij. Hic ē serpēs ene' habēs quidē similitudinē serpētis. sed nō venenū. Sic christ' similitudinē carnis peccati. sed nō habet peccati. ꝛ sicut qui mordebant' a serpentibus. aspiciētes illū sanabāt' a morsib' serpentū sic qui deuota fide respiciūt christū pēdentē in cruce sanant' a morsib' peccatoꝝ. Mira valde est ꝛ stupenda q2 de' sūme iust' vnigenitū suū dilectissimū īnocenteꝫ occidi voluerit p̄ liberatione hoīuꝫ peccatoꝝ. Ansel. O amātissime iuuenis q̄ fuit causa vt sic patereris. Certe ego cā suꝫ doloris tui. Ysa. liij. Vulneratus ē ꝓpter iniquitates nr̄as. attritus est propter scelera nostra. ꝛ ifra. Ipse peccatū multoꝝ tulit. j. pe. ij. Peccata nostra ipse tulit in corpe suo sup lignū. vnde bene p̄figurat' est p̄ hyrcū emissariū qui pctā populi portabat in desertū. de quo dicit' Leui. xvi. Qō sacerdos oēs iniq̄tates filioꝝ israel. ꝛ vniuersa delicta atq̄ꝫ pctā eoꝝ imprecās capiti eius emittebat eū. ꝛ hoc ē q̄d dicit' Ysa. liij. Dn̄s posuit in eo iniq̄tates dīuꝫ nostrū. Dauid q̄n vidit populū īnocentē p̄ culpa sua occidi. p̄ eius liberatione mori postulauit. ecōtra christus īnocēs mori voluit p̄ populo peccatore vt q̄ mortē meruerat nō moreret'. ꝛ qui mortē nō meruerat moreretur.

Tertio circa personam patiētis cōsiderāda ē eius mira patiā. ad quā declarādā dicit' in p̄sona ei' Jere xj. Ego q̄si agnus māsuet' q̄ portat' ad victimā. ꝛ Ysa. liij. Sicut ouis ad occisionē ducet'. ꝛ q̄si agnus corā tondēte se obmutescet. ꝛ nō aperiet os suū. Itē Ysa. xlij. Nō erit tristis neq̄ꝫ turbulētus ꝛc̄. Certe vt ōn̄deret q2 voluntarie pateret' ōn̄dit multiplr q2 q̄rentib' se occurrit. nō agnit' se obtulit agnosci se fec'. volētes īpedir' p̄hibuit. nō fugit nō diuertit nō murmurauit. nō se defēdit nec defēdi pmisit. accusantib' ipsū īr ēdaciter nō rñdit. q̄n poti' ipse seipsuꝫ tradidit ꝛ exposuit passioni. Treñ. iij. Dabit percutienti se maxillā. Ysa. l. Corpus meū dedi percutientibus ꝛ genas meas vellētib'. faciē meā nō auerti ab increpātibus ꝛ cōspuentib' in me. Et Ysa. liij. Tradidit in mortē aīam suaꝫ Itē Ephe. v. Christus dilexit nos ꝛ tradidit semetipsum pro nobis oblationem ꝛ hostiam deo ꝛc̄. Hec etiā predixit sybilla. Cōuenient aūt sacerdotes hebreoꝝ contra illū qui multa signa faciet ꝛ comprehendēt eū. dabūt autē alapas deo manib' incestis. ꝛ in vultu sacro conspuent venenata sputa: dabit vero ad verbera simpliciter dorsum suū. ꝛ colaphos accipiens tacebit. Ad cibū autē fel. ꝛ ad sitim acetū dabit. ꝛ suspendent eum in ligno. ꝛ nihil valebit eis: q2 tertia die resurget. Unde Ysa. xlij. Tacui. semp silui patiens fui. Et Sap. xv. Tu autē deus noster suauis ꝛ verax es. patiens. ꝛ in misericordia disponēs omnia. Bene op' nostre salutis ī misericordia dispo suit. quando p̄ crucifixorib' suis orabat dicēs. Pater dimitte illis

qꝛ nesciūt qđ faciūt vnde Bern. Caput tremēdū celestibꝰ spiritibꝰ spinaꝝ dēsitate ↄfigit. oculi nitidiores sole in morte caligāt. Aures audiētes cātus angelicos audiūt peccatorū īsultꝰ dicētiū crucifige crucifige eū. os qđ docet āgelos felle ꝛ aceto potat. facies speciosa ꝑ filijs hoīuꝫ sputꝪ iudeoꝝ deturpat. manꝰ q̄ celos fūdauerūt cruci clauis affixe extēdūt. pedes quoꝝ scabellū adorādū qꝛ sāctū ē cruci clauis astringunt. Quid plura. linguā habuit liberā ad orāduꝫ. ꝛ matrē suā dilecto suo discipulo cōmēdādū. Quarto circa ꝑsonā patiētis ↄsiderāda ē iuncta obediētia. de q̄ dicit Phil.ij. Humiliauit semetipsuꝫ factꝰ obediēs ꝛc. O vere mira pietas dei patris. q̄ ex amore nimio filio suo obediētiā talē dedit ꝛ nimis miranda charitas filij q̄ tā durā ꝛ tam asperā obediētiā pie iocūde ꝛ desiderabiliter spleuit. q̄ꝫ ardēter appeteret passioneꝫ exprimebat dicēs: Luce.xij. Baptismo habeo baptizari. ꝛ quō coartor vsq̄ꝫ duꝫ ꝑficiat. Et Johā.iiij. Meus cibꝰ ē vt faciā volūtatē eius q̄ misit me vt ꝑficiaꝫ opꝰ eius. Quinto circa ꝑsonā patiētis ↄsiderāda ē sūma bonoꝝ oīuꝫ affluētia q̄ꝫtū ad dñiuꝫ. ꝛ extrema penuria q̄ꝫtū ad possessionē ꝛ vsuꝫ. Nā ipse q̄ ē rex regū ꝛ dñs dominātiū. imo q̄ creator ꝛ dñs ē oīum. sicut nudꝰ egressus ē de vtero matris sue. sic nudꝰ egredit. nihil terrenū vel tpale prorsus retinēs. nihil habēs iō Tren.iij. Recordare paupertatis mee. q̄ maxime patet ꝛ patuit in his septē. in vilius thesauri vel pecunie possessiōe. qꝛ nō habuit vnde vitā suā redimeret. In amicoꝝ amissione. qꝛ nō fuit q̄ ꝓ ipso coraꝫ iudice staret. In vestiū nudatiōe. qꝛ nō habuit quo carneꝫ operiret. In terre subtractiōe. qꝛ nō habuit de ea vbi pedē figeret. In cibi ꝛ potꝰ sublatiōe. qꝛ nō habuit q̄d biberet aut comederet. paup fuit a domo ꝛ lecto sibi deficiētibꝰ. qꝛ in cruce nō habuit vbi caput reclinaret. pauper fuit a mēbroꝝ incolumitate ꝛ libertate. qꝛ non habuit mēbrū i passiōe liberū de quo se iuuare posset. nisi linguaꝫ aceto ꝛ felle ad vltimū īpeditā. Sexto circa ꝑsonā patiēt' ↄsiderāda ē īmēsa affectio charitatis. nā dña charitas. q̄ mater ē ꝛ regina virtutū oīuꝫ. ipsum plene ꝛ potestatiue possedit. ex cuius inestimabili fornace ꝓgrediēs zelus ardētissimus aīaꝝ ipsuꝫ de celis eduxit. in hoc exiliū mūdanū adduxit. tunicula nostre carnis ꝛ mortalitatis paupertateꝫ extremā induit. cū peccatoribꝰ ↄuersari fecit tāq̄ꝫ medicū cū īfirmis ꝓ vobis ieiunare. vigilare ꝛ in oratiōibꝰ pnoctare. p̄dicādo discurrere. ꝛ discurrēdo fatigari. esurire. sitire. frigora ꝛ caumata sustinere. ↄtumelias. blasphemias. obprobria. ludibria. ↄtradictiōes in verbis. īsidias mortis. ꝛ tētatiōes in factis. Tādē ꝛ ipsius mortis suppliciū sustinere. ꝛ ꝓ nobis aīaꝫ suā ponere. ꝛ a sacratissimo suo corpore separi. j. Jo.iij. In hoc cognouimꝰ charitatē dei in nobis. qm ille ꝓ nobis aīaꝫ suā posuit. Maiorē aūt dilectionē nemo hꝫ q̄ꝫ vt aīam suā ponat q̄s ꝓ amicis suis Joh.xv. Reuera dulcissime ihesu. tu maiorē habuisti. q̄ tuā beatissimā aīaꝫ ꝓ inimicis actualiter neq̄ssima volūtate ꝑsequētibꝰ posuisti ꝓ te deridētibus. blasphemātibꝰ. ꝛ crucifigētibꝰ exorasti. ꝛ plus iniq̄tatibꝰ eoꝝ q̄ꝫ tibipsi cōpatiēs lōge plus de ipsoꝝ igratitudine ꝛ dānatiōe q̄ꝫ de passionis tue supplicio doluisti. Vñ ait q̄dā. Nō vide q̄ ꝓ te patior. ad te clamo q̄ ꝓ te morior. vide clauos q̄bꝰ cōfodior ꝛ dolores q̄bꝰ afficior. cū sit tātꝰ dolor exterior. intus tñ planctꝰ ē grauior. tā igratū te dū experior. Propter passionē suā nunq̄ꝫ xp̄s fleuisse legit. s; pluries ex cōpassiōe ꝓ nobis. q̄ etiā mulieribꝰ. ipsū ad passiōeꝫ sequētibꝰ ꝛ flētibꝰ dixit. q̄ nō de sua passiōe dolerēt. s; sup seipsas ꝛ sup filios suos flerēt. Bern. in ꝑsona aīe sancte dixit. Nescio q̄ me tm̄ diligeret deꝰ. amplius mihi vilis esse nō debeo q̄ deū ꝓ me crucifigi ꝛ mori ↄspicio. q̄ tm̄ ei placuit. vt ꝓ me mori eligeret ne me perderet. Aug. de symbolis. Hic ꝓ amore tuo. nō timuit iudeos armatos venientes. nec iudices iniuste iudicātes. nec coronā spineaꝫ īponētes. nec vestimēta diuidētes. nec fel ꝛ acetū ꝓpinantes. nec milites irridētes. nec inimicos subsannātes. nec crucē. nec lanceā. nec mortē. ꝛ hec cū fierēt deꝰ virtutū negociū tuū agebat q̄ nō rapuerat tūc exoluebat. Septīo circa ꝑsonā patiētis ↄsiderāda ē sūma diffusio largitatis. ex sūma charitatis affectiōe ꝓcessit q̄ oīa sua. suos. ꝛ se totū nobis exhibuit ꝛ expēdit. Bern. Totꝰ expēsus ē agnus in vsus nostros. ex extēsiōe. n. brachioꝝ ꝛ mēbroꝝ ostēdit q̄ tātū nos dilexit. q̄ꝫtū diligere potuit. cuiꝰ dilectiōis formā puer ꝑuulus. ↄfari īcipit interrogatꝰ ab aliquo quātū eum diligat. postq̄ꝫ nidit plura. ad vltimū extēsis brachijs ꝛ manibꝰ q̄ꝫtū pōt. ꝛ inclinato capite in modū crucifixi dixit. tm̄ vos diligo. q̄si diceret. totū me expono amori vestro. ꝛ exhibeo vobis q̄cq̄d suꝫ. q̄cq̄d possū. tm̄ vos diligo q̄ exprimere nequeo verbo. ideo quod indicibile est exprimo signo. Quomodo se totum diuersimode dedit nobis videlicet in fratrem. socium ꝛ amicū ꝛc. Re. supra de beneficio incarnationis. Hic est excessus amoris ꝛ amorosissime largitatis de qua loquebant moyses ꝛ helyas visi in maiestate. sicut dicit Luce.ix. Vide quāta fuit eius charitas q̄ in passiōe sua ꝛ cruce de se ꝛ de suis tot fecit exēnia largitatis. Etenī corpus dedit crucifixoribꝰ. dorsum flagellatoribꝰ. faciē cedētibꝰ ꝛ ↄspuentibꝰ. genas ꝑcutiētibꝰ barbā vellentibus. coronā volētibꝰ. vestes dedit lusoribꝰ. sanguine reis. sudorem infirmis. fontē lateris īmundis. lachrymas ꝑditis. discipulo matrē. sumorit cyrenco crucē. paradisum latroni. aīam patri. vitā morti. Itē quidā de verbis. Bern. quedā accipiēs ꝛ addēs ait. Vere largus ē ille dispēsator qui carnē suā dedit in cibū. ꝛ sanguinē in potū. aīaꝫ in preciū. vulnera in remediū. brachia in refugiū. crucē in clipeum. cor in amoris indiciū. aquā in balneū. sudorē in medicamentū. clauos in salsamentū. spineā coronā in ornamentū. verba in documētū. vitā ꝛ mortē vtrūq̄ꝫ in exemplū. Hi sunt duodecim fructꝰ ligni vite. Apoc.xxij. Et xij. panes in mensa propositionis.

DIS. XVII.

Sexto circa ipsaꝫ dñi passionē ↄsiderandū ē acerbitas dolorosa. ꝛ doloris īmensitas excessiua. Jere.viij. Dolor meꝰ sup dolorē in me cor meū merēs. Tren.j. O vos oēs qui trāsitis ꝑ viā attendite ꝛ videte si est dolor similis sicut dolor meus. Apparet autē maximus ꝛ grauissimus fuisse dolor iste multiplici ratione. Primo quidem fuit dolor passionis christi grauissimus rōne personalis conditionis. Scđo rōne cōplexionis. Tertio rōne diffusionis. Quarto ratione ꝑcognitionis. Quinto ratione sepationis. Sexto ratiōe paruipensionis. Prīo quidē fuit dolor acerbissimꝰ ratiōe cōditiōis ꝑsone. ꝛ ecōtra passionis inflicte. videlicet q̄ tam magnus nobilis ꝛ excellēs tractaret tam viliter. tā pius tam crudeliter taꝫ innocēs tam duriter. tātus amator tā hostiliter. tā volūtarie se offerens taꝫ violenter. De quo vide supra vbi agit de passione ꝑ cōparationeꝫ ad ꝑsonā patientis. Scđo fuit dolor grauissimꝰ rōne cōplexionis nobilissime. Quanto enī cōplexio melior ꝛ caro magis a corruptione remota. tanto pugna est durior. dissolutio grauior. ꝛ angustia maior. Cū igit in dño ihesu christo caro fuerit mūdior ꝛ viuacior ꝛ a corruptione peccati prorsus immunis. ꝛ cōplexio conuenientior q̄ꝫ in ceteris hominibus. Iō maior fuit sensus doloris in eius lesione. maior doloris violentia. ꝛ vehemētior angustia passionis propter qđ ad ↄsiderationē huiꝰ doloris īuitat dicēs Tren.j. O vos oēs q̄ trāsitis ꝛc. Et īfra. Attēdite vniuersi populi ꝛ videte dolorē meū. Tertio dolor dñice passionis fuit grauissimꝰ rōne diffusionis: qꝛ passio fuit generaliter ī oībꝰ mēbris eius. nō enī habuit dolorē ꝑticularē in vnico solū membroꝝ sed dolor vehemētissimꝰ se trāsfudit ꝑ oēs eius artꝰ. ꝛ ꝑ totū corpꝰ. Vulneratꝰ ē. n. in locis vbi vene ꝛ nerui totꝰ corporis ↄueniunt. s. in manibꝰ ꝛ pedibꝰ ꝛ corde. q̄bus disruptis sanguis de toto corpore effusus est ꝛ dolor per totū corpus diffusus. Cui competit qđ dicitur Jere.x. tabernaculū meum vastatum est. i. corpus omnes eniꝫ funiculi eius disrupti sunt. funiculi vene ꝛ nerui sunt in signum huius generalis doloris cum oīa membra eius fuissent passiōe afflicta. sola lingua videbat immunis derelicta. Iō q̄ꝫ cito fel ꝛ acetū lingua degustauit. statim ↄsūmatū est ꝓclamauit. ꝛ spūm inclinato capite emisit. Quarto fuit dolor grauissimꝰ rōne ꝑcognitiōis aptissime. ꝑcognouit enī xp̄s quātus eēt dolor future passiōis ꝛ mortis. cuiꝰ appropinquātis imaginatio vsq̄ꝫ ad sudorē sanguineū eū artauit. nō enī bibit passiōis calicē oculis clausis vt nō ꝑuideret īternā amaritudinē. vt faciūt q̄ mortē nō timēt. q̄ angustias eiꝰ nō vidēt: sed visuꝫ exhorruit cū ꝓ salute nr̄a bibit. Quinto fuit dolor acerbissimꝰ rōne sepationis amarissime. q̄ꝫto enī aliqua duo magis sibiuinicē copulant tāto cū maiori dolore ꝛ non nisi maiori violētia sepant. Cū igit maiori ꝛ fortiori vinculo nālis amoris corpꝰ ꝛ aīa in xp̄o plusq̄ꝫ in ceteris hoībꝰ fuerint copulata. maior ꝛ vehemētior fuit dolor in sepatiōe Videmꝰ sensibiliter q̄ q̄ꝫto q̄s hꝫ vxorē magis dilectā ꝓptꝰ obedientē sibi ꝛ meliꝰ seruientē ꝛ ad nutū suū oīa facientē. tāto magis dolet de morte eiꝰ vł sepatōe sui. dñs ihesus xp̄s hūs carnē omnino subiectā spiritui. ꝛ sup oēs hoīes obedientē ei. sup oēs ꝓ sepatiōe eius dolere debuit. nisi qꝛ dolorē illiꝰ minuit ꝛ detinuit ineffabilis eiꝰ pietas ꝛ amor nr̄e salutis. Sexto fuit dolor passiōis acerbissimus rōne paruipēsiōis ingratissime. cui tūc ingrati fuerūt iudei ꝛ sunt adhuc hodie xp̄iani. Videbat q̄dē manifeste igratitudineꝫ iudeoꝝ quos ab ergastulo egypti liberauerat. mare transduxerat. māna pauerat. legē docuerat. in colūna ꝓcesserat hostes eoꝝ ꝓstrauerat. terrā optimā eis dederat. ꝓphetas eis miserat. ꝛ post multa alia beneficia. Ad ↄplemētū aūt oīuꝫ ipse ad salutem eoꝝ saluator hoīuꝫ venerat. Post p̄dicatiōis eius īstructionē. post ꝑfectiōis vite demōstrationē. post regni celestis expositionē. post miraculoꝝ

tantā choruscationē post infirmitatū suaꝝ tātā curationē post sa cramentoꝝ salutis tam salutarē institutionē: manus sacrilegas in eū proiciētes ceperūt: ligauerūt: illuserūt: flagellauerūt: dānauerunt: crucifixerūt: ⁊ occiderūt. Iere.xviij. Nunqd redditur ꝓ bono malū. q̄a retribuūt mihi mala ꝓ bonis sterili.aīe mee. Glo.ibi. Ego attuli fecūditatē: illi reddebāt sterilitatē. ego honores: ipsi cōtumelias ⁊ ego medicinas: ⁊ ipsi vulnera. ego vitā: ⁊ ipsi mortē intulerūt. Maxime aūt doluit ꝓ ingratitudine ppli christiani ꝓ quo maiora facturus erat q̄ꝫ ꝓuidebat. q̄b⁹ daturus legis noue documēta grē sacramēta. virtutū ornamēta: salutis munimēta: tot ꝓbitatis ⁊ scitatis exēpla ꝓ q̄b⁹ effodit tot viscera mīe: tot fluēta grē: q̄bus dedit tot refugia pugne tantā spē venie tot aperuit semitas iustitie: tot ostendit signa amicitie: tot remouit īpedimēta glorie: tot dedit solatia pñtis miserie: tot cōtulit ad victoriā laboris pñie: tot cooperantia future corone. Cōtra ingratitudinē christianoꝝ maxime circa bñficiū dñice passionis pōt dici illud Bern. O bone ihesu q̄ꝫ dulciter cū hoīb⁹ ꝯuersatus es: q̄ꝫ magna ⁊ abūdāter eis largitus es. q̄ꝫ dura ⁊ aspera ꝓ eis passus es. dura verba: duriora verbera: durissima ⁊ horrēdissima crucis tormēta. Idē. Nō valuit opus suū reparare nisi cū ista difficultate: valuit q̄dē: sed maluit cū iniuria sui ne odiosū vitiū ingratitudinis vltra in hoīe repiret: sed vt mlte dilectiōis debitorē hoīez faceret: cōmoueretq̄ ad grāꝝ actionē: quē min⁹ fecerat grati felicitas creatiōis. vbi dixit ⁊ facta sunt: mādauit ⁊ creata sunt. Idē. Sub spinato capite non debet corpus luxuriare ego coronā spineā. ⁊ tu in capite habes sertū de florib⁹. ego clauos dextros: ⁊ tu cyrothecas habes in manib⁹. tu in albis vestibus tripudias: ⁊ ego in albis vestib⁹ ab herode fui derisus tu tripudias cū pedib⁹: ⁊ ego laboraui ꝓ te clauis defixis in pedibus. ego habui ꝓ ꝓ te brachia extēsa ad crucis patibulū: tu in choreis ad modū crucis brachia extendis in meū opprobriū. ego in cruce dolui ⁊ tu in choreis exultas: tu habes latus apertū ⁊ pectus in signū inanis glie ⁊ luxurie: ⁊ ego ꝓ te latus fossuz habui mucrone dure lancee. verūtñ reuertere ad me dicit dñs: ⁊ ego recipiā te. Idē Bern. Respice oculo mētali o hō quāto remunerationis debito astringaris dño patiēti ꝓ te. Respice sanguineū sudorē: alapatū cōtumeliā: flagelloꝝ instantiā: coronā spineā. sputa: ludibria. crucis angariā: ⁊ patibuli suspendiū. oculos languidos: oris pallorē: fellita cibaria. acida pocula: caput inclinatū: geniculatiōes: irrisiones: titulū famosū: sortē vestimētoꝝ: geminatū crucifige. Et q̄d plura: vilissimū mortis supplicium ꝓbra nephādissima. Idē. Hic ꝓfudit saluator nr̄ totū⁹ sue charitatis ꝓfluuiū: ⁊ totius pietatis sue plenitudinē. hic ꝓfudit totius incōprehēsibilis ire sue indignationē. nihil est vñ magis appareat ꝙ ingrati sunt: q̄ꝫ q̄ tante grē ingrati existūt. Iō of Eccl.xxix. Grām fideiussoris ne obliuiscaris. dedit enī aīaz suā ꝓ te. Inde g̃ tanti negociatoris dolor est maxim⁹: ꝙ impreciabilis eius sanguis ab ingratis ita turpiter vilipendit: imo viliter ꝯculcat: ⁊ nō solum nō recognoscit: verūetiam iniquis operibus impugnat: hoc etiaz dolorē eius nimis exagerat: ꝙ de tam preciosis suis mercibus fructum tā modicū reportauit.

De deuotione cōpatientiū christo. DIS.XVIII.

Septimo circa dñi passionē ꝯsideranda est cōpatientiū christo deuotio viscerosa. Multū mouere solet ad fletū ī aliquo funere vox lamētantiū ⁊ merētiū. Sic a nobis debēt lachrymas extorquere ⁊ cordiū nostroꝝ duritiā penetrare. Primo cōpassio pia fideliū q̄ presentes in passiōe fuerūt. Secūdo etiā aliquoꝝ infideliū seu gentiliū q̄ affuerūt. Tertio cōpassio angeloꝝ. Quarto cōpassio scōꝝ q̄ a mortuis resurrexerūt. Quinto ꝓphetaꝝ q̄ ꝑdixerūt. Sexto sanctoꝝ noui testamēti qui christū patientē nō viderūt. Septimo irrationabiliū creaturarū q̄ signa cōpassiōis aliqualiter ostēderūt. De passione fideliū dicit Bern. Expansis in cruce manib⁹ dedit risuz malignantib⁹ ⁊ fletū fidelibus: factusq̄ est q̄bus derisui: q̄ solus poterat esse terrori. Mouere aūt debet nos maxime istoꝝ ꝓ ꝯpietas cōpassionis: sc; b. marie matris dñi. Beati petri apl̄i. latronis dextri. ioseph ⁊ nichodemi: mulierū sequentiū mulierū ad monumētū venientiū: ⁊ ꝑcipue beate marie magdalene. Cuius aūt pect⁹ ferreū nō vageat: cor saxeū nō emolliat: mētē nō ꝯcutiat: viscera nō cōmoueat: cōmotio viscerū tuoꝝ ⁊ effusio lachrymaꝝ. O dulcissima dña. O mr̄ miaꝝ pijssima. O maria benignissima: q̄s aūt oculos tuos cerneres ꝓlētuā tā nobilē pati tā ignobiliter: tā pia tā impie: taz mansuetā ⁊ innocētē: tā dira atq̄ dura: q̄s possit digne cogitare: vł lingua exprimere q̄ꝫ maxim⁹ fuit dolor tuus: q̄ꝫ profunda credanī esse tua suspiria: amarissimus gemitus: imēsi cordis tui rugit⁹: inundatissimi lachrymaꝝ tuaꝝ fluctus: vehemētissime angustie: singultus violentissimi viscerū tuoꝝ dimissiue: q̄n iuxta iusti symeonis vaticiniū passionis christi gladius acutissim⁹ tua viscera penetrauit: mors ei⁹ amarissima tuam ipsi⁹ animā trāsuerberauit. O q̄ꝫ accumulauit sup te q te opprimeret cōpassionis vehemētiā: ⁊ q̄ꝫ pturiētis angustiā de⁹. ⁊ q̄ te letā ⁊ ab oī angustia īmunē in partu tuo virgineo effecit: ⁊ de te deus ⁊ hō natus te sup parturiētis angustiā dolor ei⁹ affecit: q̄n corā ocul' tuis bñdict⁹ fruct⁹ vētris tui passus crucifixus ⁊ occisus est: vt merito posses dicere q̄ꝺ dicebat illa vetus noemi quondā Ruth.j. Nolite me vocare noemi.i. pulchrā: sꝫ vocate me mara: q꞉ amaritudine valde repleuit me oīpotēs. Credo veraciter ꝙ ex passiōis vehemētia fuisset mortua. nisi spes certa propinque resurrectiōis eius dolorē refrenasset. Cōtritio etiā btī petri: ⁊ passionis christi cōpassio ⁊ luct⁹ ei⁹ amarissim⁹ ad cōpassionē ⁊ fletū nos debet ꝓuocare. quē oculi dñi lucidiores sole respiciētes illuminauerūt: vt petrꝰ trine negationis sue aduerteret erubesceret ⁊ doleret: ⁊ vt regē glie tā ignominiose ⁊ dura pati attenderet: ⁊ ei cōdoleret. Glo. Dñs inter flagella petrū lachrymantē oculo mie respexit. q̄n dixit: Plus doleo de pctō tuo q̄ꝫ de meo flagello. vnde q̄si si ei⁹ passionē aspicē nō valeret foras exiuit: vt habenas lachrymis liberi⁹ laxaret. nec solū foras exiit: imo etiā in spelūca se inclusit vbi ab amaritudine fletus nō cessauit vsquequo eū dñs resurgēs ⁊ apparēs ꝯfortauit. Vñ dicit magister Petr⁹ comestor: ⁊ legit' in clemēti itinerario: ꝙ audito gallicātu petr⁹ semp ad orationē solebat surgere ⁊ recolere suā negationē: ⁊ dñi passionez lachrymas vberrime effundē. Tertio q̄s nō stupeat dextri latronis tantā fidei illuminationē ⁊ firmitatē: vbi viso dño in tāto passionis discrimīe oīa celi luminaria excepta btā virgine a firmamēto fidei ceciderūt. Quē nō moueat eiusdē regis celestis recognitio ⁊ ad eū ꝯuersio: ⁊ ei⁹ adhesio: q̄n sui relicto eo fugierūt: Quem nō pietatis viscerib⁹ emolliat eiusdē defensio dñi ⁊ iustificatio ⁊ sui accusatio: cū dicēt ei q̄ a sinistris dñi blasphemabat: Neq̄ tu deū times cū ī eadē dānatiōe sis. ⁊ nos q̄dē iuste nā digna factis recipim⁹ hic vō nihil mali gessit: Quē nō moueat pia ad deū ꝯuersio ⁊ humilis ⁊ deuota supplicatio ei⁹ ⁊ petitio dicēt': Memēto mei dñe cū veneris in regnū tuū. Quarta cōpassio fuit filiarum hierusalē. Quis christian⁹ nō lamētet' cū lamētātib⁹: ⁊ fleat cū flētib⁹ filiab⁹ hierusalē: si cordis gressib⁹ sequat' cū sequētib⁹ dei filiū ꝓ suis peccatis ductū ad ignominiosiz crucis suspēdiū. Quīto cōpassi oñs ioseph ⁊ nicodem⁹. Quis enī nō moueat' q̄ recogitet cū q̄nta audacia ⁊ instātia ille ioseph decurio nobilis corp⁹ ihesu a pilato petierit. ⁊ cū q̄nta cordis leticia mun⁹ illi⁹ nobilis funeris sibi datū accepit. cū q̄nta deuotiōe credēdū est ꝙ illud corp⁹ dñicū de patibulo deposuerit. cū q̄ꝫ charis amplexib⁹ illud deportauerit. q̄ꝫ reuerent' tractauerit illud dei tēplū. q̄ꝫ dulciter osculat⁹ fuisse credēdus ē illud dei sāctuariū. q̄ntis lachrymis asꝑsisse credit': ⁊ lauisse loca vulnerū. cū q̄nta diligētia credit' abstersisse ⁊ retinuisse stillas ⁊ asꝑsiones sanguinū ei⁹. cū q̄nta pietate credit' asꝑsisse liuores flagelloꝝ. cū q̄nta deuotiōe ligasse: in mūdo syndone inuoluisse: ⁊ in nouo sepulchro posuisse. De quo Ansel. Utinā cū felice ioseph dñm meū de cruce deposuissem: aromatib⁹ cōdidissem: in sepulchro collocassem: aut saltē ꝑsecut⁹ essem: vt tāto funeri nō deesset aliq̄d officij mei. Quis cogitet cū q̄nta deuotiōe nicodem⁹ tot libras myrrhe ⁊ aloes attulit: quib⁹ corp⁹ q̄ꝺ tot passiōes ptulerat nō sine multa lachrymaruz admixtiōe liniuit vt estimo. Sexto int' fideles cōpassi sunt dño amici ei⁹ ⁊ noti q̄ a lōge stabant: ⁊ passionē ei⁹ cernebāt: q꞉ forsitan pre dolore passionē ei⁹ cernere deprope nō valebāt. q̄nto pie credi ꝑt pietatis signa ostēdisse. ⁊ lachrymarū fluēta visa ei⁹ passiōe effudisse: ⁊ ei⁹ vulnerib⁹ infūdisse: ⁊ ei⁹ sāguini admiscuisse. quot lamēta plāctus ⁊ gemit⁹ in ei⁹ exequijs ⁊ sepultura ingeminasse ⁊ inculcasse credant'. Ansel. O benignissime ⁊ suauissime dñe ⁊ serenissime: q̄n restaurabis mihi q꞉ carnis nō vidi tue passionē: q꞉ nō sum deosculatus loca vulnerū: fixuras clauoꝝ: q꞉ nō vidi illā beatā tue carnis incorruptionē: q꞉ non respersi lachrymis cicatrices veri corporis testes. Septimo fuit piarū cōpassio mariarū: q̄ parauerūt aromatica vnguēta vt deliniret dñi ihesu noua vulnera. q̄rū cōpassio ꝑpēdi pōt ex vehemētia amoris. q̄ oīa reliq̄rūt: patriā familiā ⁊ domū ꝓpriā ꝓpter ihesū: vt audire possent sermōis ei⁹ dulcedinē: vidē possent ꝯuersatiōis ei⁹ pulchritudinē: ⁊ operū ei⁹ mā suetudinē: miraculoꝝ ei⁹ multitudinē. Et seq̄bant' eū ministrātes de facultatib⁹ suis: vt ꝯseq̄rent' p ei⁹ ministeriū mie sue mā suetudinē: ⁊ gratie plenitudine. Et q̄nto maior erat ad eum dilectio: tāto maior in passione ei⁹ erat doloris accumulatio. Pꝫ etiā eoꝝ pia cōpassio ex sepulchri ei⁹ crebra visitatiōe ex passiōis inspectiōe in vnguētoꝝ deportatiōe: ex tpis ꝯsideratiōe ⁊ loci. vbi q̄n īuenerūt ex diligēti dñi

inq̄sitiōe ex pedū eius adoratiōe ⁊ detētiōe. Illa aūt btā peccatrix q̄ p̄ ceteris factā in se magnā miām dei sciebat: p̄ ceteris ardebat: ⁊ p̄ ceteris incōsolabiliť flebat. Fm q̄ tangit Ansel. Quis enī explicet o btā sponsa dei q̄z benigna familiaritate ⁊ familiari benignitate: cui⁹ amore flagrabas: quē ad monumētū flebas q̄rēdo ⁊ flēdo q̄rebas: ipse te quā ↄsolari venerat magis attēdebat ipse se vidēn celabat: ⁊ se nō vidēti se ondit: cū quē q̄reres ⁊ cur fleres q̄rebat. O dulcissime dn̄e cur q̄ris. Quid ploras: nōne viderat te cor suū dulcē vitā aīe sue crudeliter mactari: quodā ligno expēdi clauis ferreis affigi velut latronē ad ludibriū ipiorū suspēdi ⁊ occidi ⁊ q̄r nequerat iuuare ne te occiderēt: volebat corp⁹ tuū diu fuare vnguētis ne putresceret: vt saltē mortuū diu flere posset: ⁊ cū corpus ipsū q̄ gaudebat sibi dimissū credit amissū: ⁊ tu q̄ris mulier cur ploras. O singulare gaudiū ei⁹ cur ↄcitas dolorē eius: nō enī ignorabas amorē quē īspirabas: s3 o bone dn̄e mgr̄ benigne: ecce fidelis ancilla ecce discipula tua nuprime redēpta tuo sanguine: ecce desiderio tui anxiat ⁊ estuat circūspicit ⁊ īterrogat: ⁊ nusq̄z apparet quē desiderat displicet ei q̄cq̄d videt: q̄r te solū quē aspicit nō videt ⁊ tu q̄ris q̄d ploret. Scōm gen⁹ cōpatiētiū fuit ipsa crudelitas īfideliū crucifigētiū. clamat eo moriēte cēturio eū esse dei filiū ⁊ vere fuisse iustū: turba circūspiciētiū eo moriēte pectora sua percutiūt ⁊ recedūt: q̄ aliorū crura frāgūt vidētes eū mortuū os ei⁹ nō cōminuūt. Tertiū gen⁹ cōpatiētiū fuit multitudo celestiū angelorū. O quātā ⁊ q̄z piā cōpassionē de rege celorū ⁊ dn̄o habuit celestis āgel⁹ q̄ eo ī agonia facto de celo descēdit ⁊ ei assistit: ⁊ pietatis fontē ⁊ deū toti⁹ ↄsolatiōis ↄfortauit. O quāta fuit btōrū angelorū circa dn̄m suū deuotio ⁊ pia cōpassio. quāta circa ei⁹ aduersarios eorūdē īdignatio cū eorū voces vt in euāgelio nazareorū legiť. Et idē scribit iosephus et legiť in .xix. li. de bello iudaico ī tertia pte eiusdē libri de signis euersiōis hierlm. Audite fuerūt voces dicētiū. transeam⁹ ab his sedib⁹ ⁊ eos quos prius cū tāta diligētia custodierūt. sacrilegos ⁊ vere excōicatos reliq̄rūt ⁊ q̄ prius erāt eorū defēsores ⁊ ppugnatores facti sūt eorū psecutores: extūc vt dr̄ btūs michael q̄ princeps ⁊ dux erat iudeorū fact⁹ est princeps militie christianorū: ⁊ ppositꝰ ecclie: q̄ prius erat synagoge. Quartū gen⁹ cōpatiētiū fuit multitudo scōrū mortuorū quorū multa corpa surrexerūt: ⁊ de ei⁹ passiōe ⁊ resurrectiōe testimoniū viuis phibuerūt. Quintū gen⁹ est pphetarū btōrū q̄ aduētu dn̄i pdixerūt: q̄ ⁊ si corpali p̄ntia passionē dn̄i nō viderūt tū pphetali spū puiderūt ⁊ pdixerūt. Que enī lingua exprimē bn̄ sufficit cōpassiōes eorū circa christū passū ⁊ acta pia cātica: ⁊ ludibria carmina vba fletus ⁊ planct⁹ ⁊ lamētatiōes ad passionē christi ptīnētia q̄ ipi pdixerūt: ⁊ scripta reliq̄rūt. vt Dauid: Isaias: Jeremias Ezechiel. Daniel: Job ⁊ alij. Sextū genus est cōpassio scōrū martyrū ↄfessorū ⁊ virginū: q̄ ⁊ si passiōis christi tpe nō fuerūt: nec eam oculis corporeis viderūt: tn̄ de ea audiētes: ⁊ eā in pphetijs ⁊ euāgelijs legētes: ⁊ mēte eā recolētes p effuso christi sanguine lachrymas īnumerabiles effuderūt mūdi solatia ⁊ pspa spreuerūt: possessiones huius tpis ad passionis eius memoriā ↄtēpserūt: aduersa q̄q̄ ad passiōis memoriā ↄfecta pati elegerūt: ⁊ ea amore eius tāq̄ colligentes de spinis vuas. ⁊ de tribulis ficus dulcia sepitauerūt. Septimū genus cōpatientiū christo fuit in passiōe eius multitudo irrationabiliū creaturarū. Sol enī patiēte dn̄o obscurať: aer obtenebrať: velū tēpli scindiť supliminare tēpli finditur: lapides scissi sūt monumēta apta sunt: mortui surrexerūt: cōmotis igiť creaturis irrationabilibus p dn̄o passo: quō nō cōmouebiť rōnalis creatura pro qua terra tremuit: creator patitur.

¶ De vtilitate passionis dn̄i. DIS. XIX.

Octauo circa dn̄i passionem ↄsideranda finaliter occurrit eius vtilitas copiosa: q̄ l3 pp̄ter īmēsitatē sui nec verbis explicari: nec hūana possit intelligentia cōprehendi. pauca tn̄ ad deuotionē fideliū excitandā breuiter percurrendo dicam⁹: q̄ passio saluatoris reuocat oberrātes: reuertentes viuificat: puocat torpescentes: penitētes pacificat: intellectū illuminat ⁊ allicit ad amorē: oīum culpā eliminat ⁊ afficit ad dulcorē. In aduersis examinat ⁊ thesauros amplificat oēs hostes extermīat: ⁊ in celis glorificat. Isti sunt duodecim fructus dn̄ice passiōis: ad quos oēs alij reduci pn̄t. Primo christ⁹ sua passiōe reuocat oberrantes. Nā de carne sua suo scō sanguine rubricata fecit reclamatoriū ad reuocādū aues venaticas q̄ de manu nobilis euolauit. Osee. xij. Effraym q̄si auis auolauit: q̄m nimis impinguata si nō redeat nec p voce reclamātis nec p reclamatorio ostendentis: dimittit eā diabolo. Prouer. j. Uocaui ⁊ renuistis: extēdi manū meā: ⁊ nō fuit q̄ aspiceret ⁊c. Sequiť. Ego quoq3 in interitu vestro ridebo. Isa. xliiij. Reuertere ad me: quoniā redemi te Hiere. iij. Reuertere ad me ⁊ ego suscipiā te. Hebre. xij. Accessistis ad sāguinē meli⁹ loq̄ntē q̄z abel. videte ne recuset loq̄ntē. Cū q̄dā cleric⁹ scholaris parisi⁹ multū eēt vitio carnis subdit⁹ ⁊ perastinaret penitētiā faciē: q̄dā nocte apparuit ei dn̄s in ea forma in q̄ crucifixus est ostēdēs vulnera sua cruētata dicēs: q̄ hec p petō suo pertulerat ⁊ eorū cicatrices retinuerat: ad corruos maxime. i. perastinatores faciēde penitētie ad faciēdā penitentiā aduocādos: ⁊ a pctō reuocandos. Qui ad hāc visionē mot⁹ religionē intrauit. q̄ vitā bono fine ↄsūmauit. Itē Mach. v. Ostēdebāt elephāti sāguinē vue ⁊ mori. i. christi: vt acuerēt eos in pliū. h̄ fuit acumē martyrū ad bn̄ agēdū pugnādū patiēdū. Aug. de simbolo. Antidotū christi crucifixi sāguine ↄfectū martyres christi biberūt ⁊ q̄ pri⁹ erāt ecclie psecutores ei⁹ facti sūt defensores. sāguinē ei⁹ biberūt: ⁊ p eo sāguinē suū fuderūt. Hiero ad Heliod. Licz puulus nepos ex collo tuo pēdeat: licz sparso crine scissis vestib⁹ vbera quib⁹ te nutriuit mr̄ ostēdat: licz ī limine pr̄ iaceat: p calcatū pge patrē: p calcatā pge mrē: et exēplo christi ad vexillū cruc̄ euola. h̄ gen⁹ pietatis puū est ī hac re eē crudelē. Qr̄ aūt ⁊ a malo reuocet ⁊ ad bonū puocat ostēdit exēplū btī eustachij: q̄ cū esset pagan⁹ ⁊ princeps militie romanorū venās in silua seq̄reť ceruū quēdā in grege ceruorū maiorē: cū eū a socijs elōgat⁹ stetit ceru⁹ ⁊ apparuit inter ei⁹ cornua dn̄s crucifix⁹ loquēs ei p os cerui. O placida q̄d me pseqūris: ego enī sū ihesus xp̄s. Et q̄ ipse eēt creator celi ⁊ t̄re dixit ei ⁊ fidei articlos docuit alios et q̄ faceret se baptisari cū vxore sua ⁊ filijs: ⁊ q̄ post⁹ ad eū rediret. Qui rediēs dixit h̄ vxori sue. q̄ dixit sibi ei se vidisse cōsimilē visionē. ideo baptisati sunt cū filijs suis. Sequēti die rediit ad venādū et, vbi viderat ceruū crucifixū videt iterū. Qui dixit eū nō ex fructu suo beatū eē: s3 oporteret eū multa sustinē pp̄ter deū: ⁊ q̄ eligeret vel tūc vel post. elegit tūc pati dūmodo daret patētiā ei. Moriunť in breui oēs serui ei⁹: ⁊ tota familia. possessiones diripiunť. nocte fugit cū vxore ⁊ filijs. paup intrat nauē. p naulo retineť ei⁹ vxor. ipse volēs trāsire fluuiū. altero trāsportato cū ad alterū puerorū suorū rediret: ⁊ eēt in medio fluminis: alterū rapit leo: alterū lup⁹. quos pastores eripiētes tradiderūt diuersis dn̄is tūc in eodē vico nutrili. Eustachi⁹ aūt p. xv. ānos in paupertate maria custodiuit agri cuiusdā hōis. Illa uero aūt mortuo vxor ei⁹ mūda est a dn̄o custodita. Cū aūt ingruerēt bella ↄtra romanū impatorē oēs clamāt q̄ si placidas q̄ noiat⁹ est eustachi⁹ in baptismate adesset: oēs vinceret barbaros. Cū āt p mūdū mittēt impator milites venīt ad locū vbi morabaf. Quos vt cognouit inuitauit eos ad quiescēdū ad domū dn̄i sui: ⁊ recolēs dignitatē flebat egrediēs. ⁊ lota facie redibat ⁊ seruiebat eis. Qui eū ↄsiderātes ⁊ cognoscētes a cicatricib⁹ ei⁹: amplexantur eū: ducūt eū ad impatorē: ⁊ filios suos p tyronib⁹ quos venustas forma indicabat. vincit hostes. filios suos habuit socios ⁊ charissimos pp̄ter pbitatē ⁊ nālē strēnuitatē. Cū aūt nutu dei venisset p̄ cū filijs ad domū dn̄i sui vbi vxor ei⁹ hospitabaf: iunior frat incepit q̄re in horto vbi erāt a frē suo vnde eēt. q̄ retulit ei q̄ nesciebat aliud nisi q̄ pr̄ suus princeps militū sic cū mr̄e sua de roma egressus fugit: ⁊ oīa de pcessu vie alteri narrauit quō teruerit recolebat alter pſitēs osculat⁹ est eū dicēs p deū ait audi frat me⁹ es. Mr̄ hec audiens ⁊ admirās rogat eos vt faciam eā loq̄ cū principe suo. ad quē cū adducta eēt notās cū cognouit eū. rogans flētis genib⁹ vt diceret si eēt placidas. Agnoscūt se mutuo. q̄rūt de pueris. Cū eūt dicit q̄d actū eēt: dicit illa q̄ audierat a iuuenib⁹ dictis. q̄ mutuo se noscētes ⁊ narrātes oīa letificauerūt totum exercitū. reducunť de victorie loco mortuo trāslato. Adrian⁹ impator audiēs eos christianos cū nollēt sacrificare idol̄ ⁊ eū dari leonib⁹ incolumes remanerēt fecit eos in boue ereo p q̄ttuor dies ↄcremari. ipsi aūt emissi inuenti sunt integri. nec eorū capillus adustus est. ⁊ hec oīa sustinuerūt propter ad dn̄ice passiōis cōmemorationē. Itē nota q̄ ad bonorū prouocationē ad bn̄faciēdū ⁊ reuocationē malorū a malo ponit crucifixus in medio ecclie. In hystoria tripti[ta] legiť q̄ ↄstātin⁹ crucis signū faciebat pferre suo exercitui plaboro. i. impiali signo: ⁊ militib⁹ pugnātib⁹ passiōis memoria robur daret. In hystoria an. Lāceā dn̄i quā inuenerūt diuina reuelatiōe sub altari scī petri: vbi ei dicit̄ occultasse in memoriā passiōis: vt alarent ad bene pugnādū deportabat ante oculos pugnantiū. Itē q̄ passio dn̄i a malo reuocet: ⁊ puocet ad bonū. poniť exēplū in historia antiochena: vbi dr̄ q̄ cū ciuitas antiochie diuino miraculo fuisset capta a christianis multi eorū cū mulierib⁹ saracenis peccātib⁹ sic sunt obsessi a turcis ⁊ tāta fame pgrauati: q̄ ipsi credebāt q̄ nullaten⁹ euadere possent tūc cuidā sacerdoti noie stephano in q̄dā ecclesia vigilāti ⁊ orāti flēti p morte sibi ⁊ alijs iminēti: apparuit dn̄s ihs christus sup oēm pulchritudinē speciosus: q̄rēs ab eo cām sui flet⁹. ⁊ cū ille eā ei

ꝑpter sui infinitatē & imēsitatē est incōprehēsibilis cuilibet creatu re. Nec equalit͛ etiā videbit͛. sed limpidius ab vno q̄ ab alio. Hec autē diuersitas erit nō ex pte dei visibilis. q2 ꝑpter suā summā sim plicitatē nō pōt videri q̄n totus videat͛. sed ex pte videntiū inquātū vna potētia magis erit pfecta lumine glorie q̄ alia pfectius opabi tur circa vnū & idē obiectū. sicut sol equaliter se representat oculis omniū videntiū. tñ nō oēs equaliter in illū aspiciūt sed alit͛ & aliter. scd̄m q̄ oculus est magis vel min⁹ dispositus ad videndū. Et ea dē l̄ra a diuersis legētib⁹ nō equaliter intelligit͛. sed vn⁹ subtilius apphēdit & pfundius eā intelligit q̄ alius q̄ diuersitas nō ex pte l̄re. sed ex pte legētiū dignoscit͛ ꝑuenire. Hec autē beata visio dr̄ immediata. q2 vr̄ diuina essentia a beatis sine medio deferēte. & si ne medio obnubilāte. nō tñ sine medio disponēte. Videbit͛ inq̄ si ne medio deferēte. In cognitione enī sensibiliū requirit͛ mediū de ferens sicut patet in visu & auditu. vbi reqrit͛ aer medius iter potē tiā & obiectū deferens speciē ab obiecto vsq̄ ad oculū vel aurē. vñ impedit͛ actus vidēdi. vel ꝑpter nimiā distātiā q̄n tāta est q̄ non pōt species visibilis deferri vsq̄ ad oculū. vel ꝑpter indistāniā. q2 obiectū visibile sup̄ oculū positū nō vr̄. Et sic p3 q̄ ad actū visionis requirit͛ mediū deferens. Sed in visione beata nō est mediū defe rens q2 nō est visio p distātiā sed p p̄sentiā. q2 deus vbiq̄ p̄sens ē p̄sentiā. etiā est intimior aīe q̄ ipsa sibi. Videbit͛ etiam sine me dio diuidēte vel separāte q̄d est culpa. sicut dr̄ Ysay. lix. Peccata vr̄a diuiserūt inter nos & deū nostrū. Itē sine medio obnubilante. sicut est mediū creature. q2 mediāte vestigio creature. manuducit͛ hō in cognitionē dei. Sicut habet͛. Ro. i. Inuisibilia dei a creatu ra mūdi. i. ab hoīe p ea q̄ facta sunt intellecta conspiciunt͛. Itē sine medio figure. quo medio patriarche & ꝑphete manuducebantur. & manuducebāt antiquitus in cognitionē diuinoꝝ. Sicut ait Apo stolus. i. corin. x. Oīa in figura cōtingebāt illis. Itē sine medio scri pture. Ibi enim nō idigēt beati ad cognoscēdū deū rationib⁹ phōꝝ nec auctoritatib⁹ scripturaꝝ nec testimoniis sanctoꝝ. i. cori. xiij. siue ꝑphetie euacuabunt͛ siue lingue cessabūt. siue sciētia destrue tur. Itē sine medio fidei. Videm⁹ enim p speculū in enigmate. tūc autē facie ad faciē. Cū autē venerit q̄d pfectū est. euacuabit͛ q̄d ex parte est. Auferet͛ enī oē enigma & oīs obscuritas. Euacuabit͛ etiā fides. q2 fides est nō apparētiū. Fidei autē q̄ nūc est succedit visio manifesta. Nūc enim sumus in tenebris. ibi aūt i lumine claritatꝭ. Et hoc est mediū disponēs ad visionē dei. de quo dictū est q̄ de⁹ nō vr̄ sine medio disponēte. Vñ ps̄. ait. In lumine tuo videbimus lumē. id est in lumine glorie. videbim⁹ lumē diuinitatis tue. Hoc ē lumē viuificās clarificās. simplificās. ac p hoc deiformē efficiēs. & deo assimilans. Vñ. i. Joh. iij. Charissimi nūc filij dei sum⁹. s3 nō dū apparuit q̄d erim⁹ cū autē apparuerit. similes ei erim⁹. q2 vide bim⁹ eū sicuti est. Hoc aūt sciēdū. q̄ deū videbim⁹ in se. & deū i no bis. & nos i deo. deū in singulis creaturis & creaturas i deo. Cogno scere deū i se. i. i essentia sua. vocat͛ cognitio meridiana. Cognosce re creaturas i vbo. dr̄ cognitio matutina. Cognoscere vero creatu ras in se id est in ꝑprio genere appellat͛ cognitio vespertina. Attēdē dū est etiā q̄ aīe beate vidēdo deū simul & semel & vnica visione. vi dent oīa q̄ sunt eis necessaria ad integritatē beatitudinis. Alia ve ro nō vidēt nisi quātū & q̄n & q̄do placet ei reuelare. q2 claritas ei⁹ i speculū nō reluceret in eo species id est idee omniū fiēdoꝝ. sed spe culū est volūtariū. Ideo aliq̄ reuelat. aliq̄ nō. & q̄dā vni. q̄ nō alij. q̄ dā vno t̄pe q̄ nō alio. & hoc scd̄m suū b̄nplacitū volūtatis nulla tñ mutatione vicissitudinis i se facta. Aie quoq̄ beate sūt q̄dā specu la spūalia ad modū speculi diuinā i se recipiētia claritatē. vñ quē admodū mālī sole i sua maxīa virtute lucēte radiosq̄ suos p spe culū solidū de calibe politū & tersū. ꝑpēdicularit͛ emittēte. Tūc i speculū i se recipit similitudinē solaris luminis. itātū vt alt͛ sol cōtuē tib⁹ videat͛. & q̄ tale videt speculū. solēq̄ videt. tātaq̄ claritatꝭ effu dit͛ vt null⁹ sufferre possit aspect⁹. s3 reuerberat⁹ nimietate luminis obtūdat͛. Sic & multofortī⁹ i aiab⁹ beatis q̄ sūt specularis nitē vt di cti ē cōiecturare debem⁹. Ex influētia enī illi⁹ icōmutabilis & icōpre hēsibilis claritatꝭ recipiūt radios luminosos nō solū i supficie sic māle speculū recipit radios solares. s3 i itimis suis. vt eis totalit͛ pe netrent͛. & sic oīno dei formes effecte. i eādē imaginē trāsforment͛. Q̄d ē v͛tute cōtēplatiōis quodāmō ichoat͛ i via. sic ait Apl̄s. ij. cor. iij. Nos aūt gl̄iā dn̄i speculātes i eandē imaginē trāsformamur a claritate i claritatē tāq̄ a dn̄i spū. S3 q̄ h̄ fit ꝑfecte ieffabilit͛ i glo ria cōsumat͛. Exēplū grossum & māle potes h̄ aliqlit͛ adaptare. De ferro ignito q̄d ab ignis virtute totū vndiq̄ vsq̄ ad intima pene trat͛. & adeo indiuisa sunt ignis & ferrū. vt q̄ videt ferrū ignē vide re se videat. plusq̄ ferrū. & sic a natura sua imutari videt͛. & in pro prietates ignis mirabiliter transformari vt actionis ignis & speciē plus videat͛ assūpsisse q̄ ferri. Secūda dos aīe est fruitio seu de lectatio. Est āt delectatio sic ait Aug. xiij. de ci. dei. cōiūctio cōueniē tis cū cōueniēti cū sensu eiusdē. In p̄ria aūt erit pfectissima cōiūctio aīe cuiuslibet cū deo. Cū igit͛ summa sit cōuenientia inter aīam & deū: summa erit ibi delectatio in deo & de deo. Ceterū cū tāta sit delecta tio in re adepta q̄nta ē res ipsa: & de⁹ sit infinitū īmēsū. ineffabile: & incōprehēsibile bonū delectatio quā h3 q̄libet aīa in deo est imēsa ineffabil͛ & incōprehēsibil͛ scd̄m capacitatē cuiuslibet aīe pfruētis. et eēt infinita si capacitas aīe posset cape infinitū. Est aūt differēter i diuersis nō ex pte subiecti fruibil͛ s3 ex pte fruētiū aīaꝝ. Nā bti q̄n to lumīe gl̄ie sunt pfecti⁹ illustrati & ipsa illustratiōe pfecti⁹ deifor mes effecti tāto diuinā eēntiā acuti⁹ cōtēplant͛. & in ipsa cōtēplatiōe ampli⁹ delectant͛. Hec ineffabil͛ & incōprehēsibil͛ delectatio q̄ frui tio nūcupat͛ inchoat͛ i dei clarissima visiōe. Jō tota btitudo q̄nq̄ dicit͛ cōsistē in visiōe. sic ait Aug. Visio ē tota merces. Et Joh. xvij. dicit saluator: Hec ē vita eīna vt cognoscāt te solū verū deū: & quē misisti ihesū christū. Nā diuine claritatꝭ imēsitas ipsa sua pulchri tudine virtualit͛ trahit. Et imēsa dulcedine rapit ad se oēm spm̄ cō tuentē vt a se deficiēs se toto ferat͛ in ipm̄ totusq̄ trāseat & trāsfe rat͛ in ipm̄ ac abysso incōprehēsibil͛ luci absorpt⁹: & quicq̄d creatū est in semetipm̄ oblit⁹ quodā ineffabili mō deificat⁹ ipsi⁹ dei pcor dijs itimetur. Vñ Aug. ait: Tāta ē pulchritudo iustitie: tāta iocū ditas luc͛ eīne. Hec est incōmutabil͛ veritatꝭ atq̄ sapiētie: vt etiā si nō liceāt ampli⁹ in ea manē q̄ vni⁹ diei mora: ꝑpter h̄ solū innume rabiles anni hui⁹ vite pleni delicijs in circūfluētia tpaliū bonoꝝ re cte meritoq̄ cōtēnerent͛. Et addit Bern. Cui cōparata oīs aliunde suauitas dolor est: oīs iocūditas meror. dē dulce amarū. oē decoꝝ fedū. oē quodcūq̄ aliud delectare posset molestū cū dei bonitas i infinitū excedat omnē aliā bonitatē. Idē quoq̄ Aug. ait in psona dei. Ego ero illis q̄cūq̄ ab hoīb⁹ honeste desiderant͛. vita: salus. vi ctus & copia. gl̄ia & honor: & pax & oīa bona. Sic enī erit ipse oīa in oīb⁹ ipe erit finis desideroꝝ nroꝝ: q̄ sine fine videbit͛ sine fastidio amabit͛. sine fatigatiōe laudabit͛. Vñ seipm̄ ꝑmittēs moysi dixit Exo. xxxiij. Ego ostēdā tibi oē bonū. Et sapiens puer. xj. Desideriū iustoꝝ oē bonū. Et idē x. Desideriū suū iustis dabit͛. Vñ tūc cōple bit͛ oē nostrū desideriū: & human⁹ oīno terminabit͛ appetit⁹. Ps̄. Satiabor cū apparuerit gl̄ia tua. Nec obstat quod dicit͛ Ecc̄i. xiij. Quis satiabit͛ vidēs gl̄iaz dei. q̄ñ nō erit ibi satietas q̄ fastidiū ge neret͛: s3 erit ibi satietas q̄ desideriū impleat͛. Sil͛ ergo est ibi satie tas & esuries. Satietas q̄dē ex abūdātissima plenitudine sūmi bo ni. esuries vō ex cōtinuato sp̄ desiderio fruitionis. Satietas q̄ tollit indigētiā: esuries autē excludit fastidiū. In h̄ enī differūt corpa. es delicie a spūalib⁹: q̄ corpales dū nō habent͛ graue in se desideriū accēdūt cū vō habite edunt͛. comedentē ꝑtin⁹ in fastidiū p satieta tē vtūt. S3 spūales dū nō habent͛ in fastidio sunt. cū vō habent͛ in desiderio: tātoq̄ a comedēte ampli⁹ esuriunt͛: q̄nto ab esuriēte am plius comedunt͛. Nā de visione q̄ bti angeli deū vidēt: dr̄ Mat. xviij. Angeli eoꝝ sp̄ vidēt faciē p̄ris. Et tñ sp̄ vidē desiderat. sic dr̄. i. Pe. i. In quē desiderāt angeli pspicē. Vñ ex maxīe deuotiōis spū dictū est: mirant͛ nec deficiūt: in illū quē ꝑspiciūt: ruunt͛ nec fasti diūt: quo frui magis fiuūt. Tertia dos aīe ē secura tētio. Tētio q̄dē ē. i. pfecta possessio sine amissiōe: & secura sine dubitatiōe. Neq̄ enī bti essent si deū amittē formidarēt. Ait aūt Ansel. in li. de similitu dinib⁹. Dico enī q̄ si illa bona celestia btūs aliq̄s pdidit⁹ ē: aut ipe nolet ea pdere sua spōte: aut de⁹ volet ei nolēti ea auferre: aut aliqs ali⁹ deo fortior superuenēs illa tollet ab ea. deo & illo nolēte. S3 cer te nec ipse abiecto tāto bono i miserias q̄s euasisse gaudio suo exul tabit decidē volet. Nec de⁹ q̄ illa tā larga & tā clemēti bonitate do nauit ei aliq̄n auferre volet. Nec vllus deo fortior superuenter qui deo iustū ꝑtegēte illi inuito aliq̄n⁹ ea tollet. Et sic p3 q̄ bti de sua eterna & imarcessibili gl̄ia sunt securi. Hec aūt securitas oēs alias btitudinis ptes q̄ nō pfecte p̄nt habē sine illa. cōfirmat: aīosq̄ bea toꝝ in maxima pacis tranquillitate quietat.

¶ De dotibus corporis.

Dotes corpoꝝ btoꝝ sunt q̄tuor videlicz claritas: ipassibili tas. subtilitas: & agilitas. Cū enī forma debeat ꝑportiona ri materie: in illo statu future resurrectiōis disponent͛ cor pora scd̄m exigētiā & decētiā aīaꝝ. Vñ sic corpora dānatoꝝ ex ordi natiōe diuina habebūt dispōnes eoꝝ miserie respōdētes. sic corpa btoꝝ habebūt dotes & ꝑprietates illi statui cōdecētes. Dānatoꝝ q̄dē corpora demeritꝭ eoꝝ exigētib⁹: & diuina iustitia h̄ agēte. erūt turpissima fedissima fetidissima: debilissima. & ponderosissima. vt ex eoꝝ vilissimis cōditiōib⁹ aīe dānatoꝝ desolabilit͛ pegrauent͛:

⁊ ex eoꝝ cruciatib⁹ eaꝝ miseria. ⁊ suppliciū augeat᷑. Corpa vo bea-
toꝝ habebūt ɔditiōes oīno ɔ̄nias sic miro mō ꝓportionatas bea-
titudini aīaꝝ. vt oīno sint eis subiecta. ⁊ ꝑfecte obediētia nullo mō
retardātia eas vel īpediētia vel ab actu glorie q̄nimo ineffabiliter
sublimabunt᷑ sup statū cuiuslibet corporee creature vt ex eoꝝ do-
tib⁹ gloriosis aīaꝝ beatitudo ampli⁹ augeat᷑. Preter h̄ aūt ꝙ aīa
beata corpi suo inseꝑabilit᷑ vniet᷑. vt forma īcorruptibilis in statu ī
corruptionis corpi suo eē incorruptibile tribuat ꝓpositiōe ex ɔ̄riis
nō obstāte h̄ eniꝫ ɔ̄iter ɔuenit tā reprobis ꝙ̄ beatis. Et vlteri⁹ ex
h̄ ꝙ aīa ad statū glorie sublimabit᷑ decēs erit. vt corp⁹ ei vniuī ad
talē gloriā q̄ tali corpori decēat. ⁊ ꝙ̄ ꝓportionale fiat aīe sublimet᷑.
Ad h̄ aūt ꝙ corp⁹ ꝑfecte sit subiectū aīe nec eā īpediat ab actu glo-
rie. q̄ttuor reqrunt᷑. Quoꝝ duo ꝑtinēt ad sensum. alia duo ꝑtinent
ad motū. Quo ad sensum enī necessariū est ꝙ corpus sit facile rece-
ptibile sensibiliū specieꝝ. ⁊ ad h̄ disponit claritas. Aliud ꝙ nō sit re-
ceptibile passionū ignobiliū. ⁊ ad h̄ disponit īpassibilitas. Quo ad
motū reqrunt᷑ duo. Vnū est ꝙ ꝑ inclinationē ɔ̄riā suo motori nō
resistāt. ad qd̄ disponit agilitas. Aliud est ꝙ a corpib⁹ extrinsecis
ꝑ q̄ mouet᷑ ei resistētia nulla fiat. ad qd̄ disponit subtilitas. De ori-
gine dotiū istaꝝ dicūt aliq̄ ꝙ erūt a deo ꝑ creationē. Alii ꝙ a deo n̄
ꝑ creationē. sꝫ mediāte beatitudine aīe ꝑ redūdātiā sꝫ aīe ī corpus
suū. sicut expsse vr̄ dicere Aug. ad dyoscoꝝ dicēs. tā potētē fecit de⁹
animā vt ei⁹ plenissima beatitudine q̄ ī fine tēpoꝝ sanctis ꝓmittit᷑
redūdet in īferiorē nāꝫ q̄ est corp⁹ nō beatitudo q̄ fruētis ⁊ itelli-
gētis ē ꝓpria. sꝫ plenitudo sanctitatis ⁊ īcorruptiōis vigor. Cir-
ca h̄ igit᷑ attēde diligēter. ⁊ subtilit᷑ intuere ꝙ sic aīa beata clarissi-
ma visione illi⁹ inaccessibilis lucis fruēs q̄dā spūali claritate reple-
bit᷑. ita ꝑ quādā redūdātiā ex aīa ī corp⁹ ipsiū suo mō claritatis
sibi cōpetētis gloria vestiet᷑. Vn̄ dicit apl̄us. j. corin. xv. Seminatur
corp⁹ ī ignobilitate surget in gloria. Quia corp⁹ nostrū nūc ē opa-
cū. nūc aūt erit claꝝ. Sicut ait apl̄us Ro. viij. Reformabit corp⁹ hu-
militatis nr̄e ɔfiguratū corpi claritatis sue. Et aduerte ꝙ cuꝫ aliq̄d
dicat᷑ claꝝ dupliciter. aut qꝛ purū. sic ē vitrum dr̄ claꝝ. vel aq̄ dr̄ clara.
Aut qꝛ lucidū sicut stella dr̄ clara. corpa glorificata vtroqꝫ mō sūt
clara id est pura ⁊ lucida. Perura q̄dē. sicut ait Greg. sup illō Job
xxviij. Nō adequabit᷑ ei auꝝ. Beatoꝝ eniū corpa sibiinuicē ⁊ clari-
tate fulgēt. ⁊ puritate trāslucēt ita ꝙ vniuscuiusqꝫ mētē ab alteri⁹
oculis mēbroꝝ corpulētia nō abscondet. sed patebit omniū oculis
ipsa etiā corpis armonia. Sicqꝫ vniusq̄sqꝫ erit ɔspicabilis alteri. sic
nūc nō pōt esse cōspicabilis sibipsi. Et aug. xxij. de ci. dei. Oīa mem-
bra ⁊ viscera incorruptibilis corpis q̄ nūc videm⁹ ꝑ vsus necessita-
tis varios distributa. qm nūc nō erit illa necessitas. sed plena. certa
secura. ⁊ sempiterna felicitas. ꝓficiēt laudib⁹ dei. Oēs q̄ppe q̄ nūc
latent armonie corpalis numeri. nō latebūt intrinsecus ⁊ extrinse-
cus ꝑ corpis cūcta mēbra dispositi. Lucida vo erūt corpa beato-
rū. Sicut ait dn̄s Math. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol ī regno pa-
tris eoꝝ. Nūc aīa fidelis oculos cordis aperiat ⁊ dilatato mentis
sinu cōsideret ineffabilē pulchritudinē corpoꝝ beatoꝝ. Fulgebunt
inq̄t sicut sol. Immo certe plusqꝫ sol nūc fulgeat. qꝛ fulgebūt sic sol
fulgebit post iudiciū recepta gloria sua id est imēsa pulchritudine
claritatis De q loquens Isa. xxx. ait. Erit lux lune sicut lux solis. ⁊
lux solis septēpliciter sicut lux septē dieꝝ. Claritas ergo corporuꝫ
beatoꝝ. excedet in septuplū modernā solaris luminis claritatē. Hoc
etiā sciēdū ꝙ corpora beatoꝝ nō equalit᷑ erūt clara. qꝛ cū eoꝝ clari-
tas causet᷑ ex redūdātia claritatis aīe ⁊ corpus suū quāto aīa ꝑfe-
ctius deū videt ⁊ ex diuina visione spūaliter fit clarior tāto corpus
eius maiori claritate refulget. Et hoc patēter insinuat apl̄s. j. corin.
xv. Alia claritas solis. Alia claritas lune. alia claritas stellaꝝ. Stel-
la eniꝫ a stella differt in claritate sic ⁊ resurrectio mortuoꝝ. Vides
igit᷑ aliqualit᷑ quāta sit claritas singuloꝝ corpoꝝ ex redūdātia aīa-
rū. Nūc vlterius cōsidera quāta erit ex redūdātia claritatis singu-
loꝝ in singulos. ⁊ vniuersoꝝ in oēs. Non est dubiū ꝙ quāto plura
sunt lumina tāto maior est eoꝝ refulgētia. Cū ergo in gloria innu-
merabilia sint futura corpora gloriosa ineffabili claritate radiātia
quātus erit fulgor omniū beatoꝝ in patria. Bene ergo dicit beat⁹
Iohēs Apoc. xxi. Ciuitas illa nō eget sole neqꝫ luna vt luceāt in ea.
Adhuc adde qd̄ ibidē ait. Nā claritas dei illuminabit eaꝫ. Spiri-
tualis quippe claritas diuinitatis illuminabit animas. ꝑm differē-
tias meritoꝝ. ⁊ xp̄i claritas corpalis illuminabit corpa beatorum.
Vnde sequit᷑. Et lucerna eius est agnus. Signū ꝓnosticū aliquale
⁊ q̄si vestigiū huius claritatis future. ondit xp̄e in sua trāsfigurati-
one Math. xvij. vbi dicit᷑ ꝙ resplenduit facies eius sicut sol. Si
tantā claritatē ostendit in corpore adhuc mortali. vt nullus eā sus-
tinere posset aspectus ꝓpter qd̄ ibi beati apl̄i ceciderunt in facies
suas stupefacti ī ebriati alienati ɔ̄tute pariter deficientes ⁊ sensu.
Vn̄ Petr⁹ incipiēs loq̄ nesciebat qd̄ diceret: quāta īmo ꝙ̄ ineffabi-
lis ⁊ inestimabil᷑ ⁊ inexcogitabil᷑ est claritas ei⁹ īmēsitas: quā nūc hꝫ
in corpe glioso ⁊ cōicatiōe sua liberali diffūdit ⁊ infūdit in electos.
Et si tāta sit futura glia claritatis in corporib⁹ proculdubio profusa
incōpabil erit claritas in btīssimis aīab⁹. Aīab⁹ etiā q̄ diuina visio-
ne fruet᷑ vltio sim ɔiuncta explet᷑ desideriū suū in oīb⁹ adimpletū.
Et qꝛ ex desiderio aīe mouet᷑ corpus ɔsequēs erit ꝙ corp⁹ spūi ad
nutū obediat in mouendo vn̄ dicit Aug. xxij. de ci. dei. ꝙ vbicūqꝫ
voluerit spūs illic ꝓtin⁹ erit ⁊ corp⁹. Et h̄ est qd̄ dicit Apl̄s Seminat᷑
corp⁹ in infirmitate: surget in virtute. Infirmitatē experimur ī corpe
qꝛ inualidū pōderosū: ⁊ graue īuenit᷑ ad cōplēdū desideriū aīe in
motib⁹ ⁊ actiōib⁹ q̄ voluerit imparare: q̄ infirmitas totalit᷑ auferet᷑ a
corpe ex virtute aīe deo ɔiuncte in corp⁹ ꝓpriū redūdāte. Erit aūt
in eis mot⁹ nō ꝓpter necessitatē cū nulla sit in eis indigētia: qꝛ nul-
lo indigē pūt q̄ deū habēt sꝫ ad virtutis demōstrationē. Sic ꝫ aīa
deo fruēs desideriū suū sentiet adimpletū quātū ad adeptionē ple-
nariā oīs boni ita ipletū erit ei⁹ desideriū quātū ad remotionē oīs
mali: qꝛ cū summo bono nullo mali pōt habē locū. Corpus igit᷑ ꝑfe-
ctū ꝑ aīam gliosā ꝓportionalit᷑ aīe totalit᷑ liberū ⁊ īmune erit ab oī
malo q̄ntū ad actū ⁊ quātū ad potentiā. Quātū ad actū q̄dē: qꝛ nulla
corruptio nulla deformitas: infirmitas: debilitas: vel defect⁹ rema-
nebit in eis. Quātū ad potentiā vo: qꝛ nō poterūt aliq̄d pati qd̄ sit
eis molestū vel qd̄ nullā inferat lesionē. ⁊ iō dicunt᷑ ipassibilia. q̄
tū impassibilitas nō excludit ab eis passionē q̄ est de rōne sensus.
Vtent᷑ enī sensib⁹ ꝑm ea q̄ incorruptiōis statui nō repugnant. Ad
hāc īpassibilitatē ostēdendā dicit Apl̄s. j. Cor. xv. Seminat᷑ corp⁹
in corruptiōe surget in incorruptiōe. Et iterū: Oportet corruptibile
h̄ induere incorruptionē ⁊ mortale h̄ induere īmortalitatē. Rur-
sus aīa deo fruens ꝑfectissime adherebit ei: ⁊ ei⁹ bonitatē ꝑticipa-
bit in summo: ꝑm ꝙ erit possibile capacitati sue. Sic etiā corp⁹ ei⁹ ꝑ-
fecte subdet᷑ aīe: ⁊ ei⁹ ꝓprietates ꝑticipabit q̄ntū erit possibile in ꝑ-
spicacitate sensus ⁊ ordinatiōe corporei appetit⁹: ⁊ oīmō omnī
perfectiōni nature. Nā vnūquodqꝫ tāto ꝑfecti⁹ ē in nā q̄nto ei⁹ mā
forme sue ꝑfecti⁹ ē subiecta. vn̄ corpa btōꝝ dicunt᷑ eē spūalia. Sic
ait Apl̄s: Seminat᷑ corp⁹ aīale: surget corp⁹ spūale Spūale quidē
erit: nō qꝛ fiat spūs: sic q̄dā male ītelligētes dixerūt siue ꝑ spm intel-
ligat᷑ creatura spūal siue vēt⁹. siue aer. sꝫ qꝛ oīno subiectū erit spūi.
Sicut nūc dicit᷑ aīale: nō qꝛ sit aīa sꝫ qꝛ aīalib⁹ passionib⁹ subiacet ⁊
alimonia indiget. Pꝫ igit᷑ ex p̄dictis ꝙ sicut aīa hoīs ad celestiū spiri-
tuū. i. angeloꝝ gliaꝫ sublimabit᷑ vt deū ꝑ eēntiā videat. ita corpus
ei⁹ ad ꝓprietates celestiū corpoꝝ sublimabit᷑: vt sit clarū ipassibile
sine labore ⁊ difficultate mobile: ⁊ ꝑfectissime sua forma ꝑfectū. Et
ꝓpter h̄ dicit Apl̄s resurgētiū corpa eē celestia: nō q̄ntū ad naturā
sꝫ q̄ntū ad gliaꝫ. Vn̄ cū dixisset ꝙ sunt corpa celestia: ⁊ sunt corpa
terrestria: subiūxit ꝙ alia est celestiū glia. alia terrestriū. Sicut aūt
glia ad quā aīa sublimat᷑ excedit nālē virtutē celestiū spirituū. ita
glia corpoꝝ beatoꝝ excedit nālē ꝑfectionē celestiū corpoꝝ. Erit enī
eoꝝ claritas fulgētior. impassibilitas firmior: agilitas facilior ⁊ ve-
locior: ⁊ spūalitas nature ꝑfectior. sicut manifestū est subtiliter in-
tuenti. Hee sunt ergo dotes glorie: tres aīe: ⁊ quattuor corpis:
sicut sunt a sanctis doctoribus assignate.

¶ De septē partib⁹ beatitudinis ad aīaꝫ ꝑtinētib⁹. DIS. III.

Nselmus aūt in li. de similitudinib⁹ q̄ttuordecī btītudinis ꝑtes enumerat.
septē ad aīe ⁊ septē ad corpis gliaꝫ ꝑtinētes. Ait enī sic.
Quattuordecī sunt btītudinis ꝑtes: qs finito generali
examine q̄ ꝑfecti⁹ oēs electi habebūt ⁊ totidē miserie genera q̄
oēs reprobi sustinebūt. Septē btītudinis ꝑtes ad gliaꝫ aīe ꝑtinē-
tes sūt sapiētia: amicitia. ɔcordia. honor: potestas: securitas: ⁊ gau-
diū. Septē vo ꝑtinētes ad corp⁹ sunt pulchritudo: agilitas: forti-
tudo: libertas: sanitas: voluptas ⁊ lōgeuitas. Ista vt estima sunt q̄
ꝓpter se ⁊ ꝓpter alia queqꝫ appetunt᷑. Si aūt in his aliq sunt que
aliq̄n serui dei mō nō appetūt: sed summope in hac vita refugiūt vt
sunt vbi gr̄a pulchritudo corpis ⁊ voluptas. Hoc vtiqꝫ nō ē qꝛ na-
turalit᷑ ea nō appetāt sꝫ ne quoquomō deū in ipsis offēdāt. Nā si
nil offensionis in deū ꝑ ea ɔtrahi posse certe sentirēt: vel se ab eter-
noꝝ bonoꝝ amore impediri nō ꝑtimescerēt: ꝑfecto nequaq in
ipsis ꝙ̄ ī eoꝝ ɔ̄rijs se deducerēt. Quicūqꝫ illas oēs btītudinis ꝑtes
habē poterit: ꝑfectā aīe corpisqꝫ btītudinē possidebit. Partes vo
miserie p̄libatis btītudinib⁹ ɔ̄rie hee sūt: insipiētia. inimicicia: disco-
dia: dedecus: ipotētia: timor: tristitia: turpitudo: pōderositas: imbe-
cillitas: seruit⁹: infirmitas: anxietas: vite breuitas. Quicūqꝫ has
oēs miserie ꝑtes tollerare ɔtigerit: summe corpis ⁊ aīe miserie subia-

ebit. Uerū nec vnā illiꝰ btitudinis vel vnā huiꝰ miserie ptes q̄sq̄z in hac vita pfecte pōt hr̄e. nec rursus ex toto ea carere. In aliꝰ vō vita aut pfectā habēs beatitudinē nullatenꝰ miserie subiacebit aut sime subiacēs miserie. oīno beatitudine carebit. Qđ vt totū cōprobare possimꝰ. p singulas beatitudinis ptes p ordinē discurramus.

Prima pars beatitudinis ad animā ptinēs est sapientia. Hec aūt ī futura vita tāta bonis erit vt eoꝝ q̄ scire voluerint. nihil sit qđ ignorēt. Bonus enī pfecta q̄ deus est sapiētia replebit. eāq̄z facie ad faciē videbit. quā oīa clare pspicit. nā̄ cuiuslibet creature videbit potius q̄z in seipsa videret. q̄ in deo melius q̄z in seipsa cōsistit. Tunc enī iusti cūcta sciēt q̄cūq̄z deꝰ fecit. tā ea q̄ pterita q̄z ea q̄ postmodū sūt futura. Ita ⁊ a singulis oēs ibi ⁊ ab oībꝰ singulis cognoscēt. nec quēq̄z oīno latebit q̄ patria q̄ gēte. q̄ stirpe q̄s fuerit ortūdus. Cū āt supius dictū sit q̄ vniuscuiusq̄z mētē ab alteriꝰ oculis mēbroꝝ corpulētia nō abscōdet. ⁊ h̄ dicat anselmus. q̄ ⁊ singulis oēs. ⁊ ab oībꝰ singuli cognoscent. Pōt aliq̄s moueri ⁊ q̄rere vtruz peccata q̄ fecit videbūt oēs. Absit h̄. Ea enī cōfessus sum. vt delerētur ⁊ obliuioni darent vt nulli amplius panderent. Rñdet anselmus. Cū tu in illa gloria ab omni criminū sorde purgatꝰ. vultu dei plenus astiteris. igratus ne ei poteris esse pro tāta misericordia quā tibi fecit remissis illis delictis. Nō inquies. Et vñ inq̄z grās ages. si nihil eoꝝ vñ grās agere debeas in memoria tua habeas. Ut igit in illius laude eternalit iocūderis. seruꝝ de quāta miseria sis eruitꝰ deputa corā habebis. Cū ergo singuloꝝ cōsciētie singulis pateant. audeo fateri ea quoq̄z peccata cūctis electoꝝ patere pro quoꝝ curatione tu deo gratiosus extites assidue. nō ad tuā cōfusionē. sed ad magnā dei misericordiā. etꝰ quoq̄z glorificationē tuāq̄z cōgratulationē. Nō enī nūc pro peccatis te maior angustia cordis p̄met. scelerumve tuoꝝ magis pudebit. q̄z aliquē magnus olī vulneribꝰ sauciatuz. iāq̄z ex oī pte sanatū aboliti languoris molestia p̄mit. Uel nūq̄d eoꝝ q̄ in curiis positꝰ īfans egit. nūc grādeuū pudet. Tūc q̄ppe cū integra sanitas. pfecta mūditia. plena remissio. secura omniū offensionū īpunitas tibi certo arriserit cognitio vel recognitio peccatoꝝ tuoꝝ. ī nullo tibi horrori vel ꝯfusioni magis eē valebit q̄z est mō beato petro aploꝝ principi q̄ christū negauit abiuratio sua vel beate marie magdalene peccata sua. ⁊ multis aliis multa q̄ scriutur donata crimina sua. Uerꝫ sup h̄ agnitis delictis suis velut enormi ac feda īfirmitate sua pietas. virtus ⁊ sapientia medici q̄ te sanauit. sublimꝰ a cūctis admirabit. laudabit. ⁊ magnificabit. Laus autē ⁊ magnificētia glorie dei. sua si bn̄ aduertis gloria ē. Sic igit pꝫ q̄ omniū peccatoꝝ tuoꝝ sine dolore recordaberis. ⁊ oēs ea sine tu cōfusione videbūt. sꝫ potiꝰ h̄ ad dei misericordiā ostēdēdū. ⁊ ad grātū actionē iugit exoluēdā. Perpēde si potes q̄z grata sit ista sapiā. q̄ tu sic ab oībꝰ cognosceris. sic a te oēs ⁊ singuli cognoscunt.

Secūda ps beatitudinis ē amicitia. Perfecta aūt amicitia ē. q̄ ad inimicitiā cōuerti nō pōt. Bonū enī quēcūq̄z sic deꝰ oēsq̄z alii bōi diligūt. vt cū odio vltra hr̄e nō possint. Quātū nāq̄z seipsum q̄sq̄z tātū ⁊ tādiu diliget ⁊ alteꝝ. Cū oēs vnū corpꝰ christi sint. ⁊ christe oīuz caput. nō minori sese affectu amplectunt. q̄z vniꝰ corpis mēbra sibiinuicē copulātur. Puta sine abūdās eris in dilectione. q̄ h̄ tibi fuerit in possessione. ⁊ tū istā trāsi. ⁊ illū cōtēplare p quē tibi bona oīa prouenire. ⁊ pcipies q̄ ille plus q̄z tu teipsum. ⁊ q̄z oēs alii se incōparabilit amet te. ⁊ tu sup teipsum ⁊ sup oēs alios ineffabili q̄daz suauitate illū amabis. Unū anselmꝰ in ꝓlogion. Si delectat amicitia diligūt deū plusq̄z seipsos. ⁊ inuicē tāq̄z seipsos ⁊ deꝰ illos plus q̄z illi seipsos. Si igit ī hac vita misera iocūdū est amicū vereꝝ ⁊ fidelē hr̄e ⁊ delectabile ē amicis cōuiuere. ꝓpter qđ dicit sapiēs. Eccl. xv. Beatus q̄ inuenit amicū veꝝ. quāta nūc erit iocūditas. tātos. tales ⁊ tot amicos. tā pfecte. fideliter. ⁊ veracit diligētes hr̄e ⁊ ipm fontē amicitie possidere. Aug. Nulli superiori nullus īferior inuidebit. sicut nūc nō inuidēt archāgelis angeli ceteri. Habebit enī donū alius alio minꝰ vt h̄ quoq̄z donū habeat nec velit ampliꝰ. Tāta erit ibi amicitia q̄ christi deū plus diligēt. q̄z seipsos. ⁊ deꝰ illos diliget plusq̄z ipsi seipsos. ⁊ tanta vis charitatis oēs sibi sociat. vt vnusq̄sq̄z qđ in se nō acceperit. in alio accepisse se gaudeat.

Tertia pars beatitudinis est cōcordia. Cōcordiā tā raram hꝫ h̄ homo. vt nec ipse cū aliis. nec alii secū. imo nec ipse semꝑ sibimetipsi cōcordet. Sic enim corpꝰ ⁊ aīe dissident vt qđ vnū appetit. alteꝝ nolit. Sicut ait aplus Gal. v. Caro cōcupiscit aduersus spūm. spiritus autē aduersus carnē. h̄ enī sibiinuicē aduersant. Et Ro. vii. Inuenio aliā legē ī mēbris meis repugnātē legi mētꝭ mee. In alia vō vita in sūma ꝯsistūt ꝯcordia. Corpus enī ⁊ aīa cuiuslibet sancti īmo oēs iusti sibiinuicē tāte erūt concordie. quante in presenti sunt oculi nr̄i. Sicut enī oculus vnꝰ verti non pōt quo nō vtal ⁊ aliꝰ. sꝫ sp in eādē partē voluunt. sic corpꝰ ⁊ aīa vel societas illa iustoꝝ nū poterit velle diuersū sꝫ eādē sp volūtatē habebūt. Corpꝰ vnū erimꝰ q̄cūq̄z ibi erimꝰ. ecclīa vna spōsa vna christi erimꝰ q̄cūq̄z ibi erimꝰ. Ipsa dei volūtas diuersa nō erit a tua sꝫ sic tu qđ ille sic ⁊ ille ī cūctis qđ tu. Caput nāq̄z a corpe suo quoquomō discreparet. aderit oībꝰ oīs sufficiētia quā pficiet singul vnanimis ⁊ plena ꝯcordia.

Quarta pars btitudinis est honor. Nō ab hoībꝰ in hac vita appetu honorari eoꝝ vbis aut factis. Uerbis q̄dē vt eū collaudet. Factis āt vt sibi obediāt. Sꝫ cū honorē hmōi appetit. tale est ac si vnꝰ mus ab aliis laudari q̄ratꝰ eisq̄z in regimine preponi. Nūc tn̄ honorē licꝫ nullus sit tn̄ pene nemo pōt ipm̄ h̄ ad plenū habē. Nullꝰ enī est imperator q̄ ab oībꝰ laudet vel oībꝰ aliis preponat. In futuro āt iustus quisq̄z verū ⁊ pfectū honorē ī pria ꝯsequet. Cuiusmodi vo sit h̄ honor breui cōsideremꝰ exēplo. Ecce h̄ ante oculos nr̄os positus aliq̄s paupꝰ oī solatio destitutꝰ vlcerū ⁊ aliarū infirmitatū feditate corruptꝰ. ⁊ oī quo vl a frigore defēdat tegumēto nudus. Nūc igit talē tali mō iacentē ⁊ in nullo semetipm̄ iuuare valentē si rex aliq̄s potētissimꝰ trāsiēs vidēt eiusq̄z miseriꝰ vulneribꝰ mederi iuberet: curatūq̄z suis regalibꝰ ornamētis indutū sibi ppetuo putarē filiū adoptaret: ac deinde ppetuo vt in regno suo tanq̄z filiꝰ suus a cūctis haberet: atq̄z ī nullo qđ imperaret a quoquā ꝯdiceret. hōdeq̄z suū. filiūq̄z sui ppriū coheredē institueret: ⁊ eū vocari noīe suo vellet Nōne dicēs hunc magnifice ⁊ sublimit honoratū: Et certe deꝰ nobis hec oīa faciet. Natos enī de putredine carnis: repletos multis miseriis: oīq̄z solatio destitutos: omniūq̄z infirmitatū passiōibꝰ obnoxios: peccātis ac corruptibilitati vlceribꝰ plenos: sola nr̄a ductꝰ accipiet ⁊ curabit nos sanitati restitutos: ornamēt pfecte iustitie ⁊ īcorruptibilitatis ornabit: adductos ad se in filios adoptabit regni sui ꝯsortes efficiet ⁊ heredes: filioq̄z suo vnigenito sibi p oīa coeq̄li ⁊ coomnipotēti cōcorpales ꝯstituet ⁊ cohēdes. Oīq̄z creature iubebit vt in oī qđ volemus nobis obediat. vocatosq̄z noīe suo nos deos efficiet. Ipse enī dicit: Ego dixi dii estis ⁊ filii excelsi oēs. Sꝫ ipse deꝰ ē p eēntiā: tu vō p pticipationē sic testat Pe. dicēs. ii. Pe. i. Ut efficiamī diuine ꝯsortes nature: ipse deꝰ ē deificās tu vō deus deificatꝰ. Aug. Ibi erit verꝰ honor. q̄ nullo negabit digno nulli cōferēt indigno. q̄z nec ambiet ad eū vllus indignꝰ: vbi nullus pmittetur eē nisi dignꝰ. Attēde fidelis aīa q̄z inestimabil erit honor a sūmo rege regnū manu ꝓpria coronari. ⁊ dyademate pheñis glie decorari nō in mūdi sterquilinio: sꝫ in celi palatio in cōspectu innumerabiliū angeloꝝ ⁊ scōꝝ oīuz īmortalitatꝭ stola vestiri: ⁊ regalibꝰ indumētis p̄fulgidis adornari. Unū Sap. v. dr̄: Accipiēt regnū decoris: ⁊ dyadema spei de manu dñi.

Quinta pars btitudinis ē potētia. Uerā ille potentiā obtinet: q̄ q̄cūq̄z voluerit facē pōt. Qđ qꝛ nullus h̄ valet facē nec verā pōt potētia h̄ habē. Uerū q̄de in futuro bonꝰ quicq̄d voluerit facē pōt: qm̄ ipm̄ oīpotentē in oībꝰ sue volūtati ꝯcordantē habebit. Qm̄ q̄ cū tāto honore: ⁊ cū ceteris p̄libatis hāc adeptꝰ fuerit oīpotētiā. nō video q rōne possit cupe ampliorē. Oēs enī oīpotentes erūt sue voluptatis sic deꝰ sue. Nā sic deꝰ pōt quicq̄d vult p seipm̄. ita poterūt illi q̄cq̄d volēt p seipsos. Quia sic illi nō aliud volet q̄z qđ ille: ita ille volet q̄cq̄d ipsi volet. Et qđ ille volet nō poterit nō eē.

Sexta pars btitudinis est securitas. In hac vita nihil pōt aliq̄s habē de quo securꝰ valeat eē. Sub eodem enī momēto paup ex diuite: tristis ex leto: infirmꝰ ex sano: mortuꝰ ex viuo pōt existē. Ergo nec alias btitudinis ptes: nec securitatē pfectā h̄ hꝫ. In futuro aūt bonꝰ quisq̄z securitatē pfectā habebit: qꝛ q̄cq̄d voluerit obtinebit: ⁊ nihil ex eo se amissurū timebit. Bern. O ciuitas celestis: secura mansio patria totū cōplectēs qđ delectat: ppl's sine murmure: incole quieti. hoīes nullā indigentiā habētes. O q̄z gliosa dicta sūt de te ciuitas dei. Aug. quoq̄z sic loquit: Ibi erit sūma securitas. secura trāquillitas traquilla iocūditas. iocūnda felicitas: felix eternitas: eterna btitudo. De h̄ req̄re. s̄ i tertia dote aīe.

Septima pars btitudinis ad aīaz ptinētis ē gaudiū. Gaudiū pfectū solus ille pōt habē q̄ oēs p̄dictas ptes btitudinis p̄ualet obtinē. qrū qꝛ nullā hō h̄ habē pōt: pꝫ qꝛ nec gaudiū sūmū. In futuro aūt bonꝰ quisq̄z tūc oīno gaudē poterit: qꝛ pfecte p̄dictas oēs ptes btitudinis obtinebit. Quid ergo beatiꝰ isto. quo tūc replebit iustus gaudio. Adhuc tn̄ ad cumulū btitudinis sue aliud habebit: vnde ampliꝰ possit gaudē. Quia enī quisq̄z sic alterū vt seipm̄ amabit: pꝫ q̄ sic de illiꝰ felicitate sicut de sua gaudebit. Quot ⁊ q̄nta gaudia quisq̄z btūs habebit: qui de tot ⁊ tātis btitudinibꝰ scōꝝ gaudebit. Qr si de aliis quos vt se diliget tā ineffabilit iubilabit: q̄ntū de deo quē plusq̄z se diliget exultabit. Gaudiū enī erit ei intus ⁊ extra sursuz deorsuz gaudiū circūquaq̄z. Cuilibet eoꝝ erit gaudiū sup se de diuina visione. Intra se de sui glorificatiōe. Infra se de suppli

cioꝝ infernaliū cuasione. Circa se de sanctoꝝ angeloꝝ ꝛ hominū societate iocūdissima. Extra se de mūdi formositate gratissima vbiqꝫ gaudiū plenū erit. Aug. Ibi nihil obest. nihil deest nihil extra qḋ appetat. nihil intra qḋ fastidiat. Ibi vita sine morte iuuētus sine senectute. Ibi lux sine tenebra. ibi gaudiū sine tristicia. ibi pax sine discordia. ibi volūtas sine iniuria. Ibi merces sanctoꝝ tā magna ē. q̄ nō pōt mēsurari. tā multa q̄ nō pōt numerari. tā copiosa q̄ nō pōt finiri. tā preciosa q̄ nō pōt estimari. Idē. Ibidē illud qḋ pmittit de⁹. fide nō capit. spe nō attingit. charitate nō cōprehendit. desideria ꝛ vota trāscēdit. acq̄ri pōt. estimari nō potest. Ibi nihil qḋ amabit deerit ibi nihil desiderabit qḋ nō assit. Propter qḋ sicut scriptū est Isa. lx. Gaudiū ꝛ leticia inuenietur in ea id est in superna hierusalē grāꝝ actio ꝛ vox laudis. Et iteꝝ. lxv. Ecce ego creo hierusalē exultationē ꝛ populū ei⁹ gaudiū. Notate vba hierusalē ꝛ populus eius tāta plenitudine gaudij pfruent. vt nō solū dicant exultatione ꝛ gaudio repleri vel etiā cumulari. sꝫ magis eē ipm gaudiū qꝛ gaudiū oīno supercedit in eis. Itē. lxvj. Letamini cū hierusalē ꝛ exultate cū ea q̄ diligitis eā. Gaudete cū ea gaudio vniuersi q̄ lugebatis sup eā vt fugatis ꝛ repleamini ab vbere ꝯsolationis eius. vt mulgeatis ꝛ delicijs affluatis ab oīmoda gloria ei⁹. Uñ bñ ꝛ deuote loquēs Anselm⁹ de hoc gaudio ait. Cor humanū cor īdigens. cor expertū erūnas. imo obrutū erūnis quātū gauderes si his oībus abūdares. interroga intima tua. si cape pñt gaudiū suū de tāta beatitudine sua. Sꝫ certe si q̄s ali⁹ quē oīno sicut teipsū diligeres. idē gaudiū eādēqꝫ beatitudinē haberet. duplicaret gaudiū tuū q̄a nō min⁹ de illius bono q̄ꝫ de tuo gauderes. Si vō duo vel tres. vl' multo plures idipsum haberēt tm̄ īmē pro singulis. quātū pro teipso gauderes si singulos sicut teipsum amares. Ergo ī illa pfecta charitate innumerabiliū āgeloꝝ ꝛ hominū. vbi nullus min⁹ diliget aliū q̄ꝫ seipsum. nō alit gaudebit q̄sqꝫ pro singulis q̄ꝫ pro seipso. Si ergo cor hoīs vix capiet gaudiū. s. de tāto bono suo. quō capax erit tot ꝛ tātoꝝ gaudioꝝ. ꝛ vtiqꝫ quātū q̄sqꝫ diliget aliquē. tātū de bono illi⁹ gaudet. Sicut in illa pfecta felicitate vnusq̄sqꝫ sine cōparatione deū diliget plus q̄ꝫ se. ꝛ oēs alios secū. ita plus gaudebit absqꝫ dubitatione de felicitate dei q̄ꝫ de suo. ꝛ omniū alioꝝ secū. Sed si deū sic diliget tota mēte. toto corde. vt tñ tota mens. totū cor. tota aīa nō sufficiat dignitati dilectionis dei totū cor tota mens nō sufficiet dignitati gaudioꝝ. Nō ergo totū gaudiū intrabit in gaudentes. sed toti gaudētes intrabunt in gaudiū. Peto dñe meditet int⁹ in te mens mea. loquat lingua mea. amet illud cor meū. sermocinetur os meū. esuriat illud aīa mea. sitiat caro mea. desideret te tota substātia mea. donec intrē in gaudiū dñi dei mei. Predicte septē beatitudinis ptes ad tres dotes aīe supius memoratas pñt reduci. Nā sapiētia ad pmā dotē reducit. Amicitia cōcordia ꝛ gaudiū ad secūdā. Honor potestas ꝛ securitas ad tertiam.

De septem partibus beatitudinis corpis. DIS. IIII.

Similiter enumerat anselm⁹ septē ptes beatitudinis ad corpus ptinētes. Prima ps est pulchritudo. miserieqꝫ p cōtrariū turpitudo. Est aūt pulchritudo bonū quoddā qḋ nāliter a cunctis desiderat haberi. In illa siqdē vita pulchritudo iustoꝝ. solis pulchritudini cōpat q̄ tūc septēpliciter. q̄ꝫ mō sit clarior ꝛ splendidior erit. Unde scriptū est Matth. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol in regno pris eoꝝ. Amplius corpus dñi claritati solis pplacere. nemo pōt ambigere. Huic aūt teste aplo similes erim⁹. q̄ ait Ro. viij. Reformabit corp⁹ humilitatis nr̄e cōfiguratū corpi claritatis sue h̄ auctoritate cōprobata. Si q̄s etiā velit sibi rōne pbari. credo nulli debere īcredibile videri iustos pulchritudinē solis ī illa vita vbi mortale h̄ absorbebit tātūmō sortiri. cū vere dicant ꝛ sint templū ꝛ sedes dei. qḋ nusq̄ꝫ in diuina pagina inuenim⁹ de isto visibili sole legi. Secūda ps beatitudinis est agilitas. In futuro tāta nos velocitas comitabit. vt ipsi eq̄ celeres angelis dei simus q̄ de celo ad terras ꝛ ecōuerso dicto citi⁹ dilabunt. Que celeritas. virū sit ī āgelis pbari necesse esset. Exēpli grā dici posset hoīem mortali adhuc carne grauatū. moꝝ a iudea p angelū in chaldeā delatum videlicet tradito prādio qḋ deferebat sine mora relatū. Ergo cum istis dino par velocitas nobis erit. q̄h⁹ sicut pmissa est illoꝝ eqlitas nobis in erit. Aplus etiā q̄ corpa nr̄a quātacūqꝫ locoꝝ intercapedine separata mēbratim fuerint vel dispersa. in ictu oculi asserit resurrectura. satis īnuit quā velocitatē eadē corpa iā īcorruptibilia sint habitura. Corruptibile enī h̄ sic ipse testat īcorruptionē īduet. īmortale h̄ īmortalitatē. Hui⁹ quoqꝫ velocitatꝫ exēplū ī radio solis possum⁹ intueri. q̄ stati orto sole ī plaga orientali. ptingit vsqꝫ ad vltīa plage occidentalis. vt ī eo ppēdam⁹ nō esse impossibile qḋ de nr̄a dicimus futura velocitate. Huic etiā radio solis simile exēplū velocitatꝫ habem⁹ in nobis. Radi⁹ quippe oculoꝝ nroꝝ in sublevatione palpebrarū adusqꝫ celū ptingit. ꝛ ictu earū totus in semetipm ac integer redit. Ampli⁹ cōstat scōꝝ aīas q̄ iam celestia tenēt. necdū plena felicitate pfrui donec incorruptibilitate suoꝝ corpoꝝ potiant. quam cū adepte fuerīt. nō est qḋ ampli⁹ velint. Hec inquā corpora si eas ad suā felicitatē tardiores aut grauiores efficē deberet. nimirū eoꝝ ꝯsortiū potius abhorrerēt q̄ꝫ appeterēt. Tertia pars btitudinis ad corp⁹ ptinēs est fortitudo. Prestabūt virib⁹ qcūqꝫ meruerīt angelicis ciuib⁹ sociari. intantū vt nullaten⁹ illis quicquā obsistē valeat vel si mouēdo q̄d aut euertendo voluerint a statu suo quin illico cedat. Nec in eo qḋ dixim⁹ maiori laborabūt conatu q̄ꝫ nos mō in oculoꝝ motu. Neqꝫ sꝫ fortitudo illa angeloꝝ nro cadat ab aīo quā adepturi sum⁹ in futuro. qꝛ in⁹ si in hac fortitudine. aut in his q̄ dicturi sum⁹ exēplū aliud nō occurrit vel ipsa p quā angel' adeq̄bimur ad ea cōprobāda psit. Sic igit in quib⁹ angelos valere constat nr̄a nihilomin⁹ fortitudo valeat. Nemo aūt est qui dubitet vt puto existere angelos ea q̄ volūt fungi fortitudine. Cū igit similes eis fuerim⁹ nunq̄d imbecilliores illis erim⁹. In futuro igit iustus sic fortis erit vt etiā si velit terrā cōmouere possit. Sꝫ fortasse querat aliq̄s q̄d nobis tūc illa fortitudo pstabit. cū singul' tāta ꝯuenientia vt ꝯuenēt⁹ nequeant vbiqꝫ dispositis nil mutādū. nil euertendū nil statuendū sit in quo vires suas q̄s exercere possit. Qui h' dicit attēdat q̄ nō semp oīb⁹ q̄ habem⁹ ꝛ q̄ nos nō parū habere gaudemus. actu vtimur. Uerbi grā. Ipso visu. potestate aliq̄ nonnullarū sciētia rerū Sic ꝛ de multis alijs in hūc modū. Sic ꝛ tūc de q̄ agimus fortitudine erit. Sola nāqꝫ possessio ei⁹ grata nobis erit. ꝛ exultatio grādis. licꝫ in actu nō sit nobis necessaria. Cūctis vt dictū ē in suo statu cōueniēter aptatis. Hec eadē q̄stio si aut de velocitate aut de alia btitudinis parte moueat hac solutione si nō aptiorē lectoꝝ inuenerit dissoluatur. Quarta pars btitudinis ad corp⁹ ptinētis est libertas. Liber est q̄ cogi nō pōt ad ea q̄ nolit nec phiberi pōt ab eo qḋ velit. Sed q̄s in hac vita hāc libertatē possit habē. Quis non quotidie patit qḋ nollet q̄s asseq̄ valet oē qḋ vellet. In futuro aūt quicūqꝫ angel' assimilabunt eoꝝ quoqꝫ libertatē necessario assequunt. Itaqꝫ sic angel' nihil obsistit nihil eos impedire pōt vel ꝯstringē. quin pro velle suo cūcta liberrime penetrēt. ita nō erit obstaculū qḋ nos retardet. nulla clausura q̄ nobis aliqten⁹ obsistet. Nō elemētū qḋ nobis ad velle nostrū peruiū nō existet. Ampli⁹ dñicū corp⁹ cui corpora nr̄a paulus ꝯfigurāda testat. clauso sepulchro a mortuis resurrexit h̄ etiā ad discipulos clausis ianuis palpandū introiuit. Nobis quoqꝫ in h̄ future libertatis documentū grāde reliq̄t. In illa vita si bon⁹ fuerit. nil patiet qḋ nolit sꝫ agere pmittet quodcūqꝫ voluerit. Quinta pars btitudinis ad corpus ptinentis est sanitas. miserie vō infirmitas. Illa hō ab orta suo carere. hāc aūt incipit tollerare. Ex quo enī nascit pmaꝛoꝝ ei⁹ indicat q̄ patiat. Mox nāqꝫ incipit esurire. sitire. lacessere. suis in pannis sordescere. hic cecus vel surdus. mutus vel claudus. cardiacus vel scabiosus leprosus vel paralytic⁹. aliove morbo efficit infirm⁹ q̄tū ei⁹ infirmitas quibusdā medicamētis liniri potest. nō sumē infirmitati subiacet. verū in futuro sic san⁹ erit. q̄ nullaten⁹ infirmabit. sꝫ sūma sanitate fruet. De hac sanitate q̄d meli⁹ dici possit q̄ꝫ qḋ Psal. canit. Salus iustoꝝ a dñō. Uerū de ista sanitate quā in seculo futuro habebim⁹. exēplū afferre queam. vt q̄ sit intelligat. nō video qꝛ nil sanitatis qḋ ei cōparare possem. aut ego in mente aliq̄s in mortali carne degens sensit in se. In futuro autē abstergat de⁹ oēm lachrymā ab ocul' scōꝝ. ꝛ iam nō erit ampli⁹ neqꝫ luctus neqꝫ clamor. neqꝫ vllus dolor. q̄ pma trāsierūt. Et nō esurient neqꝫ sitiēt ampli⁹ neqꝫ cadet sup illos sol neqꝫ vllus estus. qm̄ dextera sua deus teget eos ꝛ brachio suo scō defendet illos. Quid igit eis nocere poterit quib⁹ dextera dei tegumentū erit. Qual' aute sit illa sanitas. scio me nec meo nec alicui⁹ sensu vel expimēto accepisse. Credere tñ licet. ꝛ incūctāter astruere sanitatē vite future ita fore incōmutabilē ac inuiolabilē fore. vt ineffabili q̄da dulcedine totū hominē repleat. ꝛ omne qḋ alicui⁹ in se vicissitudinis mutabilitatis aut lesionis suspitionē pretēdere queat. penit arceat ac repellat.

Sexta pars btitudinis ad corp⁹ ptinētis est voluptas. Hanc cū ī hac vita hoīes querūt. nō nisi p anxietatē inuenire queunt. Cūqꝫ ad id puenīt qḋ voluptatē putāt. nō nisi laborādo eo fruī valēt. quo si etiā īmoderati⁹ vsi fuerint. rursum eis in anxietatē ꝯuertit. Post hāc vō vitam aut in oīmoda voluptate funt. aut oīmoda replebunt anxietate. Sicut enī ferrū ignitū quaqua sui parte ꝯtinet ignē. sic in se boni voluptatē mali vō sentient anxietatē. Hanc voluptatē neminē inuentū esse puto. q̄ eā vt est senserit vel gustauerit

nit. vt illiꝰ saporẽ vel habitudinẽ aliis declarare possit. Sit tñ ante mentis oculos positus exẽpli causa hõ aliqs q tã in ipsis oculorũ suorũ pupillis q̃ ꝛ in singulis mẽbris ferrũ ignitũ ꝛ candẽs infixũ habeat. vt nec medulle nec intestina. nec oĩno q̃cq; in corpore eius cruciatus imanitate careat. vel eã leuius q̃ in oculis sentiat. Quid dicã angustiaꝛ. Quis istũ sane mẽtis estimet inter ista eodẽ mõ. sꝫ penitus cõtraria cõsideratione in illa futura vita delectatio quedã ineffabilis bonos inebriabit. ꝛ iestimabili dulcedine sui totos eos inenarrabili q̃dã exundãtia satiabit. Quid dixi totos oculi aures. manus. os. nares. guttur. cor. iecur. pulmo. ossa. medulle. exta etiaꝫ ipsa. ꝛ cuncta sigillatim ꝛ singula mẽbra eoꝝ in cõmuni tã mirabilis delectationis ꝛ dulcedinis sensu replebunt. vt hõ vere totꝰ torrente voluptatis dei potet. ꝛ ab vbertate domus eius inebrietur.

Hoc autẽ aduertendũ q ibi nõ erunt voluptates carnales siue delectationes que cõsistunt in vsu corporaliũ ciboꝝ ꝛ venereorũ. qñ iste ad vitã animalẽ pertinẽt. ꝛ sunt nobis brutisq; cõmunes. Sed sunt ibi delectationes altissime purissime ꝛ nobilissime in q̃bus cũ angelis sanctis cõicamus que cõsistunt in iocũdissima dei visione. ꝛ suauissima fruitione. que nobis ꝛ angelis est cõis. Unde Matth. xxii. In resurrectione neq; nubent. neq; nubent. sed sunt sicut angeli dei. Qꝫ autẽ in futuro seculo nõ vtãtur cibis ꝛ venereis patet. Remota enim vita corruptibili. necesse est remoueri illa q̃ corruptibili vite deseruiunt. Manifestũ est aũt q vsus istoꝝ corruptibili vite deseruit. Sũmunt enim cibi. vel ppter nutrimẽtũ vt vitetur corruptio q̃ posset accidere ex corruptione humidi nãlis. vel ppter augmẽtũ vt perueniat corpus ad debitã quãtitatẽ. Sed neutrũ pdictoꝝ erit in patria. qñ oẽs erũt incorruptibiles. ꝛ oẽs in debita corpoꝝ quãtitate resurgent. sicut dictũ est supra. ergo vsus ciboꝝ nõ erit ibi. Similiter cõmixtio maris ꝛ femine corruptibili vite deseruit. Ordinat enĩ ad generationẽ vt p eã conseruet in specie q̃d nõ põt in indiuiduo cõseruari. Cũ igit oẽs hoies in futuro sint incorruptibiles nulla tũc erit hominũ generatio. Si aũt dicas q tũc erit vsus ciboꝝ ꝛ venereoꝝ nõ ppter cõseruationẽ. vel augmentũ corpis. nec ppter cõseruationẽ speciei. vel multiplicationẽ hominũ. sed solũ ppter delectationẽ q̃ in illis actibꝰ existit. ne desit aliq̃ delectatio hominibꝰ in vltima remuneratione. Patet hoc inconuenienter ꝛ irrationabilit esse dictũ. Quia cõstat q illa vita beata ordinatioꝛ erit q̃ vita p̃sens. In hac aũt vita inordinatũ ꝛ vitiosum est si q̃s vtat hmõi cibis ꝛ venereis pp solã delectationẽ. ꝛ nõ pp necessitatẽ sustẽtãdi corpis vel pcreãde plis. Nã delectationes q̃ sunt in pdictis actionibꝰ nõ sunt fines actionũ. sꝫ magis ecõuerso. Est ergo ordo pposterus ꝛ indecẽs. si opatioẽs pp solas delectationes exerceant. Nullo ergo mõ h ponendũ est in beatis. quoꝝ vita ordinatissima dꝫ eẽ. Per h aũt excludit error iudeoꝝ ꝛ saracenoꝝ q̃ ponũt ꝛ estimãt q hoies post resurrectiõeꝫ cibis ꝛ venereis vtent sic ꝛ nũc. Quos ẽt q̃dã christiani heretici sunt secuti ponentes regnũ christi futuꝝ in terris terrenũ p mille ãnos. i quo spacio tpis dicit eos q̃ tũc resurrexerint moderatissime cibis ꝛ venereis vacaturos. In q̃bꝰ cibꝰ sit tãtus aut potꝰ. vt nõ solũ nullã modestiã teneãt. sed modũ quoq; ipsiꝰ credulitat excedãt. Sꝫ ista nullo mõ nisi a carnalibꝰ credi pñt. q̃ sola carnalia sapiũt. ꝛ spũalia ꝛ eterna minime gustauerũt. Sũt aũt aliq q̃ huic opinioni suffragari vident. Prio q̃dẽ q̃ʒ adã i statu innocẽtie vitã habuit imortalẽ. ꝛ tñ si stetisset. cibis ꝛ venereis vsus eẽt. cũ illi dictũ sit. De oĩ ligno paradysi comede. Et crescite ꝛ multiplicamini ꝛc̃. Itẽ christe post resurrectionẽ suã legit comedisse. Luc. vlt. Cũ mãducasset corã discipulis sũpsit reliquas dedit eis. Et Actu. x. dic petrꝰ. Hũc. s. ihꝫ deꝰ suscitauit tertia die ꝛ dedit eũ manifestũ fieri nõ oĩ pplo. sꝫ testibꝰ p̃ordinatis a deo nobis q̃ mãducauimꝰ ꝛ bibimꝰ cũ eo postq̃ surrexit a mortuis. Itẽ Act. i. Cõuescẽs p̃cepit eis ꝛc̃. Sũt ẽt auctoritates multe i scriptura sacra q̃ ciboꝝ vsũ vident nobis pmittẽ i illo statu futuro. Dr enĩ Isa. xxv. Faciet dñs oĩbꝰ pplis i mõte h cõuiuiũ pinguiũ medullatoꝝ vindemie defecate. Et q h itelligi dẽat de statu post resurrectionẽ pꝫ ex h qõ sequit. Et p̃cipitabit dñs mortẽ i sempiternũ. ꝛ auferet dñs oẽꝫ lachrymã ab oĩ facie. Itẽ Isa. lxv. Ecce s̃ui mei comedẽt ꝛ vos esurietis. Ecce s̃ui mei bibent ꝛ vos sitietis ꝛc̃. Et q h referẽdũ sit ad statũ futuꝝ. pꝫ ex h qõ postea subdit. Ecce ego creo celũ nouũ ꝛ terrã nouã. Itẽ dñs dic Matth. xxvi. Nõ bibaꝫ amodo de h genimie vitis. vsq; i diẽ illũ cũ illõ bibã vobiscũ nouũ i regno p̃ris mei. Et Luc. xxii. Ego dispono vobis sic disposuit mihi p̃r meꝰ regnũ. vt edatis ꝛ bibatis sup mẽsã meã i regno meo. Iteꝫ Apoc. xxi. dr q ex vtraq; pte fluminis qõ erit i ciuitate sctõꝝ erit lignũ vite afferẽs fructꝰ duodeci p singlos mẽses. Et. xx. ca. eiusdẽ dr. Uidi aĩas decollatoꝝ pp testioniũ ihu. vixerũt ꝛ regnauerũt cũ christo mille an ceti. mortuoꝝ ñ vixerũt donec cõsũmarẽt mille ãni. Ex p̃dictis oĩbus predictoꝝ hereticoꝝ opinio cõfirmari videt. Sed hec oĩa sane intelligẽtibꝰ nõ est difficile soluẽ. Qõ enĩ p̃mo obiicit de adã nullã habet efficaciã. Adã nãq; pfectionẽ quãdã habuit psonalẽ. nõdũ tñ erat pfecta humana natura multiplicatiõe humani generis. nõdũ adhuc inchoata. Institutꝰ ergo fuit adã in tali pfectione q̃ generis humani p̃ncipio cõpetebat. ꝛ ideo oportuit q generaret ad multiplicationẽ humani generis. ꝛ p cõsequens q cibis viueret. Post resurrectionẽ aũt natura humana totaliter erit pfecta electorũ numero iam cõpleto. Et ideo generatio tũc nõ erit necessaria etiã alimẽti. ppter qõ ꝛ alia erit imortalitas resurgẽtiũ ꝛ alia q̃ fuit in adã. Resurgẽtes enĩ sic erũt imortales. vt mori nõ possint. nec corpꝰ aliqd possit resolui. Adã aũt sic fuit imortalis. vt posset nõ mori si nõ peccasset. ꝛ posset mori si peccasset. Eius aũt imortalitas sic poterat cõseruari. nõ q nihil resolueret. sed vt contra resolutionẽ humidi nalis subueniri posset p ciboꝝ necessariã sumptionẽ ne corpus eius ad corruptionẽ veniret. Qõ aũt obiicit de christo q̃ post resurrectionẽ comedit. Dicẽdũ q reuera comedit nõ ppter necessitatẽ: sed ad demõstrãdũ sue resurrectiõis veritatẽ. Cibꝰ aũt ille quẽ sũpsit nõ fuit cõuersus in carnẽ eiꝰ. sed in preiacentẽ materiã resolutꝰ. Hec aũt cã comedẽdi nõ erit in resurrectiõe cõi. Auctoritates vo q̃ vident pmittere ciboꝝ vsum post resurrectionẽ spũaliter intelligẽde sunt. Nã scriptura diuina paruitati nr̃e intelligẽtie condescẽdens ppõnit nobis spũalia sub silitudine sensibiliũ. vt animus nr̃ sensibilibꝰ assuetus: ex his q̃ nouit surgat ad incognita q̃ nõ nouit: vt p h qõ scit nota dilige discatꝰ ꝛ incognita amare. Et p huc modũ delectatio q̃ cõsistit in cõtẽplatiõe sapiẽtie: ꝛ assumptio veritatis intelligibilis in intellectũ nostrũ cõsueuit p vsum ciboꝝ in sacra pagina designari. Sicut illud pueꝛbi. ix. qõ de sapiẽtia dicit. Miscuit vinũ ꝛ pposuit mensam ꝛ insipiẽtibꝰ locuta est: venite ꝛ comedite panẽ meũ. ꝛ bibite vinũ qõ miscui vobis. Et Eccl. xv dicit. Cibauit illuꝫ pane vite ꝛ intellectus: ꝛ aq̃ sapiẽtie salutaris potauit illũ. De ipsa enã sapiẽtia dicit Prouer. iii. Lignũ vite est his q̃ apprehẽderint eã. Auctoritates igit supius allegate nõ cogũt nos dicere q scĩ post resurrectionẽ cibis vtantur. Hoc tñ qõ positũ est de vbis dñi Mat. xxvi. põt itelligi: vt referat ad h q ipse cũ discipulis suis post resurrectionẽ suã comedit ꝛ bibit. Nouũ quidẽ vinũ i. nouo mõ. s. nõ propter necessitatẽ: sed ad sue resurrectiõis demõstrationẽ. Et dicit In regno p̃ris mei. q̃ʒ in resurrectiõe christi regnũ imortalitatis demõstrari cepit. Qõ aũt dicit in Apoc. de mille annis: dic q p mille annos intelligit totũ tps ecclesie in quo martyres regnãt cũ christo. ꝛ alii scĩ tã in p̃nti ecclesia q̃ regnũ dei dicit: q̃ etiã in celesti p̃ria q̃ntũ ad aĩas. Millenarius enĩ pfectionẽ significat. Sic ergo manifestũ est q scĩ post resurrectionẽ nõ vacabũt cibis ꝛ potibus neq; venereis actibus. Ex quo sequit q oẽs occupatiões actiue cessabunt que vident ordinari ad vsum ciboꝝ ꝛ venereoꝝ. et ad alis que corruptibili vite sunt necessaria. Sola ergo occupatio contẽplatiue vite remanebit. Inde est qõ dicit Luce. x. Optimam partẽ elegit sibi maria. que nõ auferet ab ea in eternũ.

Itẽ in vitispatrũ legit̃ q̄ demones multis annis seduxerũt quẽdã fratrẽ in silitudine angelorz multa ei secreta reuelantes. Ad vltimũ cũ pr̃ suus veniret ad visitãdũ eũ secũ ferẽs bipennẽ ad scindẽdũ ligna: q̃ rediẽs deferret secũ puenit eũ demon dicẽs q̄ diabol⁹ debebat venire ad eũ trãsfigurat⁹ in silitudinẽ pr̃is sui ferens bipẽnẽ: vt eũ impugnaret ⁊ occideret. Cõsuluit ergo ei vt cũ preueniret cũ alia bipẽne ⁊ hoc de eo faceret qd̃ de ipso diabolus facere cogitabat. qd̃ cũ ipse fecisset pr̃e occiso. diabolus q̃ factũ ei cõsulerat tã enorme: suffocauit eũ. Itẽ sub specie epi ⁊ sacerdotis supra de purgatorio de milite tẽtato. Itẽ infra de oratione quõ tẽtauit in specie sacerdotis deferẽtis eucharistiã. Itẽ in specie iuuenis supra de eo q̃ secut⁹ est aquilã. Itẽ in forma moysi: sicut legit̃ in fine tripartite historie: q̄ quidã dicens se moysen missum ad liberationẽ iudeorũ infinitos seduxit iudeos: cõgregãs eos de diuersis locis faciens aliq̃ signa eis apparẽtia: duxit eos supra cacumen prerupte rupis pmittẽs eis q̄ sicut traduxerat eos per mare rubrũ. ita duceret eos p magnũ mare ad terrã pmissiõis. Qui cũ credidissent ei et vẽdidissent oẽs possessiões suas: ⁊ venissent ad terrã. vbi dictũ est cũ vxorib⁹ ⁊ filiis suis: iussit eis vt pmitterẽt se ⁊ sua labi in mare p decliuũ rupis. qd̃ cũ fecissent: alii a rupib⁹ alii a fluctib⁹ necati sũt. Quidã aũt negociatores superueniẽtes ⁊ eos necatos inueniẽtes: ascẽdẽtes ad eos qui nũdũ collapsi fuerãt: nũciantes eis necẽ aliorũ. Illi aũt requirẽtes actorẽ sceleris nõ potuerũt eum occidere: q̃r subito euanuit. Unde multi eorũ videntes se a diabolo deceptos baptisati sunt. Quarto diabolus qñ non potest alliciendo blandiendo: pmittẽdo mẽtiendo seducere. tũc p flagella ⁊ verbera. psecutiones: seditiones apertas tam per se q̃ per suos perturbare conatur. Per se quidẽ sicut apparet de Iob. Per suos vero sicut in principio nascẽtis ecclesie fecit per eos qui martyres occiderũt. Adhuc etiã sepe mouet cõtẽtiones ⁊ lites inter hoĩes: seditiones in vrbib⁹: guerras inter regna. tempestates in mari ⁊ submersiões hominũ: vt quos nõ potest occulte tẽtando vincere possit frãgere flagellando. In vita beati frãcisci legit̃ q̄ cum venisset Aretiũ ciuitatẽ: ⁊ seditione inter ciues exorta ppinquũ immineret excidiũ ciuitatis vidit scõs demones exultãtes: ciues illos cõtra se inuicẽ succẽdẽtes.

Cū aūt vir sanctus mandasset p sociū q ex parte omnipotētis dei ⁊ sui demones dēs recederent subito miro mō cives dēs vnanimiter in pacē assenserunt Quomō aūt ipsum sanctū demones afflixerunt. vt ipsum ab ōronis studio pturbarent. dictū est supra. Idē patet de beato antonio qui cū in cōuersionis sue principio in quodā sepulchro intrusisset se ibi solitariā vitā agēs. demones cū multipliciter tentauerūt apparentes ei sub diuersoꝝ aīaliū speciebus. Ad vltimū nō valentes eū deuincere. durissime flagellauerūt eum adeo vt a fratre q̄ ministrabat ei ad cōgregationē fratrū quasi mortuus portaret̄. Cū aūt fratres ad celebrādas eiꝰ exeqas cōuenissēt aperiens oculos ⁊ vidēs vbi erat. rogauit vt ad locū priorē denuo deferret̄. vbi cū nec aliis tentationibꝰ posset a demonibꝰ superari verterunt se in deformes similitudines flagellātes eū vsq ad mortē ⁊ cū sic esset imobilis. victi fugerūt. Cui christe apparens cū maximo lumine. ⁊ vires eius reparans cōfortauit eum. Cui dixit antonius. Vbi eras o bone ihū cū me sic demones flagellarēt. Rn̄dit ihs ei. Tecū erā. de tuo certamine ⁊ de victoria tua ⁊ demonū confusione gaudens. Item est tentatio grauis ⁊ latens vel occulta qn̄. s. demon ex crudelitate sua tentat grauiter sed ex astutia sua virus iniquitatis sue ⁊ deceptionū laqueos mira subtilitate occultat. vt seducat pš. In via hac q̄ ambulabā abs. la. mihi. Itē isidiat̄ i occulto q̄si leo in spelunca sua. hoc aūt fit multipliciter. Primo i vi imaginatiua diuersas species reꝝ vel imagines p̄sentādo. Secundo in memoria. Tertio in intellectu siue operatione rōnis. Quarto qn̄ fit cū negociatione rōnis. Primo itaq mō dyabolus opat̄. in imaginatiua imprimēs in ea diuersas reꝝ imagines in q̄s ipse dyabolus se trāsformat sicut in speculo imprimunt̄ imagines reꝝ extra. Vn̄ augus. in libro de diuinationibꝰ demonū. Demones inqt terrenoꝝ amatoribꝰ malefacta suadent miris ⁊ inuisibilibꝰ modis. p subtilitatē suā hoīum corpa nō sentientia penetrādo ⁊ se cogitationibus eoꝝ p q̄dā imaginaria imiscēdo. siue vigilātiū siue dormiētiū. Ludificat aūt hoīes tripliciter. Fm vim imaginatiuā vel fantasticā vt videant̄ hoībus res exteriores in aliaꝝ reꝝ species trāsmutate. vel ipsi hoīes videant̄ sibipsis in aliā reꝝ speciē trāsmutati. Sicut q̄dā incātatores artificio demonū faciūt ⁊ nigromātici p adiurationes demonū. Unde dr̄ q q̄dā incantator sic adiurabat demones q ipsi imprimebāt in fantasia hoīum q videbat̄ eis q vnꝰ galius q̄ filio trahebat festucā. traheret maximā trabē cū magnis funibꝰ. ⁊ cū incantator modicā ligaturā feni diuideret p plures particulas. videbat̄ aspicientibꝰ q diuideret equū suū p frusta ⁊ cū eis mitteret dicta frusta. p hospicia eis receptis postea recedēte illusione nihil inueniebant nisi modicas ligaturas feni. Ludificat aūt sic hoīes in fantasia eoꝝ imprimēs imaginez auis vel alteriꝰ aīalis. vt hō sibi esse videat̄ illud aīal qd̄ ipressit Sicut pz infra de cypriano de cōfessione quō mutabat se ⁊ alios in diuersas species. Et sic pz in passione eiꝰ ⁊ iustine v̄ginis nec tn̄ oculi v̄ginis ludificari poterant vel eiꝰ imaginatio. vel ei alius q̄ eēt apparere. Itē i vitispatrū legit̄ de machario egyptio q cū q̄dā hō adamaret vxorez alterius. nec posset eā ad illicitū coitū flectere fecit p maleficos vt mutata videret̄ in equā quā vir suus capistro ligatā adduxit ad machariū. q̄ adductores ⁊ discipulos suos arguit de h̄ q dyabolus eorū oculos ludificauerat. qz in muliere nullā videbat imutationez. Vngens autē eoꝝ oculos oleo bn̄dicto. viderūt mulierē i priori ⁊ nāli effigie quā habebat. Idē fere refert beatus aug. i lib. de ci. dei ⁊ de. doc christia. Scdo mō tentat ludificādo. se in diuersas rerū species trāsmutādo. ⁊ imaginationi se interius p̄sentādo. Vn̄ i ipsa tāq in speculo resultāt q̄si diuerse species in q̄bus se trāsformat ⁊ diuersi gestus siue in ōrone aut alibi. habētibus etiā oculos clausos. Sicut dicet̄ ifra de ōrone quō beato machario demōstrati sunt hoīes diuersimode ludificātes orātes ⁊ q extra p̄sentabāt intra in corde resultabat. Tertio mō ludificat ⁊ tentat in fantasia p imagines somnioꝝ p diuersas visiones aut mulieꝝ. aut alioꝝ p q̄ illud in somno videāt dormiētes. Sicut fecit forsitā ille spūs q̄ missus est ad decipiēdū achā. q̄ dixit Ero spūs mēdax in ore oīuz pphetaꝝ vt subinferat alia. In vitispa legit̄ q cū q̄dā fratres indiscrete abstinētes viderent visiones. venerūt ad abbatē antoniuz vt q̄rerēt de visionibꝰ suis. quoꝝ asinus mortuꝰ est i via. q̄ puenientes eos dixit eis de morte asini sui ⁊ cū q̄rerēt quō h̄ sciret dixit q dyabolus h̄ ei reuelauerat p somniū. dicēs q eoꝝ visiones erāt nō dei reuelationes sed demonū illusiones. Itē in vitispa legit̄ q demones quēdā fratrē sic illudebāt. q qnciūq fratres debebāt cōionē corpis ⁊ sanguinis dn̄i recipe. apparebāt ei demones somniātido i specie mulieꝝ illudētes ⁊ polluētes eū. Cū āt ɔsulerēt p̄res q̄d sibi sup h̄ eēt faciēdū. inq̄rētes de statu eius ⁊ inuenientes q h̄ nō accideret ex cibi ⁊ potus supfluitate. sed ex diaboli illusione iudicauerūt hoc fieri. Et cū ɔsuluissent ei q nec pp̄ter hāc cām cōicare dimitteret diabolus ei postea nō illusit ex h̄ manifestās q h̄ faciebat vt eū ab oī bono ipediret. Itē legit̄ in vita btē marie de ogni. q demon meridianꝰ cuidā amico suo de nocte apparebat in luce angelū se trāsformās. de quibusdā vitiis eū reprehēdēs ⁊ q̄dā bona suadens p̄mo. ⁊ multa vera p̄dicēs postea eū stringēs candētes hemoib ad miserabilē cōclusionē fratrē illū adduxisset nisi ancille christi fuisset h̄ reuelatū. Cū ipsa diceret h̄ eē diaboli illusionē: ille ɔtra dicebat eē spūsscī reuelationē: q̄ tot bona ei suaserat. Cū autē illa se trāstulisset ad solitā ōronē cum oraret de nocte in cella sua astitit ei diabolus falso lumine obumbratꝰ. Cui cū diceret ingterrita Quis es tu aut quo noīe vocaris ille intuēs eā toruo vultu ait Ego sum ille quē tuis p̄cibꝰ ad te venire fecisti. cui amicū meū abstulisti q̄ somniū vocor. Ego enī sum q̄ maxime religiosis i somnis appareo multa eis reuelo vt lucifer appareo multas falsas cōsolationes adhibeo vt mihi credāt ⁊ obediāt: ⁊ in elationē inducāt q̄si digni p̄e aliis diuinis ɔsolationibꝰ ⁊ reuelationibꝰ ⁊ angelicis collocutionibꝰ. Illū aūt amicū meū ab oī bono pposito deiecissē ⁊ de eo volūtatē meā fecissem nisi tu eū mihi abstulisses. Secundus gradus tētationis est in memoria qn̄ diabolus pcurat q̄ in memoria veniāt preterite delectatiōes: vel p imaginatiuā vel aliā: vel ea q̄ hō audiuit vel vidit preterito tp̄e: q̄ prīt hominez mouē ad ad aliqd̄ petrū opis vel delectatiōis. sicut facit somniare esurientē q comedat vt expergefactꝰ magis esuriat ⁊ vigilās qd̄ appetit ad mentē reducat sicut dicit̄ Isa. xxix. Sic tētabat filios isrl̄. Exo. xvi dicētes: Utinā mortui essemus in egypto: qn̄ sedebamꝰ sup ollas carniū ⁊ comedebamꝰ panē in saturitate. Silr̄ Nu. xi. Quis dabit nobis ad vescēdū carnes: recordamur pisciū quos comedebamus in egypto in mentē nobis veniunt cucumeres ⁊ pepones porriq ⁊ cepe ⁊ allia ⁊c. Reducit autē diabolus ad memoriā res factas aut mulierū spēs aliqn̄ visaꝝ. Sicut faciebat btō bn̄dicto. ii. dial. ii. ca. Cū btūs bn̄dictus fugisset seculū: ⁊ eēt solus in heremo: diabolus tētauit eū sub specie merule auis: q̄ vultui eiꝰ importune insidebat Quā cū fugasset facto signo crucis aue recedēte subsecuta est maxima carnis tētatio: ⁊ improbissima de q̄dā muliere quā aliqn̄ in seculo viderat: ita q fere victus ad seculū volebat redire. Sed respectu diuine grē ad se rediēs: ⁊ nudatū se inē vrticas ⁊ vepres piciēs p vulnera carnis curatus est a vulneribus mētis. Itē in vitispatrū abbas moyses ita improbe tētatus fuit: q in cella sua non poterat stare p̄e tētatione carnis: sed fugit ad abbatē Isidō: q̄ facta oratiōe sua dixit ei q ascēderet ⁊c. vt supra. Itē in vita bti hiero. legit̄. q cū ipse eēt in vastissimo heremo adherēs terre: ⁊ mēbra eiꝰ terre adherētia: ⁊ p̄e ieiuniis pallida ⁊ q̄si mortua ⁊ frigida: ⁊ calore sol' q̄si adusta: sola libidinis tētatio improba eū quiescere nō sinebat. Sed cū ipse esset ibi sociꝰ ferarū ⁊ scorpionū solus videbat̄ ei sepe q ipse esset inter choros psallētiū puellarū. Itē in vitispatrū de btō arsenio legit̄: q cū q̄dā mulier romana diues ⁊ nobil' venisset ad ipm vidēdū in deserti egypti: ⁊ vix potuisset obtinē ab eo alexādrinꝰ p̄triarcha vt eā vellet videre: cū ipsa arguta ab eo q pro vidēdo ipm ɔsumpsisset tantū laborē: rogaret in recessu suo vt eius memoriā haberet: rogauit scūs ea audiēte q deꝰ deleret de corde suo in perpetuū eiꝰ memoriā: q̄ pro h̄ verbo q̄si desperās: ɔfortata est a theophilo alexandrino ep̄o et asserēte q h̄ dixerat scūs arseniꝰ ne eius memoria eēt occasio feminee cogitatiōis ⁊ carnalis tētatiōis.

Tertius gradus tētationis est qn̄ intellectus humanus accipit a fantasia similitudines rerum: quas ei diabolus fantasia mediāte ministrat. vel forte quia diabolus per subtilitatem nature suū intellectum suum plenum formis rerum applicat humano intellectui. q̄ est sicut speculū susceptibile oīuz formarū q̄ applicant̄. sic est de duobꝰ specul' sibi inuicē oppositis: forma q̄ est in vno resultat in alio. Sic potest esse in aīa: q formas ⁊ spēs quas vult ei diabolus presentare: exhibet in intellectu suo. Sic etiā potest eē in aīa q diabolus volens ei repsentare species aliquas ad tētandū intellectū suū applicat quantū potest humano intellectui tanq̄ speculū speculo: vt in ipso resultēt ita subtiliter vt videatur homini q sint cogitationes sue. Cassianꝰ in libro collationū: Non est mirum spiritum insensibiliter coniugari aīe ad suadendū q̄ sunt placita ei Est enī inter eos sicut inter hoīes q̄dā silitudo substantie ⁊ cognatio. Nunq̄ autē sibi simul vniri ita vt alter alterius sit capax possibile est hoc enī soli deo ɔuenit. Hanc autē applicationē fm cū aūt forte facit diabolus qn̄ tētat de rebus pure spūalibꝰ q̄ nō apprehēdunt̄ imaginatione corporali. vtpote de fide ⁊ spe. Hec autē tētatio ɔtingere potest duobꝰ modis. Uno modo qn̄ tētat ipse diabo

tus sine oratione rōnis hoīs. Alio mō cū q̄dā ratiocinatione ⁊ argumētatione. Primo mō tentat simplices q̄n s. dyabolus applicans se humano intellectui cū q̄dā obscuritate vmbrosa. obscurat eū ⁊ obnubilat. vt in maximā insticiā veniat. vel accidā. vel nimiū timorē. vel obliuionē eoꝝ q̄ sciunt. vel q̄ scire debet sicut fit in energuminis. qui mēte patiunf. Vñ Cassi. vbi supra. Energumini qui dā sic a demonib⁹ vexanf. vt ea q̄ gerūt ⁊ loquunf nequaq̄ꝫ intelligunt q̄dā vo norunt ⁊ postea recordanf. Itē quorūdā intellectū sic cōnubilat vt faciat eos hesitare in fide ⁊ in his q̄ ad fidem pertinent. Alios inducit in tātā amaritudinē tristicie vel meroris. vt nullā cōsolationē recipiāt. sicut fit q̄nq̄ꝫ cōtra melancolicos. ⁊ infirmos q̄bus aliq̄n videf q̄ oēs cōspirauerūt in mortē ipsoꝝ. ⁊ illi q̄ salutē ⁊ pacē eoꝝ in toto posse ꝓcurāt. Itē alij sic inuoluunf in oib⁹ factis ⁊ dictis vt semp timeāt se peccare mortaliter ⁊ vix volūt vel p̄nt credere vel fidē adhibere ɔsilijs melioꝝ. Alij sic se deo reputāt in oib⁹ displicere q̄ in nullo meritū h̄re se credūt. vel nūq̄ꝫ posse salutē acq̄rere. Alios in desperationē inducit ⁊ ex desperatione semetipsos interimūt. submergūt. suffocāt. vel suspendūt. Sicut p̄ꝫ de chaym et iuda. ⁊ achitophel. Q̄ꝫ aūt dyabolus etiā viros sanctos nitif i desperationē inducere. patet ꝑ hoc q̄d in vita beati Antonij legitur. Ubi dicif q̄ cū oraret vidit se raptū ⁊ ꝑ aera deduci ab angelis. ⁊ vidit infinitos demones ei occurrere ⁊ peccata adolescētie replicare ⁊ augmētare. ⁊ eū de his accusare. ⁊ cū ecōtra angeli dicerent. ea ꝑ dei misericordiā sunt sopita. sed si q̄d haberēt ex quo factus fuerat monachus illud obijcerēt. ipsi multa falsa imponebāt sꝫ cū angeli libꝝ cōscientie vel cōsensus eius euoluerēt. ⁊ de his q̄ obijciebant nihil inuenirēt. cōfusi ⁊ obmutescētes demones recesserūt. ipse aūt Antonius inuenit se vt prius erat. Itē i vita beati Berñ. legif cū ipse grauī infirmitate laboraret. vidit se raptū ad summum iudicē. cui cū p̄sentaref. affuit sathan multis accusationib⁹ eū improbissime pulsans. Cū aūt oīa quecūq̄ꝫ habebat sathanas contra sanctū dixisset. nihil perterritus r̄ndit. Berñ. fateor nō sum dign⁹ nec ꝓpriis meritis possum obtinere regnū celoꝝ. sꝫ duplici iure obtinet illud dñs meus iesus christus. hereditate p̄ris ⁊ merito passionis. altero sibi cōtētus est. ⁊ alteꝝ mihi donat. Itē q̄cq̄d agāt merita mihi misericordia dñi sup vitas. hoc autē audiens sathanas. cōfusus recessit. Itē in vita beati Martini. cum angeli ducerēt aīam sancti in padysum. occurrerūt infiniti demones eū accusātes ⁊ eū detinere volētes. sed cū nihil suū inuenirent in eo. cōfusi recesserunt. Itē alios cōtra charitatē inducūt. alios i amaritudinē odij. inuidie vel rancoris. Sicut iudeos dicētes de dño. Grauissim⁹ est nobis etiā ad videndū. q̄m dissimilis est alijs vita illius. Exēplum ad hoc q̄ aliq̄ de fide cōtra fidē tentāf. Uir q̄dā lr̄atus ⁊ bon⁹ religionē ingressus. in nouiciatu suo sic fuit tentationis laqueis inuolutus. vt cogitaret. vtrū mundus esset aliq̄d nisi somniū. vtrūꝫ ipse animā haberet. vtrū etiā deus esset. de his dolebat ad mortē. ⁊ per hoc fere in desperationē cadebat. vel ad sui occisionē videbanf inducti. nisi sanioꝝ cōsilio credidisset dicenti sibi q̄ ex quo illa cogitatio q̄ est dyaboli tentatio displicebat sibi potius erat martyriūꝫ q̄ꝫ culpa. q̄m sicut ait Greg. Tentatio cui nō cōsentif nō est peccatuꝫ. sed mā exercende virtutis. Itē mulier q̄daꝫ nobilis ad hereticę prauitatis inquisitorē accedens. petiuit vt cōbureref tāq̄ꝫ heretica pessima deterior oīb⁹ illis q̄ pro infidelitate vel heresi cremabātur cū lachrymis multis asserēs q̄ ⁊ de articulis fidei. ⁊ de sacramētis pessima cogitabat. Inquisita si hec ei placebāt vel si acquiescebat illib⁹. R̄ndit q̄ potius vellet esse mortua ⁊ bene volebat comburi. vt ab istis posset penit⁹ liberari. Cū autē diceref ei q̄ ista ɔtēneret ⁊ cor suū trāsferret ad alia cogitāda ɔsolationē recipiēs plene fuit ab omnibus liberata. Itē quādoq̄ꝫ fit hec tentatio in memoria cū argumentatione. vel ratiocinatione. puta q̄ dyabolus probat ꝑ aliqua verba scripture que prima fronte videnf fidei repugnare. vl̄ ꝑ aliquas naturales ⁊ philosophicas rationes impossibile esse sic vt fides tenet circa articulos fidei ⁊ ecclesie sacramenta vel quādo in aīa est strepitus malarū cogitationū ratione ꝑ dyaboli procurationē alicui occupata. vl̄ nō corrigente. vel negligēte reprimere seu repellere differēte. Hiere. iiij. Usq̄ꝫ quo morabunf in te cogitationes noxie. Itē quādo probat aliquibus verisimilibus rationibus vel auctoritatibus aliquid in q̄d debeat intellectus faciliter assentire. Sicut domino quē rationabileꝫ iudicabat. quicq̄d ei suggerebat auctoritatibus cōfirmabat Matth. iiij. ⁊ Luce. iiij. Sicut etiā legitur in passione cypriani ⁊ iustine quomō dyabolus in specie virginis apparens beate iustine ꝓbabat auctoritatibus noui ⁊ veteris testamēti matrimoniū melius esse v̄ginitate. Itē in hystoria iosaphat ⁊ barlaā dr̄ q̄ cū rex auēnyr si posset iosaphat filiū suū a christianitatis proposito reuocare cōsilio theode magi seruiētib⁹ qui ei ministrabāt expulsis posuit cum eo puellas speciosissimas. qui cor eius emollirēt ⁊ ad amorē suū ipsum allicerēt theodas etiā ad iuuās demones misit q̄ cū interi⁹ inflāmarēt ⁊ mulieres exterius. inter q̄s vna nobilior ceteris ⁊ speciosior filia regis suadendo ei ꝓmittebat q̄ fieret christiana si ɔsentiret ei matrimonialiter copulari ⁊ diabolo linguā ei⁹ mouēte ꝓbabat auctoritatib⁹ noui ⁊ veteris testamēti optimū esse mam monū dicēs verba Ap̄li. Honorabile ɔnubiū ⁊c. Cui tñ iosaphat nō assensit.

De occasione tētandi. DIS. VII.

Uia nosipsi sepe demonib⁹ occasionē dam⁹ nosmetipsos tētandi ideo expedit ostēdē quib⁹ modis. vt nobis diligēti⁹ caueam⁹. Primū est ociositas Quē enī nō inuenit diabolus occupatū in ope diuino. libēter occupat in suo. Ideo Hiero. Semp aliq̄d boni facito vt te diabolus inueniat occupatū. Grego. Cū ociosam animā callidus tētator inuenit ad eā q̄si occasionib⁹ allocutur⁹ aduenit. Poeta. Res age tutus eris. Idē. Ocia si tollas periere cupidinis artes. Math. xij. Intrat sp̄us inmūdus domū vacantē. In vitis pa. cuidā sem data fuit gr̄a vt videret q̄ fiebāt. q̄ vidit demonē ad hostiū celle cuiusdā fr̄is venientē. ⁊ q̄diu frater erat occupatus in meditationib⁹ nō poterat intrare. sed stabat ad hostiū expectās. Cū aūt frater ille cessabat a meditationib⁹ demon intrabat. Secūdo dat occasionē tētandi amor vane gl̄ie vel laudis humane sicut habef exemplū. ij. Paral. xxxij. de ezechia q̄ gl̄iabaf de portēto solis. Recipiens aūt a nūcijs regis babylonis ad ostentationē ostēdit eis oīa bona sua. Vñ ibi dicif. Dereliq̄t eū dñs vt tētaref ⁊ nō fieret oīa q̄ erāt in corde suo. Eccl̄i. xxvij. Ne collaudes virū h̄ enī est tētatio hominū. Tertio presumptio eoꝝ q̄ sunt in ɔiugio q̄ presumunt posse cōtinere p se. cū nō possint nisi deus dederit ij Cor. xij. Reuertamini in idipsum ne vos tentet sathanas ⁊c. Uel presumptio est cā tentādi ⁊ cadendi. sicut infra de oratione patebit de monacho arrepto. Quarto occasionē tētandi dat somnolentia ⁊ pigritia. Vñ multotiēs excitabat dñs apostolos ⁊ incitabat ad orationū vigiliam ⁊ instantiam īminēte tentatione Math. xxvj. ⁊ Marci xiiij. Uigilate ⁊ orate ne intretis in tentationē. Quinto nimia securitas. Ezech. xxxviij. dicit diabolus. Ueniam ad securos ⁊ quiescentes. Judith. viij. Intrabimus ad securos. Hiero Tunc maxime oppugnaris cū te impugnari nescis. Sexto nimia implicatio ⁊ dilectio terrenoꝝ. Gen. iij. Serpens supra pectus suū graditur qui solebat ire erectus querens deuorare eos qui adherēt terre. Isa. lxv. Serpenti puluis panis ei⁹. Septimo curiositas sensuū ⁊ in cautela exponendi eos. Sicut patet in prima tentatione Genes. iij. Uidit mulier ligniꝫ. Diabolus est vt abimelech qui appropinquans hostio ignem supponere nitebatur Ezech. xxxviij. Ascendā ad terram que est sine muro. Item in cautela alios male ⁊ indiscrete iudicandi ⁊ aspernandi dat occasionē tentandi. Sicut fecit senex ille qui inexpertus tentationib⁹ mouit iuuenē vsq̄ꝫ ad desperationem dicens: q̄ esset indignus habitu monachi eo q̄ tentaretur turpiter a spiritu fornicationis. De quo dicef infra de indiscretione. Octauo boni propositi fractio ⁊ asperitatis assuete emollitio. Mat iiij. Dic vt la. i. pa. fiant. Hoc dixit dño tentator. q. d. Dura mollifica: aspera relaxa. Hostes q̄n vident aliquā fracturā in muro castri ꝑ illam ingredi molinnf. Vñ sup illud. j. Pe. v. ei. Tanq̄ꝫ rugiēs circuit ⁊c. dicit glo. Nō audet diabolus aggredi hoīes duros ⁊ asperos asperitate penitētie inuolutos: sed molles ⁊ dissolutos vt aq̄.

Nono dat occasionem tētandi hominis instabilitas. ⁊ motuū exterioꝝ leuitas: ꝑ q̄ iudicat diabolus de interiori leuitate: ⁊ q̄ leuiter poterit hominē ad malū inclinare. Si hō est leuis ipse est vētus q̄ cito secū rapit leuia. Exo. x. Uentus vrens leuauit locustas. Psal. Sicut puluis quē proijcit vētus a facie terre. Leuis est: ⁊ leues rapit: ⁊ per nature sue leuitatē leuiter dicta vel facta cognoscit. Orige. sup illud Job. ij. Circuiui terrā tanq̄ꝫ sp̄us volās: ⁊ ea q̄ dicunf voce extra audiēs vel q̄ in opib⁹ fiunt cūcta sciens ⁊ videns: ea vō q̄ in corde tractanf nesciēs. In coll. p. Cassi. ipsas cogitationes q̄s demones ingerūt: vtrū suscepte vel quō suscepte sciūt nō ꝑ ipsius aīe naturā: nō ꝑ ipsi⁹ aīe motū in medullis latentē. sꝫ ex motibus indicijsq̄ꝫ corporis deprehēdūt: vt puta si castrimargiā suggerunt suadent monachū ad fenestrā vel ad coquinā curiosius aspectare si audierint eū de cibo loquentē: fornicationē suggerūt si viderint eū carne cōmotū petulanter aspicere aut loq̄ aut tāgere: ⁊ similiter in ceteris vitijs q̄d etiā aliq̄n a viris prudētib⁹ deprehēdif. Cogitationes aūt q̄ in intimis aīe sensib⁹ nondū ꝓdierūt: adire vel cognoscere omnino non possunt.

¶ De remedijs contra tentationes. DIS. VIII

Diso de tentationibus ꝛ de his ꝙ dant occasionē tentandi. videndū est de remedijs cōtra tentationes. Necesse est enim aīam esse munitā ad se sollicite defendendū sicut hostes nostri multas habent artes ad nocendū. Sicut ait paulinus eps ad Aug. Hostis noster qꝛ mille habet artes nocēdi tā varijs repugnādus est telis ꝙ varijs nos impugnat insidijs De turre dauid.i.ecclesia turrita. dicit Cant iiij. Mille clypei pendēt ex ea ōis armatura fortiū. Isti clypei sūt multimoda munimēta cōtra diuersa demonū tentamēta. Primū ergo munimentū per qd vincit tentatio est fides sicut docet primus pastor ecclesie.i.pe.v. Aduersarius vr dyabolus tanꝙ leo ru. cir. ꝙ. quē deuo. cui resistite fortes in fide. Itē Apost. Ephe.vi. In oībus sumētes scutū fidei. in quo possitis oīa tela nequissimi ignea extinguere Hebre.xi. Sancti p fidē vicerūt regna. Fides habens crucifixum pro vexillo ostendit militi vel pugili coronā pro mercede ꝛ patibulū inferni. Gen.l. Ysachar asinus fortis habitans īter terminos ex vna pte respiciēs pmiū. ex alia supplicium ij. Paral.xv. Confortamini ꝛ nō dissoluant manꝰ vestre. est enī merces opi vestro. Secundū est spes diuine misericordie. ꝛ cōfidentia de adiutorio dei. ps Ad te dñe leuaui aīam m d.m. in te cōfi. ꝛc. vniuersi ꝙ te expectant nō cōfundent. Exo xiiij. Dñs pugnabit pro nobis. ij. Paral. xx. Nō est pugna vestra sed dñi. Sequit. State cōfidēter videbitis auxiliū dñi sup vos. Ubi ponit exēplū elegans de victoria hostiū ppter confidentiā iosaphat Isa.xxx. In silentio. ꝛ in spe erit fortitudo nr̄a. Tertiū est timor sollicitans. Quādo enī tētatus timet ne si victus fuerit offendat deū. damnet. ꝛ ab hostibꝰ confundatur pugnat viriliter. ꝛ deus illū adiuuat. Eccl xxxiij. Timētibꝰ deū nō occurrent mala. sed in tentatione deus illū cōseruabit ꝛ liberabit. De hac mā supra. Timor. Itē supra. de timēdo iudicio. Quartū est virilitas velociter resistendi. Poeta. Principijs obsta sero medicina parat. Cū mala p longas cōualuere moras. Qñ cito latrūculus incipit intrare domū resistendū est ei ꝛ non debet hō pmittere ꝙ domū effodiat. Pugil qñ cito videt aduersariū suū velle ipsū percutere obsistit ei. beatus enī est ꝙ allidit paruulos suos ad petrā. Qui vult serpentē occidere caput eius velociter atterit. i. nunciū tentationis. Greg mor. Lubricus est antiquus hostis ꝙ nisi capite teneatur. totis visceribus illabit. Ephe.iiij. Nolite locum dare dyabolo. Jacobi.iiij. Resistite dyabolo ꝛ fugiet a vobis. Notandū tamen ꝙ qñqȝ vincit tentatio fugiendo specialiter tentatio carnis. i. cori. vi Fugite fornicationē. Eccs.xij. Qui timet deū effugiet illā. f. mulierē p quā signat concupiscentia carnis. oportet enī effugere oēs occasiones. Nota tentatio de diuitijs habēdis vincit diuitias contēnendo ꝙ fit p molestias patiēdo. ꝙ p delitias. fugiēdo. Quintū est oratio. tā ppria ꝙ̄ bonoꝝ. Oratio qdē ppria sicut docet saluator. Matth xxvi. Uigilate ꝛ orate ne intretis in tētationē. i. pe. iiij. Uigilate in oronibꝰ. Euidentissimū exēplū habemus. Exo.xvij. de oratione moysi. De hac materia infra. Oratio. Itē oratio bonoꝝ fugat tentationes demonū Sap.xviij. Tetigit autem iustos tentatio mortis. sed nō pmansit. pperans enim hō sine querela ꝛc. In vita marie de Oig. legit ꝙ dyabolus quādā sanctimonialē simplicē tentauit. Primo immūdis cogitationibus. ꝛ ad vltimū blasphemosis. ita qd se omnē amisisse fidē credebat ꝛ omne fastidiebat desperata. nec cōfessionē peccatoꝝ poterat facere. nec eucharistiā recipere nec verbū pdicatiōis audire. quā cū alie sanctimoniales adduxissent ad dictā mariā ꝛ pro illa orasset. nec liberationē sic obtineret. cogitauit fortiori potentie fortius remediū adhibendū. ꝛ ꝙ hoc genus demonū vt dñs dicit nō eijcitur nisi in ieiunio ꝛ oratione. fortius se afflixit virgini cōpatiens p xl. dies nihil māducās nisi bis vel ter in septimana. in oratiōe ꝛ lachrymis se mactauit. ꝛ relicta virgine ille teterrimus spiritus cū multa confusione cōpulsus est ab angelo venire corā ea miserabiliter vt videbat afflictus. Uidebat enī ei ꝙ euomuisset oīa interiora sua. ꝛ ꝙ portare cōpelleretur oīa intestina sua sup humeros suos. Omnipotens enī deus aliquādo vult ostendi p signa exteriora visibiliter ꝙ fiunt interius inuisibiliter Rogabat autē eā vt eius misereret ꝛ ei quācūqȝ vellet pniām iniungeret. qꝛ ad eā perficiendā cogebat. Sup hoc autē requisito cōsilio a quodā magistro eius cōsiliario ꝙ ei dicebat ꝙ in desertū eū emitteret. alius feruētior superueniens dixit nō sic euasurū illū pditorē. sed mittēdū esse in infernū. Cū autē ipsa illuc eum mitteret. ꝛ sic cū vlulatu maximo descēderet. infinitū clamorē malignoꝝ ipsa in spū audiuit ad ruinā illiꝰ magni pncipis. Ego aūt pdicta liberata facta cōfessione aīo libenti. ꝛ recepta cōione ad suum monasteriū est reuersa. Sextū est scripture sacre lectio. ꝛ sacrorū verborū recitatio. Dñs enī tētatorē noluit fortitudine superare sꝫ auctoritatibꝰ vicit. Matth.iiij. ꝛ Luc.iiij. Sap vi. Melior est sapiētia ꝙ vires Et.vij. Sapientiā non vincit malitia. Et.ix. eiusdē Ea tamen forte dedit ei vt vinceret ꝛ sciret qꝛ potentior omniū est sapiētia. hoc tētatū iustū non dereliquit. Septimū est cōfessio. Ad hoc multe auctoritates rationes ꝛ exempla adducunt infra Cōfessio. Octauū est cordis humilitas ꝛ operis. Luctator ad hoc se inclinat vt aduersariū suū vincat ꝛ deiciat. sicut humilis. In vitis patrū vidit Antonius mundū plenū laqueis diaboli ꝛ cū clamaret ad dñm ꝙs eos euaderet respōsum est ei ꝙ sola humilitas. Itē in vitispatrū cuidā fratri apparuit diabolus trāsformatus in angelū lucis ꝛ dixit ad eū Ego sum gabriel missus ad te: Ille respōdit: Uide ne ad aliū mittaris. qꝛ nō sum dignꝰ vt angelus mittatur ad me. Itē ibidē: cū vellent demones seducere senē quēdā dixerunt ei Uis videre christū. Ait: Anathematizo vos ꝛ ipsum de quo dicitis: qꝛ christo meo credo dicēti: Si dixerit vobis: ecce hic est christus: nolite credere. Qui cōfusi disparuerūt. Itē in vitispatrū qdā senex litigabat cū demonibꝰ videns eos manifeste: ꝛ vincēs tētantes. ꝛ cū transfiguratꝰ diabolus diceret: Ego sum christus. ꝛ ille responderet claudens oculos: Christū nolo hic videre: sed in futura vita. cōfusus diabolus disparuit ad hec verba. Itē de illo fratre qui cū p triduū pstratus flens orasset: ꝛ dicerēt ei cogitatiōes sue ꝙ magnꝰ effectus eēt clamabat dicēs: Ubi sunt nūc peccā mea que ego feci. Si āt replicarēt ei suas negligētias: dicebat ꝙ ppter quā seruitiū dei pietas miām ei faceret. Cū apparuerūt demones dicētes se turbatos in eo ꝙ cū eū extollerēt: ipse se deprimebat. ꝛ cū eū deprimerēt: ad altū mēte dei ascēdebat. Nonū est cōsideratio exēplorū. In prelijs solent militibꝰ pugnātibꝰ recitari pbitates predecessorū suoꝝ: vt ad preliū animent. Jac.v. Exēplū accipite frēs exitus mali lōganimitatis: laboris ꝛ patiētie pphetas. Decimū est laboris occupatio: Poeta: Labor improbus oīa vincit. Unū homini post lapsum indictū est laboris exercitiū. Gen.iij. Itē in vitis patrū cū tētationes fornicationis impugnarēt quēdā fratrē ante singuli finxit in luto formā mulieris: dicēs: Ecce vxor tua. Oportet ergo te ī duplo plus laborare ꝙ̄ ante: vt habeas vnde pascas eā. Ubi cū fecisset: supposuit ꝙ vxor illa peperisset ei filiam: ꝛ sic triplicauit laborē. ꝛ sic deinceps vsqȝquo deficeret: nō valens ferre tantū laborē. ꝛ tunc dixit cogitationi sue: Si nō potes hunc laborē sustinere: neqȝ mulierē requiras. Uidens autē deus eiꝰ feruēs propositū eū a tētatione liberauit. Bern. ad frēs de monte dei: Rusticus habēs duos neruos fortes laceratos exteriora non sentit: hoc facit vsus: vsus facit exercitiū: exercitiū vires ī oī labore subministrat. Undecimū est discipline rigor. Bern. Quid mirū si hoste debilitato p disciplinā tu fortior efficeris: Ideo sci mirabiliter fuerunt rigidi in custodia discipline. sicut patet de sancto antonio hylarione ꝛ alijs.

De btō benedicto legit: ꝙ cū sensisset tentationē in carne: nudū se pijcit inter vepres ꝛ vrticas: vt p vulnera carnis extingueret ardorē mētis. De btō frācisco legit: ꝙ cū tētationis motū modicū prosensisset: cum chorda sua durissime se verberās dicebat corpori suo: Eya frat asine: sic te decet atteri: sic durū subire flagellum: postmodū in fossā extens nudū se volutabat in niue. ꝛ cōpingēs septē massas de niue dicebat: Ecce ista ē vxor tua. Iste quattuor sūt duo filij ꝛ due filie. Iste due alie seruꝰ ꝛ ancilla. oēs istos festina induere qꝛ frigore moriunt. si āt tāta te sollicitudo molestat: pcurꝰ vni soli dño serui. Quo facto tētator victꝰ abscessit. ꝛ vir scūs sic plene victor extit ꝙ nunqȝ deinceps aliqd tale sensit. In vitispa. cū qdā iuuenis grauiter tētaret: nec aliquo modo posset flāmā extinguere: abbas monasterij precepit cuidā viro graui ꝛ aspero vt eū insectaret verbis. iurgijs iniurijs: ꝛ querimoniā deponeret cōtra eū. ꝛ testes aduersus eum loquerent. Ideo iuuenis flebat quotidie maxime pro eo ꝙ nullus ei credere vel cōpati videbat. Cū aūt post annū interrogaret qualiter esset ei: Respōdit: Pape mihi viuere nō licet: ꝛ luxuriari licebit. Et sic p artē abbatis suppressa libidine saluatus est.

Duodecimū est feruor charitatis. Cant.viij. Fortis est vt mors dilectio ꝛc. Aque multe nō potuerūt extinguere charitatē. Poeta: Omnia vincit amor. Greg. moral. Qui charitate adheret veritati nullo modo potest subijci vanitati. Nota: Musca non audet insidere sup ollam feruentē aut sup scutellam nimis calidā. Infra de feruore orationis. Tredecimū est spūalis iocūditas mētis que tentat diabolus de molestijs. i. Mach.iij. Judas machabeus preliabat preliū israel cū letitia ꝛ vincebat. In vita beati antonij legit ꝙ cū dñs ostendisset beato antonio diuersas artes ꝛ fallacias diaboli: subiunxit Una est rō vincēdi inimicū. spūal letitia. Quartūdecimū est virtus passionis christi ꝛ sancte crucis. Quintūdecimū

cum est eucharistie sacramentū. Ecc̄i .xliij. Medicina omniū sup.
tentationū in festinatione nebule obuians ros ab ardore veniēti.
Nota zabolus fallax ausus est decipere quādā mulierē sub spe/
cie christi. q post pceptionē corporis christi multū robur obtinuit.

¶ De vtilitate tentationum. DIS IX.

Ostremo Videndū est de tentationū vti/
litate. Nā ad multa sunt vtiles
et multa bona faciunt illis qui sustinent patiēter. sic pa
tet multis auctoritatibus et exemplis. Primū bonū
qd facit tentatio est peccatoꝝ purgatio. ppterea nō solum sustine/
bat patiēter. sed etiā tentationē petebat. ps. dicens. pba me dñe et
tenta me. Et aperit q̄re petebat tentarí cū subiungit. vre renes me/
os et cor meū. i. purga delectationes cordis et corporis. qm̄ misericor/
dia. t. añ oculos m. est. i. scio q misericorditer assistis tētatio. et pur
gas misericorditer a peccatis. Secūdū est cordis humiliatio et
humilitatis cōseruatio Greg. Dū vitia nos tentant. pficiētes ī no/
bis virtutes humiliant. Hinc est. q israel iebuseū tolerat. vt huma
na mens de se humilia sentiat. Idē tentari pmittit deus vt dum p
tentationē homo cōcutitur. imbecillitate cognita in deo fortius so
lidetur. In vitispa. narrabat qdā pater pascho nomine cuiusdā
spiritu fornicationis grauiter tentato. q post. l. annos etatis sue. et
postq̄ in heremo in cella sua manserat sollicitus de salute aie sue
p. xij. annos die ac nocte nō cessauit eū impugnare spūs fornicati/
onis. cū autē crederet se a deo derelictū eligens magis vorari a be
stia. q̄ tā bestialē sustinere passionē. exiuit circuiens fere totā soli/
tudinē. et veniens ad speluncā leonū. nudū se exposuit in ea iacere
vt cū venientes bestie vorarēt. cū autē per totā diē ibi iacuisset ī no
cte venientes leo et leena odorantes a capite vsq; ad pedes. et postea
recedētes cesserunt ei. Cū autē cogitaret q deus ei ppercisset ad cel
lam rediit. post paucos dies tentatio validior surrexit. venit zyabo
lus in specie puelle ethyopisse quā aliquādo in mēse viderat. que
sup genua sua stans multū eū ad peccandū cōmouit. quā cū a se re
pelleret. dans ei de pugno. et alapas in maxillis. fugauit eā. et p bien/
niū fetorē manus de qua eā tetigerat ferre nō poterat. Cū aūt pre
tristitia fere desperaret et deficeret tabefactus. audiuit vocē dicētē
sibi. Uade pascho. certare. ppterea pmisit tibi deus eas tentatiōes
vt nō altū de te sapias. et ne quasi de virtutib⁹ extollaris et infirmi/
tatē tuā recognoscas. rediit ad cellā. reliquos pacificos habēs dies
ij. Corin. xij. Ne mag re. ex. m. da. est mihi sti. rē. Tertiū est do/
ctrinalis instructio. Facit enī in hoīe experientiā. et expiētia sapiē/
tiā. et hoc nūq̄ cognoscit homo fragilitatē suā vel virtutē et multi
antequā tentent. estimant se multū patiētes et fortes. vel industrios
vel cautos. q̄ superueniēte tentatione deficiūt. et defectū suū cogno
scunt. Sicut patet ī beato. Petro q̄ dicebat Matth. xxvi. Dñe te/
cū paratus sum et in carcerē et in mortē ire. Et iteꝝ. Si oportuerit
me mori tecū nō te negabo. q̄ tñ ad vocē vnius mulercule christū
denegauit. Quis petro fidelior. q̄s eo feruentior. q̄s eo inter christi
socios et amicos maior. et tñ modico impulsu tentationis cecidit.
Quis audeat de se cōfidere. q̄s īminēti graui tentatione debeat
nō timere. nisi tā in tentationib⁹ sit exptus. Itē in tentationib⁹ co/
gnoscit hō mundi malitias. et demonū īsidias. astutias. et artes co/
rū innumeras quas nō expedit ignorare. Itē experit hō dei mise/
ricordiā assistentē. Ideo Ecc̄i. xxxiiij. Qui nō ē exptus q̄lia scit. vir
exptus ī multis cogitabit multa rē. Iud. iij. De sunt gētes q̄s dimi/
sit de⁹ in terra vt in eis erudiret israel. Quartū est meritoꝝ acq̄si
tio. qd hñ figuralit est ostēsum in Iob. cū post tētationes oīa reddi
ta sunt duplicia. Idē Gen̄ xxij. postq̄ tētauerat de⁹ abrahā. dixit
ei. Benedicā tibi et multiplicabo te. Ista bñdictio est meritoꝝ cu/
mulatio q̄ sic dr̄ Prouer. x. Bñdictio dñi diuites facit. s. diuitijs
meritoꝝ. In vitisp. dr̄ de abbatissa sara. q p. xxiij. annos fuerit gra
uissime tētata spiritu fornicationis. nec vnq̄ petiit se semel liberari
ab eo. sed semp dicebat da mihi fortitudinē dñe de⁹ me⁹. Itē i
vitispa. dicebat abbas pastor de abbate iohāne breui. q rogauerat
dñm vt auferret ab eo oēm impugnationē. qd ipse fecit. Et cū ipse
retulisset hoc cuidā seni q q̄esceret secur⁹ ab omni impugnatione.
et ā sēptibus obdormiuisse. arguēs eū. ille senex. cōsuluit ei q peteret
a dño in se moueri pugnā. q̄ in pugna perficit anima. qd cū fecis/
set. pugna rediit nec postea orauit ab eo auferri pugnā. sed q deus
daret ei eā tolerandi virtutē. Itē discipulus cuiusdā senis tentaba
tur grauiter. et resistebat. et se grauiter affligebat. Senex vidēs hoc
ait. Uis fili q rogē dñm vt auferat a te hanc tētationē. Qui ridit.
Nō pater. q̄ sentio ex ea in aīo meo pfectū quia occasione huius
amplius ieiuno. vigilo et oro. veruntamē ora pro me vt deus dei mi/
hi fortitudinem. Quod audiens senex commendans eum gaui

sus est. Quintū est in amore dei confirmatio. Probat enī deus
amicos suos vt approbet et in amore suo cōfirmet. Ecc̄i. xxvij Ua/
sa figuli probat fornax et hoīes iustos tētatio tribulationis. Tobi.
xij. Quia acceptus eras deo necesse fuit vt tētatio probaret te. Iu/
dith. viij. Abraam pater noster p multas tentationes pbatus est.
Sextū est proximoꝝ compassio vt s homo sciat cōpati alijs in
tentationib⁹ eoꝝ. Multi enī qui non sunt experti tentationes ne/
sciunt compati. Sicut habet exemplū in vitispatrū. q cū quidam
iuuenis tentatus valde grauiter a spiritu fornicationis a quodam
sene consiliū et solatium requisisset. senex iuuenē fere in desperatio
nem īmisit dicēs ei q deus oderat eū et q non erat dignus habitu
monachi nec societate sanctoꝝ fratrum. Quibus verbis cōmotus
redibat ad seculū. nisi prouidente deo alius cōpassus ei cōsolatus
esset eū: et ad monasteriū reduxisset. Unde propterea permisit de⁹
beatū petrū tentari. vt ipse futurus pastor ecclesie disceret peccato
ribus misereri. Amplius ipse dñs tentari voluit: vt sciret compati
tentatis. Sicut expresse dicit Apl's Hebre. iiij. Nō habemus pon/
tificē q̄ nō possit compati infirmitatib⁹ nostris: tentatū autē p oīa
pro similitudine absq; peccato. Et Hebreo. ij. In eo enī in quo pas/
sus est: et tētatus potens est. et his qui tentant auxiliari. Didicit er/
go p experientiā compati tentatis. sicut medicus per simplicē noti
tiam artis sue scit compati infirmo. sed infirmatus scit vel didicit
compati per experientiā infirmitatis sue. et hoc dat nobis magnā
fiduciā obtinēdi misericordiā apud eū. Ideo sequit Adeamus cū
fiducia ad thronū gratie vt misericordiā cōsequamur: et gratiā in/
ueniamus in auxilio oportuno. Septimū est optanda perfectio
Per tentationes enī consequit homo perfectionē: ideo nō solū pa
tienter sed etiam gaudēter debemus eas sustinere. Iaco. j. Omne
gaudiū existimate fratres cū in tentationes varias incideritis: sciē
tes q tribulatio patientiā operat: patiētia autē opus perfectū ha/
bet: vt sitis perfecti et integri in nullo deficiētes. Propter hoc bea/
tus paulus et alij sancti viri gloriabant in tribulationib⁹. Nota de
beato francisco q̄ iocūde et cū gratiarū actione sustinebat dolores
illos vehemētissimos in omnib⁹ membris suis: et non dolores vo
cabat eos sed sorores. Octauum est diuina protectio. Tentatos
enī deus seruat et protegit. Sicut dicitur Ecclesiasti. xxxiij. Timen
ti deum non occurrēt mala futura. s. et eterna. quia sine dubio iusti
multa mala presentia vel trāsitoria patiunt. sed in tētatione deus
illum conseruabit de cadat ne per impatientiā frangatur: et libera/
bit a malis: id est a malo culpe et a malo pene. Nonū est diuina
cōsolatio. Nam qui tentationes in mūdo sustinent merent a dño
et angelis visitari et dulciter cōsolari. Item exemplū huius Ma/
thei. iiij. legitur: q completa omni tentatione reliquit eum diabo/
lus. et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei. Ad hoc sunt infini/
ta exempla. De beata katherina: agneta: cecilia: et alijs martyribus
sanctis vtriusq; sexus. Decimū est exemplaris ostensio. Perfe/
ctos enim dat deus et proponit alijs in exemplum. Tobie. ij. Hanc
tentationē permisit deus euenire illi. vt posteris daretur exemplū
patientie. Sicut et sancti Iob. Et de Eleazaro dicitur Machabeo.
vj. Memoriam mortis sue exemplum virtutis et fortitudinis de/
relinquens. Undecimū est dei glorificatio. Nam qui sustinent
patiētes. fiunt primos edificāt p exemplū. ita deū glorificāt. j. Pe. j.
In deo exultabis modicū nūc si oporteret cōtristari in varijs tēta/
tionibus: vt probatio fidei nostre multo preciosior auro qd p ignē
pbat inueniat in laudē et gloriam et honorē in reuelatione ihesu
christi. Duodecimū est diuina retributio. Deus enī illis retribu/
it et in presenti nomen eoꝝ et famā diuulgādo: celebre et honorabi
le faciēdo. Sicut de abraam dicit Ecc̄i. xliiij. In tentatione inuen/
tus est fidelis: ideo dedit ei gloriā deus in gente sua. Itē in vita
beati antonij legit: q cū demones diuersimode tentantes eū fingē
tes diuersas voces et similitudines serpentū et ferarū: nec preualere
possent: domus eius parietib⁹ patefactis atrociter irruentes in eū
verberauerūt eū vsq; ad mortē. Cū autē se eleuans oculos aperiret
vidit lucis radiū desup venientē: cuius splēdore oīs dolor ab eo pe
nitus et demones effugant. dom⁹ eius et oīs valitudo corporis oīo
no reparant. Sentiens autē dei presentiā ait ei. Ubi eras o bone
ihesu cū me sic demones flagellarēt quare nō a principio affuisti.
Respōdit: Hic erā. sed expectabā certamen tuū. nūc autē quia fide
liter dimicasti auxiliabor tibi. et in orbe toto te faciā nominari. Itē
in futuro glorificat eos deus eternaliter. Iaco. j. Btūs vir q̄ suffert
tentationē. qm̄ cū pbatus fuerit accipiet coronā vite. Itē Luc. xxij
Uos estis qui permāsistis mecū in tentationib⁹ meis: et ego dispo/
no vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū: vt edatis et biba/
tis super mensam meam in regno meo.

De verbo dei. DIS. X.

Supstitiōis quattuor sūt spēs. Prima est in hoc ꝙ deo exhibetur cult⁹ indebito mō. Scđa ē idolatrie. Tertia diuinatiōis. Quarta ē obseruātiaꝝ. Pōt enī diuinus cultus exhiberi cui exhibēdus ē sꝫ nō debito mō. Uel ei cui non dꝫ exhiberi .s. cuicūqꝫ creature. ꝛ sic ē aliud supstitiōis genus qđ in multas spēs diuidit sm diuersos fines diuini cultus. Ordinat enī diuinus cultus ad reuerētiā deo exhibēdā. ꝛ sm hoc prima spēs huius ē idolatria. q̄ reuerētiā debitā deo exhibet creature. Scđo cultus diuinus ordinat ad hoc ꝙ hō īstruat a deo quē colit. ꝛ sm h' accipit diuinatiua supstitio q̄ demones cōsulit p aliq pacta cū eis inita. tacita vel expssa. Tertio ordinat diuinus cultus ad quādā directiōē actuū humanoꝝ sm q̄ colit īstituta. ꝛ ad h' ptinet supstitio quarūdā obseruationū. H' tria tāgit Aug. ij. de doct. christiana. dicēs supstitiosū eē q̄c q̄ ē ab hoīb⁹ īstitutū ad colēda idola. ꝛ hoc ptinet ad pmū. Et post subdit. Uel ad ꝯsultatōes ꝛ pacta q̄dā cū demonib⁹ inita atqꝫ federata. ꝛ h' ptinet ad scđm. Et post pauca subiūgit. Ad h' gen⁹ ptinēt oēs ligature ꝛc. ꝛ in h' īsinuat tertiū. De pma specie supstitionis q̄ ꝯsistit in cultu veri dei mō idebito sciēdū ē ꝙ sicut dicit Augu. in lib. ꝯtra mēdaciū. Mēdaciū maxīe pniciosū ē in his q̄ ad christianā religionē ptinēt. Est aūt mēdaciū cū ali qs exteri⁹ signat ꝯtrariū veritati. Sicut aūt signat aliq̄d verbo. ita etiā signat facto in tali significatiōe facti. ꝯsistit exterior religiōis cult⁹. Exteriores aūt actus religiōis. sūt adoratio exterior qua corpus deo subijcit ꝛ offert. ꝛ oblatiōes ꝛ sacrificia p q̄ iterior deuotio designat. ꝛ ideo si p cultū exteriorē aliq̄d falsū significet. erit cult⁹ pniciosus. Hoc aūt ꝯtingit dupliciter. Uno mō a pte rei signate a qua discordat significatio cultus. ꝛ hoc mō tpe legis noue pactis iā christi mysterijs pniciosū est vti cerimonijs veteris legis. q̄bus christi mysteria signabant futura. Sicut pniciosū eēt siqs verbo cōfiteret christū eē passurū. Alio mō pōt ꝯtingere falsitas in exteriori cultu ex parte colētis. ꝛ hoc precipue in cultu cōi q̄ p ministros ecclesie exhibet in psona totius ecclesie. Sicut enī falsarius esset q̄ in psona alicuius ꝓponeret q̄ nō essent ei cōmissa. ita vitiū falsitatis icurrit qꝫ ex parte ecclesie exhibet deo cultū ꝯtra modū auctoritate dei ab ecclesia ꝯstitutū ꝛ in ecclesia ꝯsuetū. Unde dicit Ambro. Indignū ē q aliter celebrat ministeriū q̄ꝫ christus tradidit. Et Col. ij. dicit glo. ꝙ supstitiosū est quādo traditioni humane nomen religionis applicatur. Possunt tamen in cultu diuino diuerse cōsuetudines obseruari quantū ad aliqua non principalia. obseruato principali institutione diuina. Sicut dicit Grego. ad Aug. anglorū episcopū ꝓponentē ꝙ sunt diuerse consuetudines ecclesie in celebratione misse. Mihi inquit placet vt siue in romanis siue in galliarum ecclesijs seu in qualibet ecclesia aliquid inuenisti quod plus omnipotenti deo placere possit. sollicite eligas. Sic igitur patet ꝙ circa cultum deo vero ꝛ summo exhibitū potest esse aliquid supstitiosū.

E idolatria vidēdū est. q̄d sit ꝛ vnde originē habuit. q̄ꝫ graue sit peccatū. ꝛ vtrū sit spēs supstitionis. Sciēdū ergo ꝙ idolatrie duplex fuit cā. Una .s. dispositiua. Alia ꝯsūmatiua. Dispositiua fuit ex parte hoīū. Cōsummatiua ex pte demonū. Dispositiua cā fuit triplex. Prima ꝓcessit ex in ordinatione affectus q̄ .s. hoīes aliquē aliū nimius amātes ꝛ vltra modū honorare volētes. nō erāt ꝯtētipsū sicut aliū hoīez honorare. ꝛ ideo honorē diuinū ei īpēderūt. ꝛ hec ratio tāgit Sap. xiiij. Acerbo luctu dolēs pater cito rapti sibi filij fecit imaginē. ꝛ illū q̄ tūc quasi hō mortuus fuerat. tāq̄ꝫ deū colere cepit. Et ibidē subdit. ꝙ homines aut affectui aut regibus seruientes. incommunicabile nomen. s. diuinitatis lignis ꝛ lapidibus imposuerūt. Scđa causa quia homines in representatiōe expressa rei multū dilecte naturaliter delectantur. ꝛ ideo rudes hoīes a principio vidētes imagines hominis expressiū sime factas. eis cultū deo debitū impenderunt. Unde dicit Sap. xiij. ca. Si quis artifex de silua lignū rectum secuerit. ꝛ scientia sue artis figuret illud ꝛ assimulet imagini hominis. de substantia sua ꝛ filijs ꝛ nuptijs votū faciēs inquirit. Et ibidē. xiiij. dicit ꝙ superuacuitas hominum hoc id est idolatriā adinuenit in orbe terrarum. Tertia propter ignorantiā veri dei cuius excellentiā homines considerare nescientes quibusdā creaturis propter pulchritudinē vel virtutē cultum diuinitatis impenderunt. Unde Sap. xiij. a. Operibus attēdētes nō agnouerunt quis esset artifex. sed aut ignem. aut spiritū. aut citatū aerem. aut gyrum stellarum. aut nimiam aquam aut solē. aut lunā. rectores orbis terrarū deos putauerunt. Sic ergo patet ꝙ causa idolatrie dispositiua fuit ex pte hominis. vel per iggnorantiā intellectus. vl' per deordinationē affect⁹. Causa vo consūmatiua fuit ex parte demonū. qui hoībus errantibus se colēdos exhibuerūt in idolis dādo respōsa. ꝛ aliqua q̄ videbant hominibus mirabilia faciēdo. Unde in. pš dicit Oēs dij gentiū demonia. Et notandū ꝙ in prima mūdi etate nō fuit idolatria. ꝓpter recentē memoriā creationis mundi. in mētib⁹ hominū existētē. ex q̄ adhuc vnius dei cognitio vigebat. In sexta vo etate idolatria exclusa ē per doctrinā ꝛ virtutē christi. q̄ de dyabolo triumphauit. Unde Sap. xiiij. dicit ꝙ nō semp fuit idolatria neqꝫ erit imperpetuū. In scđa vo etate legit inuēta fuisse. vel a nemroth. qui cogebat homines ignē adorare. vel a Nino qui patris sui defuncti fecit imaginē adorari. Apud grecos aūt sicut refert Isid. ꝓmethe⁹ prim⁹ simulacra hoīū de luto finxit. Iudei vo dicūt ꝙ ismael primus simulacra de luto fecit. Et sic patet primū. s. vnde ortum habuit idolatria.

E grauitate ꝛ enormitate hui⁹ flagitij. sciendū ꝙ alicuius pcti grauitas pōt attēdi vel ex pte ipsi⁹ pcti. vel ex pte peccātis. Si ꝯsideret grauitas pcti idolatrie ex parte ipsi⁹ peccati. sic ē sup oīa grauissimū. Sicut enī in terrena republica grauissimū eē videt qđ aliquis honorē regiū exhibeat alteri q̄ꝫ vo regi. qꝛ quātū in se est totū ordinē reipublice puertit. ita inter pctā q̄ cōmittunt in deū. que tm̄ sunt maxima grauissimū eē videt ꝙ aliqs honorē soli deo debitū creature impēdat: qꝛ quātū in se est aliū deum facit in mūdo. diuinum destruēs principatū. Alio mō pōt attēdi grauitas peccati idolatrie ex pte ipsius peccātis. ꝛ sicut grauius est peccatū ei⁹ qui sciēter q̄ꝫ qui ignorāter peccat. sic nihil ꝓhibet hereticos qui sciēter corrūpunt fidē quā acceperūt grau⁹ peccare q̄ꝫ idolatras q̄ ignorāter peccāt. Silr etiā aliqua alia pctā possunt eē maiora ꝓpter maiorē contēptum peccātis. Deniqꝫ sciendum ꝙ soli sūmo deo creatori propter sui singularem excellentiā singulariter debet diuinitatis cultus. Ideo si cuicūqꝫ creature impēdat excedit modus diuini cultus. qꝛ .s. exhibet cui nō dꝫ exhiberi. ꝛ iō supstitionis vitiū incurrit. ideo idolatria species ē supstitiōis. Sicut aūt per aliqua signa sensibilia cult⁹ exhibet deo. puta p sacrificia. oblationes. ꝛ alia hmōi. ita etiā exhibebat creature representate p aliquā formā sensibilē vel figurā q̄ simulacrū vel idolū nuncupat. Diuersimode tm̄ exhibebat idolis cultus hmōi. Quidā .n. imagines aliquas ꝯstituebāt. q̄ virtute demonū aliquos certos effect⁹ habebāt. Unī putabāt ipsis imaginib⁹ aliquid diuinitatꝭ inesse. ꝛ p cōsequēs cultū diuinū eis exhiberi debere. ꝛ hec fuit opinio trimegisti. sicut dicit Aug. viij. de ci. dei. Alij vo nō exhibebāt cultū diuinitatis ipsis imaginib⁹ sed creaturꝭ quaꝝ erāt imagines. Et vtrūqꝫ tangit aplus Ro. j. Nā q̄ꝫtū ad primū dicit. Mutauerūt gloriā incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hoīs ꝛ volucrū. ꝛ quadrupedū. ꝛ serpētū. Q. tm̄ vo ad scđm subdit. Coluerunt ꝛ seruierūt creature potius q̄ꝫ creatori. Hoꝝ tm̄ fuit triplex opinio. Quidā enī estimabāt quosdā hoīes deos fuisse quos p eoꝝ imagines colebāt. Sicut iouē. mercuriū ꝛ alios hmōi. Quidā vo estimabāt totū mundū eē vnū deū nō ꝓpter corpalē substantiā: sed ꝓpt aīaꝫ quā deū esse credebāt. Dicebāt enī deū nihil aliud eē q̄ꝫ aīam motu ꝛ rōne mundū gubernātē. Sicut ꝛ hō dicit sapiens. nō ꝓpt corp⁹ sed ꝓpter aīam. Unī putabāt toti mūdo ꝛ oībus eius ptibus cultū diuinitatis esse exhibendū. puta celo. aeri. aque. ꝛ oīb⁹ hmōi ꝛ ad hoc referebāt noīa ꝛ imagines deoꝝ suoꝝ. Sicut dicit Augu. vij. de ci. dei. Alij vo .s. platonici. posuerūt vnū sūmū deū cām oīuꝫ. post quē ponebāt quasdā spūales substātias a sūmo deo creatas quas deos nominabāt pticipatōe .s. diuinitatis. Nos aūt angelos esse dicimus. Sub his ponebāt demones. quos dicebāt aerea q̄dā aīalia. ꝛ sub his ponebāt aīas hominū. quas p vtutis meritū dicebāt ad deoꝝ vel demonū societatē assumi. ꝛ his oībus cultū diuinitatis exhibebāt. Sicut narrat Aug. viij. de ci. dei. Has aūt duas vltimas opiniones dicebāt ptinere ad phicā theologiā quā phi ꝯsiderabāt i mūdo ꝛ docebāt in scholis. Aliā vo de cultu hominū dicebāt ptinere ad theologiā fabularē. quā sm figmēta poetarū repsentabāt in theatris. Aliā aūt opinionē de imaginib⁹ ptinere dicebāt ad ciuilē theologiā q̄ p pōtifices celebrabat in tēplis. Oīa aūt hec ad supstitionē idolatrie ptinebāt. Unī Aug. in de doc. christiana. Supstitiosū est quicq̄d ab hoīb⁹ institutū est ad faciēda ꝛ colēda idola ptinēs. vel ad colēdā sicut deū creaturā . partē ve vllam creature. Hoc aūt sciēdū ꝙ licet in veteri testamento fuisse legant imagines cherubin. Exo. xxv. ꝛ nūc in ecclīa sint imagines. sctōꝝ beate vginis ꝛ christi. tm̄ nō ꝯstituunt vt eis cultus latrie exhibeat sed ad quādā significationē. vt p hmōi imagines iprimat in cordibus hoīū memoria. ꝛ ꝯfirmet fides de excellētia angeloꝝ ꝛ sctōꝝ. Sec⁹ āt ē de imagīe chrī cui rōe diuinitatꝭ vnite cult⁹ latrie debet.

De diuinatione. DIS. XVII.

E superstitiōe

diuinatiua vidēdū est primo vtrū sit peccatū. Scdo de speciebꝰ eiꝰ. Circa pmū sciēdū ē φ noie diuinatiōis designaẗ q̄dā prenūciatio futurorꝫ. Futura aūt dupliciter pnosci possunt. Uno mō in causis suis Alio mō in seipsis. Cause aūt futurorꝫ sūt in triplici differētia Quedā n. ex necessitate ⁊ semp̄ pducūt suos effectus ⁊ tales effectus ⁊ certitudinē p̄sciri ⁊ pnūciari possūt ex suarꝫ ɔsideratiōe causarꝫ. Sicut astrologi pnūciāt eclipses futuras. Quedā vero pducūt suos effectꝰ nō ex necessitate ⁊ semp̄. ſꝫ vt in pluribꝰ. aliqñ tñ deficiunt. lꝫ raro ⁊ ex talibꝰ causis possunt pnosci ⁊ prenūciari euētus futuri. nō p certitudinē. ſꝫ p quādā ɔiecturā. ⁊ sic astrologi p ɔsideratiōem stellarꝫ aliqua de pluuijs ⁊ siccitatibꝰ p̄scire ⁊ prenūciare possūt. ⁊ medici de sanitate vel morte. Quedā vero cause sūt q̄ si ſꝫ se ɔsiderenẗ se habēt ad vtrūlibet. qd̄ p̄cipue videẗ de potētijs rōnalibꝰ. q̄ fm p̄lꝫ se habēt ad opposita. Et tales effectus vel etiā si q̄ effectꝰ vt in paucioribꝰ ⁊ casu accidūt ex naturalibus causis ex ɔsideratiōe causarꝫ presciri nō possunt qꝛ hmōi cause nō habēt inclinatiōnē determinatā ad illos effectus. ideo hmōi effectꝰ p̄sciri nō possūt nisi in seipsis cōsiderenẗ. Hoīes aūt ɔsiderare possunt hmōi effectꝰ in seipsis solū mō dū p̄sentes sunt. sicut cū videt hō sortē currere vel sedere. Cōsiderare aūt tales effectꝰ in seipsis anteq̄ fiant. pprū ē solius dei q̄ solus in eternitate sua videt ea q̄ futura sūt q̄si p̄sentia. Unde dicitur ysa. xli. Annūciate q̄ ventura sūt in futurꝫ. ⁊ sciemus qm̄ dij estis vos. Si q̄s ergo hmōi futura pnoscere ⁊ pnūciare p̄sumpserit nisi deo reuelante. manifeste vsurpat sibi qd̄ dei est. ⁊ ex h̄ aliq̄ dicunẗ diuini. Unde ysid̄ li. Ethi. dicit φ diuini dicunẗ q̄si deo pleni. qꝛ s. diuinitate se plenos esse simulant. ⁊ astutia quadā fraudulēter hoībꝰ futura pnūciāt. Diuinatio ergo nō diciẗ si q̄s pnūciet ea q̄ de necessitate euenūt vel vt in pluribꝰ q̄ hūana rōne pnosci possūt vel etiā si aliq̄s futura ɔtingētia deo reuelāte pnoscat. tūc eni nō ip se diuinat id est nō qd̄ diuinū ē facit. ſꝫ suscipit. Tūc aūt solū diciẗ diuinare qñ indebito mō vsurpat sibi pnūciationē euētuū futurorꝫ. Hoc aūt ɔstat esse peccatū ⁊ ad supstitionis vitiū ptinere. quoniā sicut idolatria spēs supstitiōis ē p eo φ cultū deo debitū demonibꝰ īpēdit. oblatiōes sacrificia. vel alia hmōi exhibēdo. ita diuinatio spēs est supstitionis diuinū aliq̄d sibi assumēdo. Ois eniꝫ diuinatio pueniṫ ex opatiōe demonū vel qꝛ demōes inuocanẗ expresse. ad futura p̄dicēda. vel qꝛ demones vltro se īgerūt vanis inq̄sitiōibꝰ futurorꝫ. vt mētes hoīuꝫ inducāt in errorē ⁊ īplicēt vanitate. Uana autē inq̄sitio futurorꝫ ē qñ futura pnoscere tentat aliquis vnde prenosci non possunt.

Diuinatiōis tria sūt genera. Primū ē p manifestā demonū inuocationē. Scdm̄ ē p solā ɔsideratione dispositiōis vel motus alterius rei. Tertiū est dū nosipsi facimus aliq̄d vt nobis manifesteẗ aliq̄d occultū. Sub quolibet aūt istorꝫ multi modi ɔtinenẗ. qm̄ ois diuinatio ad p̄cognitiōeꝫ futurorꝫ euentuū vtiẗ aliquo demonū ɔsilio ⁊ auxilio. qd̄ q̄dē vel exp̄sse īploraẗ. vel p̄ter petitiōeꝫ hoīs demon se īgerit occulte ad pnūciandū aliqua futura q̄ hoībꝰ sunt ignota. Demonibꝰ aūt possūt futura esse cognita multis modis. q̄ tāgunẗ. ij. q. iiij. Sciēdū demonū hant esse naturā ⁊c. Ipsi aūt exp̄sse inuocati solēt pnūciare futura multipliciter. Qñq3 q̄dē quodā p̄stigio siue q̄busdaꝫ apparitiōibꝰ aspectui vel auditui hoīum se īgerētes ad p̄dicēdū futura. ⁊ hec spēs vocaẗ p̄stigiū. pro eo φ oculi hoīuꝫ p̄stringunẗ. Qñq3 aūt p somnia. ⁊ hec vocaẗ diuinatio somniorꝫ. Qñq3 vero mortuorꝫ aliquorꝫ apparitiōeꝫ ⁊ locutionē. ⁊ hec spēs vocaẗ necromantia. qꝛ necron grece. mortuus latine. mantia diuinatio nūcupaẗ. vt ait ysid̄. in lib. Ethi. qꝛ q̄busdā p̄cātationibꝰ resuscitati mortui videnẗ diuinare. ⁊ ad īterrogata rn̄dere. Qñq3 vo futura pnūciāt p hoīes viuos Sicut pꝫ ī areptitijs ⁊ hec est diuinatio p phytones. Phytones autēꝫ a phyton apolline dicti sunt. Sicut dicit ysid̄. q̄ apollo dicebaẗ esse actor diuinandi. Qñq3 vero futura pnūciāt p aliquas figuras vel signa q̄ in rebꝰ inanimatis apparēt. q̄ si appareāt in aliquo corpe terrestri. puta ferro. vel lapide polito. diciẗ geomātia Si in aqua hydromātia. Si in aere. aeromātia. Si in igne piromātia. Si aūt in viscerib̄ aīaliū imolatorū in aris demonū aruspiciū nūcupaẗ. Diuinatio autēꝫ q̄ fit sine expressa demonū inuocatiōe. in duo genera diuidiẗ. Quorū primū est cū ad precognoscēdū futura cōsideramus aliq̄d in dispositionibus aliarꝫ rerꝫ. ⁊ si quis conet futura prenoscere ex ɔsideratiōe situs ⁊ motus syderꝫ. hoc ptinet ad astrologos. Si vero p motus vel voces auiū. seu quorūcūq3 aīaliū. siue p sternutatiōes. vel mēbrorꝫ saltus. hoc pertinet generaliter ad auguriū qd̄ diciẗ a garritu auium. Sicut auruspiciū dicitur ab inspectiōe auiū. quorū pmū pertinet ad aures. scdm̄ ad oculos. In auibꝰ aūt hoc precipue ɔsiderari solent. Si vo hmōi cōsideratio fiat circa vba hominū alia intētiōe dicta. q̄ retorquet q̄s ad futurū qd̄ vult pnoscere. h̄ vocaẗ omen. Si aūt ɔsiderenẗ alique dispositiōes figurarꝫ in corporibus visui occurrentes erit alia species diuinatōis. Nā diuinatio sumpta ex lineamentis manꝰ ɔsideratis. chyromātia vocaẗ quasi diuinatio manꝰ chyros eni grece. diciẗ manꝰ latine. Ad scdm̄ genus diuinatiōnis q̄ est sine manifesta demonū īuocatiōe. ptinet ɔsideratio eorꝫ q̄ eueniūt ex quibusdā q̄ seri o fiūt ab hoībꝰ ad inq̄rēdū aliq̄d occultū siue p ptractionē punctorꝫ qd̄ ptinet ad artē geomātie. siue p cōsiderationē figurarū que pueniūt ex plumbo liquefacto in aqua proiecto. siue ex quibusdā cedulis scriptis vel nō scriptis in occulto repositis. dū ɔsideraẗ quis quā accipiat. vel etiam ex festucis inequalibus ppositis q̄s maiorē vel minorē accipiat vel etiā ex taxillorum piectione quis plura puncta piciat. vel etiā dum consideratur q̄d aperienti librum occurrat. que omnia sortium nomen habent.

Viso de speciebꝰ diuinatōis in generali. videndū est de eis in speciali. Et primo de diuinatōe q̄ fit p īuocationē demonū vtrꝫ sit licita Ad qd̄ breuiẗ ē dicēdū φ nō. sicut pꝫ deu. xviij. vbi phibeẗ expresse. Nō inueniaẗ in te q̄ ariolos sciscteẗ. nec phytones ɔsultat. Hoc aūt est illicitū duplici rōne. Prīo ex pte principij diuinatōis qd̄ est pactū expresse initū cū demone p eius inuocationē. qd̄ est oīno illicitū Uñ de quibusdā diciẗ ysa. xxviij. Percussimus fedus cū morte ⁊ cū inferno fecimꝰ pactū. Adhuc aūt esset grauiꝰ si sacrificiū offereẗ vl' reuerētia exhibereẗ demōi inuocato. Scdo ē illicitū ex pte ipsiꝰ euētꝰ de quo inq̄riẗ qꝛ demō q̄ semp intēdit pditionē hoīuꝫ ex rn̄sis suis ⁊si aliqñ vera dicat. itēdit hoīes assuefacere ad hoc φ ei credaẗ. ⁊ sic conaẗ pducere in aliqd̄ qd̄ sit hūane saluti ɔtrariū ⁊ nociuū. Uñ athanasius exponēs illd̄ Luce. iiij. Increpauit illū dicens. obmutesce. diciẗ. Q. ius vera fatereẗ demon. ɔpescebat tñ christus eius sermonē ne sl' cū veritate etiā suā iniquitatē pmisceret. vt nos etiā assuefaceret ne curemꝰ de talibus etiā si vera loqui videaẗ. Nephas eni ē vt cū assit nobis diuina scriptura. a dyabolo instruamur. ergo nec pro rebꝰ pditis recupandis. nec pro inquirēdo statu defunctorꝫ seu pro quacūq3 scīa vel noticia inquirēda. sunt demones inuocādi. qꝛ nulla tpalis vtilitas pōt ɔpari detrimēto salutꝰ qd̄ īcurriẗ p īuocationē demonū. Et si chrꝰ legaẗ interrogasse demonē. Qd̄ tibi nomē est. qui respondit. Legio multi eni sumus. tamen hoc nō est trahēdum in cōsequentiam qꝛ sicut dicit Beda Luce. viij. Non velut inscius dn̄s requirit: sed vt confessa peste quā colorabat virtus curantis gratior emicaret.

E diuinatione que fit p astra sciendū φ diuinatiōi que ex opinione falsa pcedit ingerit se opatio demōis vt hoīum mētes īplicet vanitati aut falsitati. Uana aūt ⁊ falsa opinione vtiẗ. si quis ex ɔsideratiōe stellarꝫ futura velit precognoscere q̄ per eā cognosci nō possunt. Est igiẗ cōsiderandū quid p celestium corporꝫ inspectionē de futuris possit pnosci. ⁊ de his quidē ex necessitate eueniūt. manifestū est φ p ɔsiderationē stellarꝫ possunt pnosci. sicut astrologi pnunciāt eclipses futuras. Circa p̄cognitionem vo futurorꝫ euētuū ex ɔsideratiōe stellarꝫ diuersi diuersa dixerunt. Fuerūt eni quidā qui dixerūt φ stelle signāt potꝰ q̄ faciāt ea que ex earū ɔsideratione pnunciant. Sed h' irrationabiliṫ diciẗ. Omne eni corporale signū vel est effectꝰ eius cuiꝰ est signū. sicut fumus signat ignē a quo causaẗ. vel pcedit ab ea cā. ⁊ sic dū signat causam p ɔsequēs signat effectū sicut iris q̄nq3 signat serenitatē inquantū cā eius ē cā serenitatis. Nō pōt aūt dici φ serenitas. dispositiones corporꝫ celestiū. ⁊ motꝰ sint effectꝰ futurorꝫ euentuū. Nec iterū pnt reduci in aliquā superiorē cām cōem q̄ sit corporꝫ. Possunt aūt reduci in vnā cām cōem q̄ ē in puidētia diuina. Sed alia rōne dispo nunẗ a diuina puidētia motꝰ ⁊ sitꝰ celestiū corporꝫ. ⁊ alia rōne euētus ɔtingentiū futurorꝫ qꝛ illa disponunẗ fm rōnē necessitatis. vt semp eodē mō eueniāt hec aūt fm rōnē ɔtingētie. vt variabilē cōtingāt. Uñ nō pōt esse φ ex īspectiōe syderū accipiaẗ p̄cognitio futurorꝫ nisi fm φ ex causis pnosciẗ effectus. Duplices aūt effectꝰ subtrahūt causalitati celestiū corporꝫ. Primo q̄dē oēs effectꝰ ɔtingētes per accidēs siue in rebꝰ humanis. siue in rebꝰ nālibꝰ. qꝛ vt pbaẗ in. vi. metha. Ens per accidēs nō hꝫ cām ⁊ precipue nālē. cuiꝰ ē vtus celestiū corporꝫ qꝛ qd̄ per accidēs fit. nec est ens. pprie. neq3 vnū sicut φ lapide cadēte fiat terremotꝰ. vel φ hoīe fodiēte sepulchrū inueniaẗ thezaurus. Hec eni ⁊ hmōi nō sunt vnū sed simpliciter plura. Opatio aūt nature semp terminaẗ ad aliq̄d vnū. sicut ⁊ procedit ab vno principio. qd̄ est forma rei naturalis. Scdo subtrahuntur causalitati celestium corporū actus liberi arbitrij qd̄ est fa

citas volũtatis ꝛ rationis. Intellectus enĩ siue ratio nõ ẽ corpus
nec act⁹ organi corporei. ꝛ ꝑ ↄsequẽs nec volũtas q̃ ẽ in ratione vt
patet ꝑ pħm in .iii. de aĩa. Nullũ aũt corpus põt ĩprimere in rẽ ĩcor
poreã. Vñ ĩpossibile ẽ ꝙ corpa celestia directe ĩprimãt in ĩtellectuꝫ
ꝛ volũtatẽ. hoc enĩ esset ponere ĩtellectũ nõ differre a sensu qđ Ari
stoteles in libro de aĩa ĩponit his q̃ dicebãt ꝙ talis volũtas ẽ in ho
minibus qualẽ in die ĩducit pater viroꝝ deoꝝq̃ꝫ .s. sol vel celũ. Vñ
de corpa celestia nõ possunt esse ꝑ se cã opeꝝ liberi arbitrii. possũt
tñ ad hoc dispositiue inclinare inquãtũ imprimũt in corpus huma
nũ ꝛ ꝑ ↄsequẽs in vires sensitiuas q̃ sunt actus corporaliũ organo
rũ q̃ inclinãt ad hũanos actus. cũ vires sensitiue obediũt rationi vt
patet ꝑ pħm in .iii. de aĩa ꝛ in .i. Ethi. nulla necessitas ex hoc libero
ĩponit. Sed ↄtra inclinationẽ celestiũ corpoꝝ hoc põt ꝑ rõnẽ opa-
ri. Si q̃s ergo ↄsideratiõe astroꝝ vtat̃ ad ꝑcognoscẽdos casus fu-
turos. vel fortuitos euẽtus aut etiã ad cognoscendũ ꝑ certitudinẽ
futura opa hoĩum. ꝓcedet hoc ex vana ꝛ falsa opinione ꝛ sic opera
tio demonis se ĩmiscet. Unde erit diuinatio supstitiosa ꝛ illicita.
Si vero aliq̃s vtat̃ ↄsideratione astroꝝ ad precognoscenda futura
q̃ ex celestibus causant̃ corporibus. puta siccitates ꝛ alia huiusmo
di. non erit illicita diuinatio nec superstitiosa.

E diuinatiõe que fit ꝑ somnia. Sciẽdũ ꝙ somniorũ causa
duplex esse põt interior ꝛ exterior. Interior duplex. Una
.s. aĩalis. inquãtũ .s. homini fantasie occurrũt in dormiẽdo
illa circa q̃ cogitatio ei⁹ ꝛ affectio fuit ĩtẽta ꝛ ĩmorata ĩ vigilãdo. ꝛ
tal̃ cã somnioꝝ nõ ẽ cã futuroꝝ euẽtuũ. Unde hmõi somnia ꝑ ac-
cidẽs se habẽt ad futuros euẽt⁹. ꝛ si q̃nq̃ꝫ simul ↄcurrũt erit casua-
le. Q̃nq̃ꝫ ṽo cã extrinseca somnioꝝ ẽ corpalis tñ ex ĩteriori dispo
sitiõe corpis format̃ aliq̃s mot⁹ in fantasia ↄueniẽs illi dispositioni
Sicut homini in quo sũt hũores frigidi occurrit in somnis qđ sit
in aq̃ vel niue. Et ꝓp hͦ medici dicũt esse somnijs ĩtẽdẽdũ ad cogno
scẽdũ ĩteriores dispositiões. Cã aũt somnioꝝ exterior similit̃ ẽ du-
plex. s. corpalis ꝛ spũalis. Corpalis q̃dẽ inquantũ imaginatio dor-
miẽtis ĩmutat̃. vel ab aere ↄtinẽti. vel ex ĩpressione corpis celestis.
vt sic appareãt dormiẽti alique fantasie ↄformes dispositiõi celesti
um. Spũalis aũt cã q̃nq̃ꝫ ẽ a deo q̃ ministerio angeloꝝ aliq reue-
lat in somnijs. Sicut dicit̃ Nũeri .xij. Si q̃s fuerit ĩter vos ꝓpheta
dñi visiõe apparebo ei. aut ꝑ somnia loquar ad eũ. Et Job .xxxiij.
Per somniũ in visiõe nocturna qñ sopor irruit super hoĩes. ꝛ dor
miũt in lectulo. tũc aperit aures viroꝝ. ꝛ erudiẽs eos instruit discu
plina. Q̃nq̃ꝫ vero ꝑ opatiõeꝫ demonis apparẽt dormiẽtib⁹ alique
fantasie ex q̃b⁹ q̃nq̃ꝫ aliq̃ futura reuelãt illis q̃ cũ eis habent pacta
illicita. Sic ergo dicẽdũ. ꝙ si q̃s vtat̃ somnijs ad precognoscẽdũ fu
tura sm̃ ꝙ somnia ꝓcedũt ex reuelatiõe diuina. vel ex causa natu-
rali intrinseca siue extrinseca. quãtũ põt talis virtus se extẽdere. nõ
erit illicita diuinatio. Unde ꝛ ioseph interpretatus est somnia pin-
cerne pharaonis ꝛ magistri pistorũ diuina reuelatione Gen̄ .xl. Et
daniel somnium regis babylonis Dañ .i. ꝛ .iiij. Et medici ex causa
naturali coniecturant de infirmitate vel morte. vt dictũ est. Si au-
tẽ hmõi diuinatio causet̃ ex reuelatiõe demonũ. cũ q̃b⁹ habent̃ pa
cta expssa. q2 ad hoc inuocant̃. vel tacita. q2 hmõi diuinatio ad id
extẽdit̃ ad qđ nõ põt se extẽdere erit diuinatio illicita ꝛ supstitio-
sa. Ideo dicit̃ Deu .xviij. Nõ inueniat̃ in te q̃ obseruet somnia ꝛc̃.

Ad ludificationẽ q̃ fit in somnijs. ꝑtinet error illaꝝ mulieꝝ q̃ di-
cũt se nocturnis horis cũ dyana ꝛ herodyade ꝛ alijs ꝑsonis quas
bonas res vocant ambulare ꝛ sup quasdã bestias equitare. ꝛ multa
terraꝝ spacia trãsire. ꝛ certis noctib⁹ ad deaꝝ seruitiũ euocari. q̃ vti-
nã sole in sua ꝑfidia perijssent ꝛ nõ multos secum ad infidelitatem
suã ꝑtraxissent ꝛc̃. sicut in decretis ↄtinet̃ .xxvi. q .v. Episcopi ꝛ eo-
rũ ꝛc̃ Et post. Nõ omittendũ ꝙ q̃dã scelerate mulieres retro post
sathanã abeũtes. q̃ mẽtẽ quã captiuã tenet in somnijs deludit. ꝛ ꝑ
diuina queq̃ꝫ deducit. ꝛ qđ solus patit̃ spũs. ĩfideles hͦ nõ aĩo ſ3 in
corpe euenire opinant̃. Cũ q̃dã vetula volẽs blãdire suo sacerdoti
dicit ei in ecclesia. dñe multũ debetis me diligere. q2 liberaui vos a
morte. q2 cũ ego vadã cũ bonis rebus. media nocte ĩtrauim⁹ domũ
vrãm cũ luminarib⁹. ego vidẽs vos dormiẽtẽ ꝛ nudũ coopui vos.
ne dñe nrẽ viderẽt nuditatẽ vrãꝫ. quã si vidissẽt ad mortẽ vos fla-
gellari feci ssẽt. q̃ſiuit sacerdos quõ ĩtrauerãt domũ ei⁹. ꝛ chameraꝫ
cũ eẽnt fortiter serata. Tũc ait illa ꝙ bene intrabãt domũ ianuis
claus̃. Sacerdos aũt ĩuocãs eã ĩtra cãcellũ clauso hostio vberauit
eã cũ baculo crucis dicẽs Exite hinc dña sortilega. ꝛ cuꝫ nõ posset
exire. emisit eã sacerdos dicẽs. Modo videt̃ q̃ꝫ fatue estis q̃ som-
nioꝝ creditis veritatẽ. Item cũ in quadaꝫ parochia hoĩes talibus
crederẽt quidã ribaldi transfigurauerũt se in similitudinẽ mulierũ
taꝝ assumpto habitu. ꝛ domũ cuiusdã diuitis rustici cum tortijs
intrãtes ꝛ choreas ducẽtes suppssa voce canebãt Gallice. Unẽ pe-
nes cent en rẽdres. Laune. Unũ accipite cetũ reddite. ꝛ sic ĩ oculi
rustici domũ ei⁹ euacuauerũt oĩb⁹ bõis dicẽtes vxori sue Tace ꝛ
claude oculos. diuites erim⁹ q2 bõe res sũ ꝛ cẽtuplicabũt bõa nrã.

E diuinatiõe q̃ fit ꝑ anguria ꝛ oĩa ꝛ alias hmõi obseruati
ones exterioꝝ reꝝ. Sciẽdũ ꝙ mot⁹ ꝛ garrit⁹ auiũ. vel q̃cũ
q̃ꝫ dispõẽs hmõi in reb⁹ ↄsiderate. manifestũ est ꝙ nõ sũt
cã futuroꝝ euẽtuũ Uñ ex eis futura cognosci nõ possũt sic ex cau-
sis. Relinquit̃ ergo ꝙ si ex eis aliqua futura cognoscant̃ hoc erit ĩ
quãtũ sunt effect⁹ aliquaꝝ causaꝝ q̃ etiã sũt causantes vel ꝑcogno
scẽtes futuros euẽtus. Cã aũt opationũ brutoꝝ aĩaliũ est instinct⁹
quidã quo mouent̃ ĩ motu nature nõ enĩ habẽt dominiũ sui act⁹.
Hic aũt instinct⁹ ex duplici cã põt ꝓcedere Uno mõ ex cã corpali.
Cũ enim bruta aĩalia nõ habeãt nisi animã sensitiuã cui⁹ potẽtie
oẽs sunt actus corpaliũ organoꝝ subiacet eoꝝ aĩa dispõni ↄtinẽti-
um corpoꝝ ꝛ primordialiter celestiũ ꝛ ideo nihil ꝓhibet eoꝝ opati
ones esse futuroꝝ signa inquãtũ cõformant̃ dispõnib⁹ celestiũ cor
poꝝ. ꝛ aeris ↄtinẽtis ex qua ꝓuenit aliq̃ futuri euẽtus. In hoc tñ
duo ↄsiderari. oꝫ. Primũ quidẽ vt hmõi opatiões nõ extẽdant̃ ni-
si ad precognoscẽda futura que causant̃ ꝑ mot⁹ celestiũ corpoꝝ. vt
supra dictũ est. Scđo vt nõ extẽdant̃ nisi ad ea que eq̃liter ptĩ ad
hmõi aĩalia ꝑtinere. ↄsequunt̃ enĩ ꝑ celestia corpa cognitionẽ quã
dã naturalẽ ꝛ instinctũ ad ea que eoꝝ nature sunt necessaria sicut
sunt ĩmutatiões que fiũt per vẽtos ꝛ pluuias ꝛ alia hmõi. Alio mõ
instinct⁹ hmõi causant̃ ex cã spũali. s. vel ex deo vt patet in colũba
sup christũ descẽdente. ꝛ in coruo q̃ pauit helyã. ꝛ in ceto q̃ exoluit
ꝛ eiecit ionã. Uel etiã ex demonib⁹ q̃ vtunt̃ hmõi opationib⁹ bru
toꝝ animaliũ ad implicãdas aĩas vanis opinionib⁹. Et eadẽ ratio
videt̃ esse de oĩb⁹ alijs hmõi ꝑterq̃ꝫ de hoĩbus: q2 verba humana
nõ accipiunt̃ ꝑ hoĩe nisi subdant̃ dispositiõi stellaꝝ disponunt̃ tñ
sm̃ diuinã prouidẽtiã. ꝛ q̃nq̃ꝫ sm̃ demonũ opationẽ. Sic igit̃ dicẽ
dum ꝙ oĩs diuinatio hmõi si extẽdat̃ vltra id ad qđ põt ꝑtingere
sm̃ ordinem nature vel diuine prouidẽtie est supstitiosa ꝛ illicita.

E diuinatione q̃ fit ꝑ sortes videt̃ ꝙ nõ sit illicita. q2 super
illõ ps. In manib⁹ tuis sortes mee. dicit Glo. Aug. Sors
nõ est aliquid mali: sed res in humana dubitatiõe diuinã
indicãs volũtatẽ. Preterea ea q̃ in scripturis a sanctis obseruata le-
gunt̃ nõ vident̃ esse illicita: sed sctĩ viri taꝫ in ve. q̃ꝫ in no. testamẽ-
to inueniunt̃ sortib⁹ vsi esse. Legit̃ enĩ Josue .vij. ꝙ Josue ex pce-
pto dñi indicio sortiũ puniuit achã q̃ de anathemate surripuerat.
Saul etiã sorte filiũ suũ ionathaꝫ dephẽdit mel comedisse .i. Reg.
xiiij. Jonas etiã a facie dñi fugiẽs sorte deprehẽsus est ꝛ ĩ mare ꝓ-
iectus Jonas .i. Zacharias etiã sorte exijt vt incẽsuꝫ poneret Luce.
i. Mathias etiã est ab aplĩs in aplm̃ elect⁹ Actu .i. q̃ꝫ videt̃ ꝙ diui-
natio sortiũ nõ sit illicita. Preterea pugna pugiliũ q̃ monomachia
dicit̃ est singularis adcertatio. ꝛ iudicia ignis ꝛ aque q̃ dicunt̃ vul
garia vident̃ ad sortes ꝑtinere. cũ ꝑ hmõi aliq̃ exq̃rant̃ occulta: sed
hmõi nõ vident̃ eẽ illicita: q2 ꝛ dauid legit̃ cuꝫ philisteo singulare
iniisse certamen .i. Reg. xvij. q̃ꝫ videt̃ ꝙ diuinatio sortiũ nõ sit illici-
ta. Sed cõtra est qđ dicit̃ in decretis .xxvi. q .v. Sortes quibus
cũcta nos vestris discriminatis ꝓuincijs. quas patres dãnauerunt
nihil aliud q̃ꝫ diuinatiões vel maleficia decreuimus. q̃ꝫ obrẽ dño
illas dãnari ꝛ vltra inter christianos nolum⁹ noĩari. ꝛ ne exercean
tur anathematis ĩterdicto ꝓhibemus. Rñsio. dicẽdũ ꝙ sortes ꝓ-
prie dicunt̃ cũ aliquid fit vt eius ↄsiderato euẽtu aliq̃d occultũ in-
notescat. ꝛ siq̃dẽ queratur indicio sortiũ q̃d cui sit exhibẽdũ siue illõ
sit res possessa siue honor siue dignitas. seu pena aut actio aliqua
vocat̃ sors diuisoria Si aũt inquirat̃ q̃d agere oporteat. vocatur
sors ↄsultoria. Si ṽo querat̃ q̃d sit futuꝝ. vocat̃ sors diuinatoria.
Actus aũt hominũ qui req̃runt̃ ad sortes. nõ subdunt̃ dispositiõi
stellaꝝ. nec etiã euẽtus ipsoꝝ. Uñ si quis ea intẽtiõe sortib⁹ vtat̃ q̃-
si hmõi actus humani q̃ requirunt̃ ad sortes sm̃ dispositionẽ stel-
laꝝ sortiant̃ effectũ. vana ꝛ falsa est opinio. ꝛ ꝑ ↄsequẽs nõ carẽs
demonũ ingestiõe ex quo talis diuinatio erit supstitiosa ꝛ illicita.
Hac aũt cã remota necesse est ꝙ sortaliũ actuũ expectet̃ euentus.
vel ex fortuna vel ex aliqua spũali cã dirigẽte Et si quidẽ ex fortu-
na qđ locũ habere põt solũ in diuisoria sorte. non videt̃ habere ni-
si forte vitiũ vanitatis. Sicut si aliq̃ nõ valẽtes aliquid cõcorditer
diuidere velint sortib⁹ ad diuisionẽ vti q̃si fortune exponẽtes. q̃s
quã partem accipiat. Si vero ex spũali causa expectet̃ sortiũ indici
um. Q̃nq̃ꝫ quidẽ expectat̃ ex demonibus. sicut legit̃ Ezech. xxi. ꝙ
rex babylonis stetit in biuio in capite duarum viarũ cõmiscens sa
gittas interrogauit idola ꝛ ea consuluit. Et tales sortes sunt illici-
te ꝛ sm̃ canones ꝓhibent̃. Q̃nq̃ꝫ vero expectatur a deo sm̃ illud.

Propter xvi. Sortes mittunt̃ in sinũ. sed a dño temperant̃. ⁊ talis sors ſʒ se nõ est malũ vt dicit Aug. Pōt tñ quadrupliciter peccatũ incidere. Primo qdeʒ si absq; vlla necessitate ad sortes recurrat̃. hoc enĩ videt̃ ad dei tentationē ptinere. Vñ Ambro dicit sup Lucã. Qui sorte eligit̃ hũano iudicio nõ cõprehendit̃. Scdo si quis etiã ex necessitate absq; reuerentia sortib⁹ vtat̃. Unde sup act⁹ apostolor̃ dicit Beda. Siq necessitate aliqua cõpulsi deũ putãt sortibus exẽplo apostolor̃ eē cõsulẽdũ. videãt hoc ipsos apostolos nõ nisi collecto fratrũ cetu ⁊ precib⁹ ad deũ fusis egisse. Tertio si diuina oracula ad terrena negocia cõuertant̃. Unde Aug. dicit ad inqsitiones Ianuarij. His q de paginis euãgelicis sorte legunt̃. etsi optandũ sit vt id potius faciãt. qʒ ad demonia cõsulẽda cõcurrãt tñ ista mihi displicet cõsuetudo negocia secularia ⁊ ad vite huius vanitatez diuina oracula velle cõuertere. Quarto si in electionib⁹ ecclesiasticis q sancti spiritus ĩspiratõe fieri debēt aliq sortib⁹ vtant̃. Unde sicut Beda dicit sup act⁹ apostolor̃. Mathias ante pẽthecosten ordinat⁹ sorte querit̃. s. qr nõdũ erat plenitudo spũssancti in ecclesia effusa. Septẽ aũt dyacõi postea nõ sorte ſʒ electiõe discipulor̃ sunt ordinati. Sicut aũt ē in tpalib⁹ dignitatib⁹ q ad terrena dispõẽda ordinant̃. in quar̃ electiõe plerũq; hões sortib⁹ vtunt̃. sic ⁊ in diuisione tpaliũ rer̃. Si vero necessitas ĩmineat licitũ est cũ debita reuerẽtia sortib⁹ diuinũ iudiciũ ĩplorare. Unde sicut Aug. dicit in epistola ad honoratũ. Si inter dei ministros sit disceptatio qsi eor̃ psecutiõis tpe q eor̃ maneãt ne fuga oĩum. ⁊ q fugiãt ne morte oĩum ecclesia deserat̃. si hec disceptatio aliter nõ poterit terminari. qʒtũ mihi videt̃. q maneãt ⁊ q fugiãt sorte eligẽdi sũt. Augu. i. de doct. christia. dicit. Si tibi abũdaret aliqd qd oporteret dari ei q nõ haberet. nec duob⁹ dari potuisset. si tibi occurrerẽt duo. quor̃ neuter aliũ vel ĩdigẽtia vel erga te aliqua necessitate superaret. nihil iustius faceres qʒ vt sorte legeres cui dandũ esset qd dari vtriq; nõ posset. ⁊ p hoc patet rñsio ad pmũ ⁊ ad scdm. Ad tertiũ dicẽdũ q iudiciũ ferri candẽtis vel aque feruentis ordinant̃ qdē ad alicuius peccati occulti inqsitionē p aliqd qd ab hõe fit. ⁊ in hoc cõuenit cũ sortib⁹ inquãtũ tñ expectat̃ aliqs miraculosus effect⁹ a deo excedit cõem sortiũ rõnē. Unde hmõi iudiciũ illicitũ reddit̃. tũ qr ordinat̃ ad iudicãdũ occulta q diuino iudicio reseruant̃. tũ etiã qr hmõi iudiciũ non ē auctoritate diuina sancitũ. Unde ij. q. v. in decreto stephani pape dicit̃. Ferri cãdẽtis vel aque feruẽtis examinatiõe cõfessionẽ torqueri a quolibet. sacri nõ cẽsent canones. ⁊ qd sanctor̃ patrũ documẽto sancitũ nõ ē. supstitiosa adinuẽtiõe nõ ē psumẽdũ. spontanea enĩ cõfessiõe vel testiũ approbatiõe publicata delicta habita pre oculis timore dei cõcessa sunt nostro regimini iudicanda. Occulta vero ⁊ icognita illi sunt relinquẽda q solus nouit corda filior̃ hominũ. Et eadẽ ratio videt̃ esse de lege duellorũ. nisi q plus accedit ad cõem rationẽ sortiũ. inquãtũ nõ expectat̃ ibi miraculosus effectus. nisi forte qñ pugiles sunt valde ĩpares vel virtute vel arte.

¶ De superstitionibus obseruãtiis. DIS. XVIII.

Einde cõsiderãdũ ē de supstitionib⁹ obseruãtiis. Et primo de obseruãtijs q traduntur in arte notoria. Scdo de obseruantijs q ordinant̃ ad aliqua corpa imutãda. Tertio de obseruãtijs q ordinant̃ ad coniecturas de futuris eufortunijs vel infortunijs assumendas. Quarto de suspẽsionibus sacror̃ verbor̃ ad collũ. De obseruantijs q ordinant̃ ad sciam acqrẽdã in arte notoria. sciẽdũ q ars notoria illicita est ⁊ inefficax. Illicita qdẽ ē qr vtit̃ qbusdã ad sciẽtiã acquirẽdã que nõ habẽt ſm se virtutē causandi sciam. sicut inspectione quarũdã figurar̃ ⁊ platiõe quorũdã ignotorũ verborũ. ⁊ alijs hmõi. ⁊ ideo hmõi ars nõ vtit̃ his vt causis. ſʒ vt signis. non aũt vt signis diuinit⁹ istitutis. sicut sunt sacramẽtalia signa. Unde relinquit̃ q supuacua signa sunt ⁊ per consequens pertinentia ad quedã significationũ pacta cũ demonibus placita atq; federata. ergo notoria est penitus repudiãda ⁊ fugiẽda christiano. sicut ⁊ alie artes nugatorie vel noxie supstitionis. vt Aug. dicit ij. de doc. christiana. Est etiaʒ huiusmodi ars inefficax ad sciam acquirendã. Cũ enĩ p hmõi artē nõ intendat̃ acqsitio sciẽtie per modũ hominĩ cõnaturalē. s. adinuenẽdo vel addiscẽdo. cõsequẽs ē q iste effect⁹ vel expectat̃ a deo vel a demonib⁹. Certũ est aũt aliquos a deo sapiẽtie ⁊ sciẽtie infusionē habuisse. Sicut de Salomone dicitur iij. Reg. iij ⁊ ij. Paral. j. Sed dominus etiã discipulis suis dicit Luce. xxj. Ego dabo vobis os ⁊ sapiẽtiã ⁊ sciẽtiã cui nõ poterũt resistere aduersarij vestri. Sed hoc donũ nõ datur quibuscunq; non cuʒ certa obseruatione. sed ſm arbitrium spiritussancti. secũdũ apostolũ j. Corin. xij. Alij quidẽ datur per spũm sermo sapiẽtie. Alij sermo sciẽtie ſm eundẽ spiritũ. Et post subdit̃. Hec oĩa operatur vnus atq; idẽ spũs diuidẽs singulis put vult. Ad demões aũt nõ ptinet illuminare intellectũ. acquisitio aũt sapie ⁊ scie fit p illuminatõeʒ intellect⁹. ⁊ ideo null⁹ vnq; p demones sciam acquisiuit. Vñ Aug. dicit in x. de ci. dei. ad porphyriũ. fateris qd theurgicis ⁊ teletis in opationib⁹ intellectuali aĩe nihil purgatõis accidit qd eã faciat idoneã ad vidẽdũ deum suũ ⁊ pspiciẽda que vera sũt qlia aũt oĩa sunt sciẽtiar̃ theoremata. Possunt tñ demões vbis hoibus colloquentes exprimere aliq sciar̃ documẽta. ſʒ hec nõ qrunt̃ p artẽ notoriã.

E obseruãtijs q ordinant̃ ad imutationẽ corpor̃ videt̃ q sunt licite. Quia licitũ est vti nalib⁹ ṽtutib⁹ corpor̃ ad proprios effect⁹ inducẽdos. Res aũt nãles habẽt quasdã virtutes occultas quar̃ rõ ab hoĩe assignari nõ pōt. Sicut q adamas trahit ferrũ. ⁊ multa alia q Aug. enumerat xxj. de ci. dei. ḡ videt̃ q vti hmõi reb⁹ ad corpa ĩmutãda nõ sit illicitũ. Preterea Sicut corpa nãlia subdunt̃ corpib⁹ celestib⁹ ita etiã corpa artificialia. ſʒ corpa nãlia sortiunt̃ quasdã ṽtutes occultas speciē cõsequẽtes ex impssione corpor̃ celestiũ ergo etiã corpa artificialia. puta imagines sortiunt̃ aliquã ṽtutē occultã a corpibus celestib⁹ ad aliquos effect⁹ causandos. ḡ vti eis ⁊ alijs hmõi nõ ē illicitũ. Preterea demones etiã multipliciter possunt corpa ĩmutare vt dicit Aug. iij de trin. sed eor̃ virtus a deo est. ergo licet vti eor̃ virtute ad aliquas hmõi imutationes faciẽdas. Sed cõtra est qd Aug. dicit. ij. de doct. christiana. Ad supstitionē pertinent volumina vel molimina magicarũ artiũ. ⁊ ligature ⁊ remedia que medicor̃ vera medicina condẽnat siue in precãtationib⁹. siue ĩ quibusdã notis quas characteres vocant siue in quibusdã reb⁹ suspẽdedis atq; insignandis.

Rñsio dicendũ q in his que fiunt ad corpales effectus inducẽdos considerandũ est vtrũ naturaliter videant̃ posse tales effectus causare. Sic enĩ nõ erit illicitũ. Licet enĩ causas naturales adhibere ad pprios effect⁹. Si aũt nõ videant̃ tales effect⁹ posse causare. cõsequẽs ē q nõ adhibeant̃ ad hos effect⁹ causandos tãqʒ cause sed solũ qsi signa. ⁊ sic ptinẽt ad pacta significationũ cũ demonib⁹ inita. Et Aug. dicit xxi. de ciu. dei. Alliciunt̃ demones per creaturas qs nõ ipi sed deus cõdidit. delectabilib⁹ p sua diuersitate diuersis non aũt vt aĩalia cibis sed vt spũs signis que cuiusq; delectationi cõgruũt per varia genera lapidũ herbar̃. lignor̃ aĩaliũ. carminum ritũ. Ad primũ ḡ dicendũ q si simpliciter adhibeant̃ res nãles ad aliquos effect⁹ pducẽdos ad quos putant̃ habere nalē virtutē. nõ est supstitiosum neq; illicitũ. Si vero adiungant̃ vel characteres aliq vel aliq noĩa vel alie quecũq; obseruationes qs manifestũ est naturaliter efficaciã nõ habere. erit supstitiosum ⁊ illicitum. Ad scdm dicendũ q ṽtutes naturales corpor̃ naturaliũ cõsequunt̃ eor̃ formas substãtiales qs sortiunt̃ ex impssione celestiũ corporũ. Et ideo ex eor̃ impssione sortiunt̃ qsdã virtutes actuales. Sʒ corpor̃ artificialiũ forme pcedũt ex cõceptione artificis. ⁊ cũ nihil aliud sit qʒ cõpositio. ordo ⁊ figura. vt dicit in j. Phi. nõ possunt habere naturalē virtutē ad agendũ. Et inde ē q ex impssione celestiũ corpor̃ nullã virtutē sortiunt̃ inquãtum sunt artificialia. sed solũ ſm materiã naturalē. Falsũ est ergo qd porphyrio videbat̃. vt Aug. dicit. x. de ci. dei. herbis ⁊ lapidib⁹ ⁊ animãtib⁹. ⁊ sonis certis qbusdã ac vocib⁹ ⁊ figurationib⁹ atq; figmẽtis quibusdã etiã obseruatis in celi cõuersiõe motib⁹ syderũ fabricari in terra ab hoib⁹ ptates idoneas syderũ varijs effectib⁹ exequẽdis. qsi effectus magicarũ artiũ ex ṽtute celestiũ corpor̃ puenirẽt. Sed sicut Aug. ibidem subdit. totũ hoc ad demones ptinet ludificatores aĩar̃ sibi subditarũ. Vñ ⁊ imagines qs astronomicas vocãt ex opatiõe demonũ habẽt effectũ. cui⁹ signũ ē q necesse ē eis ĩscribi quasdã characteres q nãliter ad nihil opant̃. nõ enĩ ē figura actõis nãlis principiũ. Sʒ in hoc distãt astronomice imagines a nigromãticis. qr in nigromãticis fiũt expsse inuocatiões ⁊ fastigia quedã. Vñ ptinẽt ad expssa pacta cũ demonib⁹ inita. sʒ in alijs imaginib⁹ sũt qdã tacita pdã pacta figurarũ seu character̃ signa. Ad tertiũ dicẽdũ q ad diuinã diuine ptãtis ptinet cui demones subsũt vt eis vtat̃ de⁹ ad qdcũq; voluerit. sʒ homĩ nõ ē ptãs sup demões cõmissa. vt eis vti possit licite ad qdcũq; voluerit sed enĩ ē cõ demões bellũ idictũ. Vñ nullo mõ licet homini demonũ auxilio vti p pacta tacita vel expressa.

E obseruãtijs que ordinant̃ ad cõiecturas de futuris eufortunijs vl' ĩfortunijs assumẽdas. videt̃ q nõ sint illicite. Inter alia enĩ eufortunia hoĩuʒ sunt etiã ĩfirmitates. Sʒ ĩfirmitates ĩ hoib⁹ quedã signa pcedũt que etiã medici obseruant̃. ergo obseruare hmõi significationes nõ videt̃ esse illicitũ. Preterea. irrationabile ē negare illud qd quasi cõiter oẽs experiunt̃ q aliq tempa vel loca vel verba audita. vel occursus hominũ vel animaliũ. aut distorti aut inordinati actus aliqd presagiũ habẽt boni

vel mali futuri. ergo obseruare ista nõ videt̃ esse illicitũ. Prete-
rea act⁹ boĩuꝫ ⁊ euẽt⁹ ex diuina ꝓuidẽtia disponũt̃ sꝫ ordinẽ quẽ-
dã ad quẽ ꝑtinere vident̃. ergo videt̃ ꝙ ꝓcedẽtia sint subsequẽtiũ
signa. Vñ ea q̃ antiq̃s patrib⁹ ꝯtigerũt signa sũt eoꝝ q̃ in nobis cõ-
plent̃. vt pꝫ ꝑ Aplm̃ i. Corin. x. Obseruare aũt ordinẽ ex diuina ꝓ-
uidẽtia ꝓcedẽtẽ nõ ẽ illicitũ ergo obseruare hmõi ꝑsagia nõ vide-
tur esse illicitũ. Sꝫ ꝯtra ẽ qḋ dicit Aug. in ii de doct. christia. ꝙ
ad pacta cũ demonib⁹ inita ꝑtinẽt milia inaniũ obseruationũ puta
si mẽbrũ aliqḋ salierit si iũcti ambulãtib⁹ amicis lapis aut canis.
aut puer medi⁹ īteruenerit. Limẽ calcare cũ ante domuꝫ suã aliq̃s
trãsit. redire ad lectũ siq̃s cũ se calciat sternutauerit. Redire domũ
si ꝓcedẽs offẽderit. cũ vestis a soricib⁹ rodit̃ plus timere suꝑstitio-
nẽ mali futuri q̃ꝫ ꝑsens dãnũ dolere. Rñsio dicẽdũ ꝙ hoĩes oẽs
hmõi obseruatiões attẽdũt nõ vt quasdã causas sꝫ vt q̃dã signa fu-
turoꝝ euẽtuũ bonoꝝ vel maloꝝ. Nõ obseruant̃ auteꝫ sicut signa a
deo tradita cũ nõ sint īroducta ex auctoritate diuina. sꝫ magis vani-
tate hũana coopante demonũ malicia q̃ nitunt̃ aĩas hoĩum hmõi
vanitatib⁹ īplicare. ⁊ ideo manifestuꝫ ẽ oẽs hmõi obseruãtias esse
suꝑstitiosas ⁊ illicitas ⁊ vident̃ esse q̃dã reliquie idolatrie. sꝫ quaꝫ
obseruabant̃ auguria. ⁊ q̃dã dies fausti vel infausti qḋ quodãmõ
ꝑtinet ad diuinatiõeꝫ q̃ fit ꝑ astra sꝫ q̃ diuersificant̃ dies. nisi ꝙ hu-
iusmodi obseruatiões sũt sine rõne ⁊ arte vnde sunt magis vane ⁊
suꝑstitiose. Ad ꝑmũ ḡ dicẽdũ ꝙ īfirmitatũ cause ꝓcedũt ĩ nobis
ex qb⁹ aliq̃ signa ꝓcedũt futuroꝝ morboꝝ q̃ licite a medicis obser-
uant̃. Vñ ⁊ siq̃s ꝑsagiũ futuroꝝ euentuũ ꝯsideret ex sua cã. nõ erit
illicitũ. Sicut si seruus timeat flagella vidẽs dñi iratũ. ⁊ simile etiã
esse posset si q̃s timeret nocumẽtuꝫ alicui puero ex oculo fascinãte.
sicaũt nõ ẽ in hmõi obseruatiõib⁹. Ad scḋm dicẽdũ ꝙ ꝫ qḋ a ꝑn-
cipio in istis obseruatiõib⁹ aliq̃d veri hoĩes ex pti sũt casu accidit.
sꝫ postmodũ cũ hoĩes ceperũt hmõi obseruãtijs suũ aĩuꝫ implicare.
multa sꝫ hmõi obseruatiões euenũt ꝑ deceptionẽ demonũ. vt his
obseruatiõib⁹ hoĩes īplicati curiosiores fiãt. ⁊ se magis īgerãt mul-
tiplicib⁹ laqueis ꝑniciosi erroris. vt Aug. dicit in ij. de doc. christia.
Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ ĩ his populo iudeoꝝ ex quo chr̃s erat nasci-
turus nõ solũ dicta. sꝫ etiã facta fuerũt ꝓphetica vt Aug. dicit cõtra
faustũ. ⁊ ideo licitũ ẽ illa facta assumere ad nostrã īstructionẽ sicut
signis diuinit⁹ datis. nõ aũt oĩa q̃ agunt̃ ꝑ diuinã ꝓuidentiã sic or-
dinant̃ vt sint futuroꝝ signa. vnde ratio nõ sequitur.

E suspẽsionib⁹ sacroꝝ verboꝝ ad collũ videt̃ ꝙ nõ sint illi-
cite. Nõ n. diuina vba minoris sũt efficacie cũ scribunt̃ q̃ꝫ
cũ ꝓferunt̃. sꝫ lꝫ aliq̃ sacra vba dicere ad aliquos effect⁹ pu-
ta ad sanãdũ īfirmos sicut. Pater noster. Aue maria. vel q̃litercũqꝫ
nomẽ dñi inuocet̃. sꝫ illḋ Math. vlti. In noĩe meo demonia eiciẽt
&c. lo. fer. tol. ergo videt̃ ꝙ licitũ sit aliq̃ sacra scriptura collo suspẽ-
dere in remediũ īfirmitatis vel cuiu scũqꝫ nocumẽti. Preterea vba
sacra nõ min⁹ opant̃ in corpib⁹ hoĩuꝫ q̃ꝫ in corpib⁹ serpẽtũ ⁊ alio-
rũ aĩaliũ. sꝫ īcãtatiões quãdã efficaciã habẽt ad repmẽdũ serpen-
tes. vel ad sanãdũ q̃dã alia aĩalia. Vñ dicit̃ in ps̃. Sic aspidis sur.
⁊ ob. aur. su. q̃ nõ ex. vo. in. sa. ergo lꝫ suspẽdere sacra vba ad reme-
diũ hoĩuꝫ. Preterea vbũ dei nõ ẽ minoris sanctitatis q̃ꝫ sancto-
rũ relĩq̃e. sꝫ lꝫ homini vbo vel scripto vba sacre scripture ad suã tu-
telã assumere. Vñ dicit Aug. ꝙ nõ minus ẽ vbũ dei q̃ꝫ corp⁹ chr̃i.
sꝫ lꝫ homini reliq̃as sanctoꝝ collo suspẽdere. vel qualitercũqꝫ porta-
re. ergo similiter lꝫ homini verba sacre scripture ad suã tutelã assu-
mere. Sꝫ ꝯtra ẽ qḋ Crysosto. dicit sup Math. Quidã aliq̃ par-
tẽ euãgelij scriptã circa collũ portãt. sꝫ nõne quotidie euangeliũ in
ecclesia legit̃ ⁊ audit̃ ab hoĩb⁹. Cui ergo in aurib⁹ posita euãgelia
nihil ꝓsunt. quõ poterũt eũ circa collũ suspẽsa saluare. deinde. Vbi
ẽ virt⁹ euãgelij in figuris litteraꝝ. an in ĩtellectũ sensuũ. sive in figu-
ris bene circa collũ suspẽsis. si in ĩtellectu. ḡ melius in corde hoĩum
ꝓsũt q̃ꝫ circa collũ suspẽsa. Rñsio dicẽdũ ꝙ in oĩb⁹ incãtationi-
bus vel scripturis suspẽsis duo cauẽda vident̃. Primo q̃dẽ q̃d
sit qḋ ꝓfert̃ vel scribit̃. qꝛ si ẽ aliq̃d ad incãtatiões demonũ ꝑtinẽs
manifeste ẽ suꝑstitiosuꝫ ⁊ illicitũ. Similiter etiã videt̃ esse cauẽdũ
si ꝯtineat ignota noĩa ne sub illis aliq̃d illicitũ lateat. Unde Criso.
dicit sup Math. ꝙ phariscoꝝ magnificãtiũ fimbrias suas exẽplo
nũc multi aliqua noĩa hebraica angeloꝝ ꝯfingũt ⁊ scribũt ⁊ alligãt
que nõ ĩtelligẽtib⁹ metuẽda vident̃. Est etiã cauẽdũ ne q̃d falsitati
ꝯtineat. qꝛ sic eius effectus nõ põt expectari a deo q̃ nõ ẽ testis fal-
sitatis. Deinde scḋo cauẽdũ est ne cũ verbis sacris cõtineant̃ ibĩ
aliqua vana puta aliq̃ caracteres ĩscripti preter signuꝫ crucis. aut si
spes habeatur in modo scribendi. aut ligandi. aut in quacunqꝫ hu-
iusmodi vanitate que ad diuinaꝫ reuerentiã non pertineat. qꝛ hoc
iudicaretur superstitiosum. alias autem est illicitũ. Unde in decre-
tis dicitur. xxvj q. v. c. Non liceat christianis ⁊c̃. Nec in collectio-
nibus herbaꝝ que medicinales sunt aliq̃s obseruatiões aut incãta-
tiones liceat attendere nisi tñ cũ symbolo diuino aut oratione do-
minica. vt tñ creator oĩuꝫ deus honoret̃. Ad ꝑmũ ḡ dicenduꝫ
ꝙ ꝓferre diuina vba aut ĩuocare diuinũ nomẽ. si respectus habea-
tur ad solã dei reuerentiã a qua expectat̃ effectus licitũ erit. Si vo
habeat̃ respectus ad aliq̃d aliud vane obseruatũ erit illicitũ. Ad
scḋm dicendũ ꝙ etiã in incãtatiõibus serpẽtũ vel quorũcũqꝫ aĩali-
um. si respect⁹ habeat̃ solũmõ ad vba sacra ⁊ ad virtutẽ diuinã li-
citũ erit. Sed pleruqꝫ tales precãtationes habẽt illicitas obseruan-
tias ⁊ per demones sortiunt̃ effectũ. ⁊ precipue in serpẽtib⁹ qꝛ ser-
pens fuit primũ demonis instrumẽtũ ad hoĩeꝫ decipiendũ. Vñ di-
cit glosa ibidẽ. Notandũ est qꝛ nõ laudat̃ a scriptura vndecũqꝫ da-
tur in scriptura similitudo vt patet de iniquo iudice qui rogamen
viduã vix audiuit. Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ eadẽ ratio est de portati-
one reliquiaꝝ qꝛ si portent̃ ex fiducia dei ⁊ sanctoꝝ quoꝝ sunt reli-
quie non erit illicitũ. Si aũt circa hoc attenderet̃ aliquid aliud va-
nũ puta ꝙ vas esset triangulare aut aliquid hmõi. qḋ nõ pertine-
ret ad reuerentiã dei ⁊ sanctorum esset superstitiosum ⁊ illicitum.
Ad quartum dicendũ ꝙ Crisosto. loquitur ibi quãdo respect⁹
habetur magis ad figuras scriptas q̃ꝫ ad intellectum verborum.

De infidelitate. DIS. XXIX.

Einde ꝯsiderandũ est de errore precipue cõtra
fidem. Circa qḋ consideranda sunt q̃tuor.
Primo de ĩfidelitate in cõi. Scḋo de heresi. Tertio
de apostasia a fide. Quarto de scismate. Circa primum
cõsideranda sunt duodecim. Primo vtrũ infidelitas sit peccatum.
Scḋo in quo sit sicut in subiecto. Tertio vtrum sit maximum pctõ-
rũ. Quarto vtrũ omnis actio infideliũ sit pctm̃. Quinto de specieb⁹
infidelitatis. Sexto de compatione earũ adinuicẽ. Septimo vtruꝫ
cũ infidelibus sit disputandũ de fide. Octauo vtrũ sint cogendi ad
fidẽ. Nono vtr̃ sit eis cõicandũ. Decimo vtrũ possint christianis fi-
delib⁹ preesse. Undecimo vtrũ ritus infideliũ sint tolerãdi. Duode-
cimo vtrũ pueri infideliũ sint inuitis parentibus baptizandi. Ad
ꝑmũ. s. vtrũ infidelitas sit pctm̃. dicendũ ꝙ infidelitas accipit̃ du-
pliciter. Uno mõ s̃m purã negationeꝫ fidei. vt dicatur infidelis ex
hoc solo ꝙ non habet fidẽ. Alio mõ potest intelligi infidelitas s̃m
contrarietatẽ ad fidẽ. qꝛ. s. aliq̃s repugnat auditui fidei. vel etiã cõ-
tẽnit ipsam s̃m illud ysa. l. Quis credidit auditui nr̃o. ⁊ in hoc pro-
prie perficit̃ ratio infidelitatis. ⁊ s̃m hoc ĩfidelitas est pctm̃. Si au-
tẽ accipiat̃ infidelitas s̃m purã negationẽ sicut in illis qui nihil au-
dierũt de fide nõ hꝫ rationẽ peccati sed magis pene: qꝛ talis igno-
rantia diuinoꝝ ex pctõ primi parẽtis est subsecuta. Qui aũt sic sũt
infideles dãnant̃ quideꝫ ꝓpter alia pctã que sine fide remitti non
possunt nõ aũt dãnant̃ ꝓpter infidelitatis pctm̃. Unde dñs dicit
Joh. xv. Si nõ venissem ⁊ eis locutus nõ fuisseꝫ. pctm̃ nõ haberẽt.
Qḋ exponens Aug. dicit. ꝙ loquit̃ de illo pctõ quo nõ crediderũt
in christũ. Orit̃ aũt infidelitas ex superbia. ex qua ꝯtingit ꝙ hõ in-
tellectũ suũ nõ vult subijcere regulis fidei ⁊ sano intellectui patruꝫ.
Unde Greg. dicit. xxxi. mor. ꝙ ex inani gloria oriuntur nouitatum
presumptiones. Quis posset dici ꝙ sicut virtutes theologice nõ re-
ducuntur ad virtutes cardinales: sed sunt priores eis. ita etiã vitia
opposita virtutib⁹ cardinalibus non reducuntur ad vitia capitalia.
Ad scḋm. s. in quo sit infidelitas sicut in subiecto. dicendũ ꝙ pec-
catũ dicitur esse in aliqua potentia que est principiũ actus peccati.
Actus aũt peccati potest esse duplex principiũ. Unũ quidẽ primũ ⁊
vniuersale. qḋ importat oẽs actus peccatoꝝ. ⁊ hoc principiũ est vo-
lũtas: qꝛ omne pctm̃ est voluntariũ. Aliud aũt principiũ peccati est
propriũ ⁊ proximũ. qḋ elicit pctĩ actum. Sicut cõcupiscibilis ẽ prin-
cipiũ gule ⁊ luxurie. ⁊ s̃m hoc gula ⁊ luxuria dicunt̃ esse in cõcupi-
scibili. Dissentire aũt qui ẽ ꝓprius actus infidelitatis ẽ actus intel-
lectus sed moti a volũtate. sicut ⁊ assentire ⁊ ideo ĩfidelitas sicut ⁊ fi-
des est quidẽ in intellectu sicut in primo subiecto. in volũtate aũt
sicut in primo motiuo. ⁊ s̃m hoc dicit̃ esse omne pctm̃ in volũtate.
Ad tertiũ. s. vtrũ infidelitas sit maximũ pctõꝝ. dicendũ ꝙ omne
pctm̃ formaliter ꝯsistit in auersione a deo. Unde tanto aliqḋ pctm̃
est grauius. quãto ꝑ ipsum hõ magis a deo separ̃t. ꝑ infidelitatẽ aũt
maxime hõ a deo elõgat̃: qꝛ nec verã dei cognitionẽ hꝫ. per falsam
aũt cognitionẽ ipsius non appropinquat ei. sed magis ab eo elon-
gat̃. nec põt esse ꝙ q̃tũ ad q̃d deũ cognoscat. qui falsaꝫ opinioneꝫ
de ipso hꝫ: qꝛ id qḋ ipse opinat̃ nõ ẽ de⁹. Vñ manifestũ est ꝙ pctm̃
infidelitatis est mai⁹ oĩbus pctĩs que cõtingunt in ꝑuersitate moꝝ.
secus aũt est de pctĩs oppositis aliis virtutib⁹ theologicis. Licet aũt
peccatũ infidelitatis s̃m genus suũ sit maximũ peccatorum. põt ta-

ei verbo instruat ⁊ leges ei instituat aut principe3 quē timeat qui penas īfligat. aut pmia tribuat ꝓ tāto labore suo parat in estate cibum sibi ⁊c. Scḋo hoc idem ondit diuine legis editio deꝰ. n hoīni pmo legē īposuit vt opareť sicut dicit Gen. ij. Posuit eū ī paradyso voluptatis vt opareť ⁊ custodiret illū. i. vt opꝰ custodiret illū a casu. vel vt opando custodiret padysū ⁊ quā cito ꝑ accidiā cessaret ab ope. tā cito ꝑderet padysū. Itē hoī post peccatū legē īposuit qsi ꝑ pnia pmi pecc iti dicēs. Gen. iij. In laboribꝰ comedes ex ea cūctis diebꝰ vite tue. Et ē. In sudore vultꝰ tui vesceris pane tuo. Huiꝰ legis ⁊ pnīe trāsgressores sūt accidiosi q qz hic nō laborant sine fine laborabūt s3 inutilit in īferno. ps. Laborabit ineternu3 ⁊ viuet adhuc in finē. Idē. qz ī labore hoīu3 nō sūt ideo cū hoībꝰ nō flagellabunť s3 cū demonibꝰ. Hāc legē deꝰ etiā ꝑ scripturā voluit ꝓmulgari. Eccī. vj. Subiice humeꝝ ⁊ porta illā ⁊ ne accidieris in vinculis illius. Eccs. ix. Quodcūq3 pōt manꝰ tua īstāter opare. qz nec opꝰ nec rō ⁊c. Itē xij. Uerba sapiētū qsi stimuli qz stimulāt accidiosos ⁊ pigros ad bene ⁊ salubriť opandū. Itē Joh. ix. Opamini dū venio venit nox qn nemo pōt opari. Itē Gal. vj. Dū tps habemꝰ operemur bonū. ⁊ multa talia legimꝰ ī locis innumeris ī scriptura. Tertio ad idē monet supne grē fulcimētū ad hʼ enī deꝰ nobis grā3 suā cōfert vt nos moneat excitet ⁊ adiuuet ad salubriter opandū. Uia breuis porta apta ⁊ adminicula multa sūt. Sic diuine grē donū. sacramētales medicine. suffragia ecclesie q nō sūt ī vacuū suscipiēda. Ideo dicit aplus. ij. Corin. vj. Hortamur vos ne in vacuū grā3 dei recipiatis. Et. j. Corin. xv. Grā dei in me vacua nō fuit. Uacua aūt ē qn nō opať hō ꝑ eā. vel accidiose operať. Quarto monet ad hoc fugiēdū exēploꝝ multiplex hortamētū. pmo exēplū ipsius dei q sex diebus opatus ē. ⁊ septima die requieuit. Aug. Cum audis deu3 sex diebus operatū fuisse ⁊ in septima quieuisse frustra sperās requiē nisi post laborē. Operať etiā deus 9tinue gubernādo mūdū. ordinādo puidēdo Joh. v. Pater meus vsq3 mō operať ⁊ ego operor. Item exēplū christi habemus. q dicit. Paup suz ego ⁊ in laboribꝰ a iuuētute mea. pius dñs laborare nō destitit vsq3 ad diē mortis sue. diebꝰ qdē discurrēdo. ꝑdicādo. compliēdo. miracula faciēdo. noctibꝰ aūt in oratiōibꝰ īsistēdo ⁊ sic 9tinue ꝓ salute nostra penaliť laborādo. Bern. Multū qdē laborauit nec in omni machina mūdiali tātū sibi fatigatiōis assumpsit actor vite q3 carnē assumēdo. in q habuit in factis obseruatores. ī vbis 9tradictores. ī flagellis irrisores ī in morte. Idē. qd nō erit suaue cu3 recordatꝰ fueris qnobis christus exhibuit in carne īfantulū necessitatū laboꝝ quos ptulit in ꝑdicando. fatigationū in discurrēdo. vigiliaꝝ in orādo. tētationū ī ieiunādo. ⁊ horū similia ⁊c. Quis amplius gemet dicēs. nimiu3 ieiunamꝰ nimiū vigilamus. cū nec millesime pti debitoꝝ reddere valeamus. Exēplū etiā beate virginis q panē ociosa nō comedit. s3 opata ē cōsilio manuū suarū. vt cū acu ⁊ cū filo sibi ⁊ filio suo victū acqreret. De qua refert Hiero. q vsq3 ad horā tertiā ꝑseuerabat in oratione a tertia vsq3 ad horā nonā in manuū ope. totū vo tēpus residuū expēdebat in oratiōe ⁊ in 9tēplatiōe. Exēplū etiā angeloꝝ q nūq3 cessant laudare deū assistere ⁊ ministrare. De sanctis aliquibus dicit Apoc. iiij. q nō habebāt reqe3 die ⁊ nocte clamātia. sanctꝰ ⁊c. Exēplū patriarchaꝝ. s. ade. cui dixit dñs. In labore comedes cūctis diebus vite tue ⁊c. Zach. xiij. Hō agricola ego su3. adā exēplū meum ab adolescētia mea. Siliter noe ⁊ abrahā ⁊ alij q oēs fuerūt viri laboratores agricole ⁊ pastores ⁊ in assiduo labore ⁊ afflictiōe. Sic dicit iacob Gen. xxxj. Die ac nocte vrebar estu ⁊ gelu. Et post. Afflictionē meā ⁊ laborē manuū meaꝝ respexit dñs. De abrahā sic dicit Orig. sup illō Gen. xviij. Festinauit abrahā in tabernaculu3 ⁊c. Senex currit. sara accelerat. puer festinat. nullus piger inueniť in ocio sapiētis. Itē exēplū aploꝝ quoꝝ labor vsq3 ī mūdi fines se extēdit. qz in oē3 terrā exiuit so. eo. Exēpla multa Reqre infra. Ociū. Hoc bene significatū ē Math. xx. ī hʼ q sūmꝰ paterfamilias ab hora pma vsq3 ad horā vndecimā mittit oparios in vineā suā arguēs ociosos. Quinto ondit hʼ vitiū vigilāter esse vitādū multiplex dānū ide ꝓueniens. vtpote tētationū. ⁊ alioꝝ multoꝝ maloꝝ occasio. Qð bene signať Math. xij. Cū immūdus spūs assumit septē spūs neqores se ⁊ igrediť domū quā inuenit vacātē. Hiero. Semꝑ ē agēdū aliqd ne agri nostri pectoris malaꝝ cogitationū sentibꝰ occupetur. Greg. Cū ociosā aīa3 callidus tētator inuenerit ad eā quibusdā allocuturꝰ occasiōibꝰ accedit. Quoniā vt dicit Bern. Ociositas est mater oīu3 vitioꝝ. ⁊ nouerca vtutū. Qð aūt sit origo tētationū ⁊ ruina ꝑ diuersa vitia habeť ꝑ vba cassiani in col. patrū. in libro de septē vitijs pncipalibꝰ. Patres ꝑ egyptū frēs ociosos nullo mō viuere pmittūt. marie iuuenes ꝓpter custodiā cordis ⁊ ꝓfectū virtutū. ⁊ vt de laboribꝰ suis subministrēt īfirmis ⁊ peregrinis. Itē ī eodē de accidia apud egyptū ab antiquis patribꝰ est laudata sntia operātē3 monachū vno demone pulsari. ociosu3 innumeris demoībꝰ. Itē in vitispa. qdā monachꝰ inueniens regulā mōachi pdidit ⁊ ꝑ tristicia opꝰ monachi dimisit. Cū aūt postea qsisset a patribꝰ mōachoꝝ statuta ⁊ accepisset pre accidia ⁊ dissuetudine. nesciebat quō opꝰ monachi icipet. s3 totū dimittebat. varijs agitatꝰ tētatiōibꝰ. Uenit ad senē q cognoscēs passionē suā dixit illi. Quidā pať ꝑcepit filio suo hortū suū excolē. q vidēs eiꝰ magnitudinē. tedio affectꝰ icepit opꝰ dimittere. ⁊ sub arbore dormire. Et sic fecit ꝑ multos dies ad agru3 colēdū missus. vsq3 quo spine ⁊ male herbe totū occupauerūt. Pať aūt eū visitāť īuenit totū agrū maľ herbis occupatū. ⁊ cū nihil fecisse. cā3 qrit qre nihil fecerat. Rñdit. pp eiꝰ magnitudinē quā videbat tedio afficiebať ⁊ diffidebat se posse pficē. Tūc pr ait. fili fac quotidie ð agricultura vsq3 ad quātitatē corpis tui. qð ille recepit gratanter. ⁊ ī breui totū hortū excoluit. Sic ē de illꝭ q se excolere negligūt. ⁊ ociosi pigrescūt. replētur sentibꝰ malaꝝ tētationū. ⁊ herbis malis malarū cogitationū ⁊ desiderioꝝ. Et hoc ē qð dicit Prouer. xxiiij. Per agrū hoīs pigri trāsiui. ⁊ ꝑ vineā viri stulti. ⁊ ecce totū repleuerant vrtice. ⁊ operuerāt supficiē eius spine. ⁊ maceria lapidu3 eius destructa erat. Sexto dissuadet hoc vitium fructus alliciens scilicet spūale meritū ⁊ eternu3 premium. qui modico tempore ⁊ non multo labore possunt acquiri. nā quasi ꝑ nihilo lucrari pōt hō plus q3 valeāt oēs diuitie ⁊ oīa regna mūdi. s. gratiā ⁊ gloriā. ps. Gratiā ⁊ gloriā dabit dñs. Prouer. xxij. Sup aurū ⁊ argentū gratia bona ꝑ quā vt dicit aplus acquiriť vita eterna. Greg. Amor dei nūq3 est ociosus. operať enī magna si est si aūt renuit opari. amor nō ē. Jō de militibꝰ alexādri legiť in chrōicis. Hug de scō Uict. qð iō oēs puictores inde essi erāt: qz ordinatissime in bellis ꝓcedebat. nemo illoꝝ fugā sed victoriā cogitabat. Spes illoꝝ nō in pedibꝰ sed in lacertis erat. nō piculū belloꝝ sed diuitiaꝝ lucra memorabāt. ꝓdā auri pfici. ⁊ diuitias totiꝰ oriētis ante se in mēte reducebāt. Sic laborabāt indefesse q lucra laboris facti in charitate ⁊ ex charitate attēdūt. Ad hoc vehemēter ⁊ efficaciter nos excitare deberet. imo 9pellere labor quē. volūtarie sumūt ⁊ gaudēter sustinēt hoīes mūdani oībus diebꝰ vite sue ꝓ modico lucro vel 9modo tpali sicut mercatores vel alij negociatores ardētissime inhiātes diuitijs tpalibꝰ cōgregandis. Denic3 si 9sideremꝰ quātos labores. timores. ⁊ picula quātas sollicitudīes ⁊ angustias sustinēt miseri petōres ꝓ flagitijs suis ⁊ pũersis volūtatibꝰ 9diplēdis. qbꝰ nō vitā. s3 morte sibi merent eternā. Aug. ī lib. de patiētia. Intueamur q3ta ī doloribꝰ ⁊ laboribꝰ sustineāt ꝓ rebꝰ qs vitiose diligūt. quāta ꝓ falsis diuitijs. ⁊ quāta ꝓ vanis honoribꝰ. quāta ꝓ ludicrꝭ affectiōibꝰ piculosissima ⁊ molestissima patiētissime toleranť. pecunie glie lasciuie cupidos videmꝰ. vt ad desiderata ꝑueniāt. optatisq3 nō careāt soles hymbres niues. ⁊ glacies. fluctꝰ ⁊ ꝓcellosissimas tēpestates. aspa ⁊ icerta bellorꝝ imanuū actꝰ ⁊ vulnera horrēda plagaꝝ nō ieuitabili necessitate s3 culpabili volūtate pferre. Et ꝓ apertis scelerībꝰ. nō vt ea puniāt: s3 vt ppetrēt hoīes mīn ḡuissima pferūt. Quid de latronibꝰ dicā quorū oēs ⁊ singuli cū īsidianť viatoribꝰ nocturnas patiunť īsidias. atq3 vt trāseūtes excipiāt inocētes. sub qlibet celi asperitate nocte3 aīu3 corpusq3 defigūt. Unī bene dicit Hiere. ix. Ut inīq agerēt laborauerūt. ꝓpť qð amarissime s3 inutiliter in īferno plāgē 9pellunť. Sap. v. Lassati sumꝰ in via iniqtatis ⁊ ꝑditiōis ambulauimꝰ vias difficiles ⁊c. Bern. Quid ignauie ē frēs. ardētiꝰ enī appetūt hoīes pniciosa. q3 nos vtilia. alacrius currūt ad morte. q3 nos ad vitā. Angu. O si possemꝰ excitare hoīes ⁊ cū ipsis pariť excitari. vt tales essemus amatores vite pmanētis: qles sūt amatores vite fugiētis. Itē in vitispa. Abbas pambo vadēs in alexādriā. vidēs ibi mulierē saltatricē. amare fleuit. Reqsitꝰ causa3 ait. due cause mouēt me. vna ē dānatio huiꝰ mulieris. alia est qz toto tpe vite mee non habui tale studiū placēdi deo. quātū ista placēdi hoībꝰ. Ite3 nota de pelagia meretrice cuiꝰ ornatū ⁊ curā vidēdi. s. aīas dyabolo cū videret pallā eps helyopoleos. ī 9cilio epoꝝ alte suspirās. demisso capite grauissime fleuit. cā3 reddēs: qz viuꝰ diei mētric huiꝰ ornatꝰ. vite mee supauit idustriā seruiēdi deo. ⁊ post. ī vitate dico vobis dixit eps ipsam nobis pferet deꝰ in iudicio q negligētia torpemꝰ. Septio ondit hʼ vitiū eē sūmope detestādū diri supplicij doloꝝ excruciās q debeť accidiosis sicꝰ arboribꝰ infructuosis Math. vij. Oīs arbor q nō facit fructū bonū. exciděť. ⁊ in ignem mitteť. Johā. xv. Si qs in me nō māserit mitteť foras sicut palmes ⁊ arescet. ⁊ colliget eū. ⁊ in ignē mittēt: ⁊ ardēt. Ficuinea sterilis. i. que fructū nō habuit quādo dñs esuriēs venit ad eam. maledicta fuit ⁊ aruit. Joh. xxj. ⁊ tñ non erat tunc tēpus pomoꝝ: sicut dicit Aug. Seruum inutilem precepit paterfamilias proijci in tenebras exteriores. Math. xv.

De filiabus accidie. DIS. II.

Circa quartū. s. de filiab⁹ accidie Sciēdū q multa sunt. q multis modis p accidiā peccat hō. Eius aūt filie sī he. Dilatio. Segnicies sive pigritia. Tepiditas. Pusillanimitas. Incōstātia sive īpseuerātia. z Inquietudo corpis. Euagatio mētis. Ignorātia. ociositas. verbositas sive multiloquiū. variloquiū. murmur. taciturnitas mala. indiscretio. grauedo. somnolētia. negligētia omissio īgratitudo. īdeuotō lāguor. tediū. īpeditio bonorū. in pniā. desperatio. Prima igit filia accidie ē dilatio bonoz agēdoz puta ūersiōis ad deū. sive ingressus religiōis. pegrinatiōis pnie. ofessiōis. solutiōis voti. vel ipletionis alicui⁹ boni pppositi p̄cōcepti. Sūt aūt septē cause q̄re benefaciēdi sit piculosa dilatio. Pria cā ē ira dei. q̄ exclusus pmo blandit vt ei apiat stans ad hostiū z pulsans Cant. v. Vox dilecti mei pulsant⁹ api mihi. Et. ii. En ipse stat post parietē nostrū respiciēs p fenestrā. Apo. iii. Ego sto ad hostiū z pulso q̄ si diu extra dimittat irascit. z miat. gladiū vibrādo. hostiū frāgēdo. adulterā occidēdo ps. De⁹ iudex iustus zc. Et post. Nisi ūersi fueritis. gladiū suū vibrabit. zc. Eccī. v. Ne tardes ūerti ad dñz subito eni supueniet ira illius z in tpe vindicte disperdet te. Irascit ōtra excusatiōez dicētiū ysa. xxviii. Māda remāda. expecta reexpecta zc. Talis erat Augu. ante ūersionē vt ipse ait. Nō habebā quid tibi dicērē surge q̄ dormis rńdere nisi verba somnolēta z lēta sive mō sive paululū. z illō mō nō hēbat modū. z illud paululū ptēdebat in lōgū. Similes sūt illis qui inuitati ad cenā patrisfamilias oēs diuersimode se excusabāt. z venire nolebāt Luc. xiiii. Itē deū offēdūt maxie. nō solū ex q̄ spōsus ē extra dimittēdo. s; adulterū z adulterā īter amplexus tenēdo spōso ōtēpto. q̄ū dyaboli delectatiōes momētaneas z res caducas ei preponūt amādo. Osee. ii. Auferat adulteria sua de medio vberū suoz ne forte statuā eā nudā zc. Itē differēs ūerti deū offendit disponēs p volūtate sua de tpe q̄d pater posuit in sua ptāte Act. i. cui⁹ dispositionē nō ōcessit apostolis aut alicui pure creature. hoc faciūt q̄ dicūt q̄n fecero h̄ z illa. tūc intrabo religionē. vel primo faciā hoc. post illud. vel pmo colligā messez. post vindemiā. Sicut dicebat ille de quo Luc. xii. Hois cuiusdā diuit⁹ vberes fruct⁹ ager ptulit. z cū dixisset. destruā horrea mea z maiora hoz faciam zc. Rńdit ei dñs. Stulte hac nocte repetēt aiaz tuā a te. z q̄ ōgregasti cui⁹ erūt: Eccī. xxix. Repromissio nequissima multos perdidit.

Scdm ppter q̄d accelerāda ē ūersio ē mortis met⁹ z incertitudo. Eccī. ix. Nescit hō finē suū neq; tēpus neq; locū neq; modū neq; statum mortis sue. Sed sicut pisces capiuntur z hamo. z aues cōprehēdunt laqueo subito z īprouise. sic capiunt hoies in tpe malo. s. mortis. Seneca. Iuuenes mortē habēt atergo. senes ante oculos. De hac materia supra. de morte timēda malis. per totū. Tertiū propter quod acceleranda est conuersio. est difficultas exeundi malā consuetudinē. quāto diuturnior est. fortior est. z vehemētius ligat. z fortius tenet. z impedit ne homo cōuertatur. vel facit vt difficilius cōuertatur. Bern. voluptas habita libenter repetitur. repetita blanditur. consuetudo ligat. ratio consopitur. Difficilior est autem conuersio dilata propter causas. xii. Primo propter male consuetudinis indurationez. quia res iuuenes z tenere citius accipiūt nouā formā Secundo propter malicie occupationem que est tinctura mala. in qua cum pannus diu mansit. non potest defacili recipere aliū contrariū colorē. Tertio facit ad hoc bonorū naturalium con sumptio. Quarto vasis cordis longa infectio. Quinto peccatoz longa z assidua oneratio. Sexto elongatio a deo qui difficilius audit clamantem. difficilius potest redire ad eū. Septimo cura circa mortē est maxime difficilis propter sollicitudines de rez z domus dispositione. Octauo q iustū est vt in fine a deo condemnetur qui eū cōtempsit q̄diu vixit. Iuxta verbū Aug. Hac aia duersiōe percutitur peccator zc. Nono q tunc dyabolus magis ei insidiat. z tūc magis paratur contra eū. Decimo amaritudo diuturne infirmitatis. que tunc maxime sentit. s. veteris peccati. que facit bona desperere. Undecimo amaritudo memorie mortis que separat a presentibus bonis. Duodecimo timenda est dilatio conuersionis vsq; ad finē. maxime propter malorū diuersorū occursionē. que cōcurrūt z occurrunt circa mortē que inducit hominez in boni obliuionē propter malorū oppressionē. vel etiā in desperationez. Quartuz propter quod est acceleranda conuersio est periculosus status peccatorū. Est eni in magno piculo q̄ gladiū ire dei hz super caput suū quē vibrat vt secet eū mediū. ps. Gladiū suū vibrabit. Et qui vndiq; spectat multiplicis mortis gladium euaginatū quo diuersimode feriatur. Job. xv. Qui est in domo lutea fragiliori q̄; si esset vitrea. Qui ictu lapidis satis parui potest atteri. obsessus ab infernalibus hostibus sanguinem suū sitientib⁹. Qui etiā in cubili secū habet plures hostes capitales spūales qui ibi eū ligāt. z ad inferni patibulū secū ligatū trahūt. Qui vsq; ad portas inferi deduct⁹. nō distat ab eo nisi p trāsitū corpis trāsuersiz qui in puteū īferni⁹ ē statī pciedus z in pūcto descēsur⁹ ibi z in igne ppetuo ōcremādus. z a draconib⁹ deuorādus. Quintū ē cura lucrādi bona plura q̄ pueniunt ex acceleratōe ūersiōis q̄ sūt. x. Unī Tren. iii. Bonū ē viro cū portauerit iugū dñi ab adolescētia. Primū bonū q̄d inde puenit ē boni pfunditas z tenacitas: q quāto citi⁹ icipit. tāto pfundi⁹ īfigit. vt radix arboris z diuti⁹ seruat. q quo sel ē ībuta recēs seruabit odorē testa diu. Silr z vestis noua plicā. z lana colorē. Scdm ē bonitat⁹ iocūditas acq̄sita ex ōsuetudine lōga. Tulli⁹. Optima viuēdi forma eligēda est quā iocūdā reddet ōsuetudo Sicē pzī pueri qui cū amaritudine z angaria z vberibus vix possunt vel volūt addiscere lras z postea p ōsuetudinē est ita delectabile vt oīa postponāt vt addiscāt. Tertiū ē viuēdi securitas. q secure viuit hō. Prouer. xv. Secura mēs q̄si iuge ōuiuiū. Quartū ē vite bone diuturnitas. q̄ quāto citius icipit tāto pōt diuturni⁹ eē bona de oib⁹ bonis aliis vult hō hrē maius bonū q̄; minus. Quintū ē seruitij gratiositas. priora eni bona sunt gratiora q̄; posteriora. vt fructus pmaturi vt flores ficuū. Numeri. xviii. Oia q̄ offertis zc. in donaria dñi offeretis meliora z electiora. Mal. iii. Maledict⁹ hō qui hz masculū i grege. z votū faciēs offert debile dño. Math. xix. Sinite puulos venire ad me zc. Sextū est spei ōsolatio ex longiori pnia. Augu. de illo qui differt vsq; ad extremū diē vite pnīs dicit se ignorare vtr soluat De illo aūt q̄ in iuuētute penitet spōte dicit q cert⁹ ē de ei⁹ salute. z ōcludit. tene certū. dimitte icertū. Septimū ē ignis purgatorij liberatio. i. Corin. iii. Salu⁹ erit sic tn̄ quasi p ignē. Octauū est ecclīe cōicatio qui citi⁹ fit penitēs Sap. viii. Scio q cōicabit mihi in bonis suis. Nonū est maioris meriti accumulatio q̄d ē ex eo q diuti⁹ fuit ī dei seruitio. Decimū est maior remuneratio. Sexto piculosa est dilatio ūersiōis: q q̄ ūerti differt iniqu⁹ est in deū. in seipsuz. in angelū. z in pximū. In deū. Job. xxxi. Iniqtas maxia z negatio ō deū est osculari manū suā. i. blādiri sibi de ope suo malo z differre ūersionē. Iniqu⁹ ē in deū. Primo q in ei⁹ esca fel pōit sz dilationē in bono. Scdo q illud q̄d maxie odit oñs. ante eius oculos gerit Tertio q eū misericorditer vocantē contēnūt. Quarto q patrē misericordē dies more sue ōputantē sua tarditate affligit Tho ix. Scis quoniā dies cōputat pater meus. z si tardauero vna die. plus ōtristabit anima eius. Quīto q dyabolo meliorē deo deteriorē partē vite sue tribuit. illi florē. deo feces. Sexto dei misericordiā in damnationē suā ūertit. s. hoc q sperat q eū deus misericorditer debeat expectare. ipse eōtra ei incessanter repugnet Ro. ii. Ignoras q benignitas dei ad pniaz te adducit tu aūt fm duritiam. t. z cor impe zc. hoc ē quando de misericordia dei ōgregat sibi maliciā peccatoz. In angelū est impius quē de expectatiōe gaudij q̄d sperat de eius ūersiōe affligit. Prouer. xiii. Spes que differt affligit animā: q ad monitionē se nō corrigit: sed eā potius contēnit: q apud eū irreuerēter se gerit. Bern. Quouis angulo. quouis diuersorio reuerētiā habe eū angelo tuo. nec audeas corā eo facere q̄d facere me p̄sente nō auderes. Itē inique agit ōtra seipsum quē potius vult habere malū q̄; bonū. infirmū q̄; sanū. seruū q̄; liber. mortuū q̄; viuū. in statu latrōis q̄; regis. pauperē q̄; diuitē. z omnium bonorū ecclesiasticorū expertem q̄; participē. z cōsortē demonū q̄; angeloz. z inutilē q̄; multū valentē. q̄d nō faceret de aliquo suorū. magis se vilipendens q̄; aliqd suoz. Itē iniquus est ōtra proximū suū quē suo malo exemplo corrūpit. z q et in bello spūali adiutorū nō impēdit sed sese ei inutilē reddit: q deus eius pctō alios proximū punit. vt filios israel ppter peccatum achor. Septimo malū est differre ūersionē propter fatuitatē maximā. que apparet in hac dilatione in. x. q q̄ differt quasi in vitulo. i. vita lasciua z sine iugo obediētie. credit caudā iumentinā boni finis inuenire. vt balaam q̄ dicebat Numeri. xxiii. Moriat aīa mea morte iustoz. z fiāt nouissima mea hoz similia. cōtra quē versus. Viue pi⁹. moriere pius. vitāq; bonoruz. Quere pri⁹ si posteri⁹ mortē cupis boū. Sūt autez dece casus in quib⁹ fatua reputat dilatio. Primus est ex vie cōditione: q cōuersio vie celestis est aggressio que cito ē inchoāda q via difficilis z longa. tēpus breue. expectantes magni. q ad magna nos expectant s. ad coronā regni eterni. impedimēta vie multa z ianua cito claudenda z cōtinua nature debilitatio. z itinerātis fatigatio. z q q̄ nimis tarde incipiēt. maluz hospitiū habebūt scilicet infernū vel purgatoriū. Scds casus q̄re mala sit dilatio ē periculuz prescriptionis timere debēt q dyabolus difficulter dimittit quos diutius possedit vt dicit Beda. Tertius casus q̄re dila

tio sit periculosa est rõne loci in quo hõ cecidit. qꝛ in loco ꝓfundo
vitioꝝ ꝛ imũdo pñ. Nõ me demergat tẽpestas aque. neqꝫ absorbe
at me ꝓfundũ ꝛc. Biere. rogabat emitti de lacu ne ibi moreref hie
re. xxxviij. Berñ. Cadit asina. ꝛ nõ ẽ q̃ subleuet. perit aĩa. ꝛ nõ est q̃
caret. Quartꝰ casus ẽ qñ aliq̃s in loco piculoso cecidit. ꝛ aliq̃s ma
gnus manũ ei porrexit sine quo nõ põt subleuari ꝛ ipse differt ma
nũ accipe. Silis est peccatoꝛ piger cuidã q̃drigario cuꝰ cũ q̃driga
cecidisset. ꝛ ipse sedẽs in luto a trã seuntibꝰ adiutoriũ peteret. q̃dã no
bilis manũ extẽdit vt eũ iuuaret sꝫ eũ miser nec vellet surgere nec
ad q̃drigã subleuãdã manũ mittere sed differret. recessit nobilis in
dignans ꝛ dicens. ex quo tu miser non iuuas te. nec ego curo de te.
Sic faciet dñs de eo q̃ differt se iuuare dimittit eũ putrescere in la
cu miserie ꝛ in luto fecis. manũ grẽ ꝛ adiutorij sui ei subtrahendo.
Itẽ simile legif in vitis pa. qꝫ q̃dã mũdũ relinquẽs iuit ad heremuꝫ
ꝛ factꝰ ẽ heremita ꝓbatissimꝰ qð audiẽs q̃dã secularis q̃ fuerat eiꝰ
socius visitauit eũ ferẽs panes ei i sacco suo. rogans vt oraret ꝓ eo
vt deꝰ daret ei grãꝫ vt a peccato resiliret. qð cũ ipse ꝓmisisset facere
rogauit eũ vt post q̃ndenã rediret. ꝛ cũ h̃ fecisset q̃siuit ab eo si ad/
huc placeret ei peccatũ suũ sic̃ prius. R̃ndit qꝫ deterius erat ei tũc
peccatũ. Rogat eũ heremita qꝫ post. xv. dies itꝛ ad eũ redeat. ꝛ tũc
fortius ꝓ eo se affligit heremita ꝛ orauit ꝓ eo. Cũ aũt redisset. ꝛ si/
bi esse deteriꝰ diceret. attẽdẽs heremita qꝫ ꝓpter eiꝰ negligẽtiã hoc
eẽt. accepit saccũ in quo panes detulerat. ꝛ ipleuit arena. rogans vt
humeris suis iponeret qð cũ ipse facere attẽtaret heremita retrahe
bat iferius. qð cũ ille videret. dixit. Non possũ onus h̃ subleuare.
qꝛ tu deorsũ trahis. Cui ille. trahe super te. ꝛ ego iuuabo te. qð cũ
vterqꝫ facẽt. facillime sup humeꝝ iposuerũt onꝰ. Tũc hẽmita. Sic
ego nõ possũ iuuare te. qꝛ tu niteris ad 9triũ s. trahẽ deorsũ. sꝫ ap/
pone manũ ꝛ iuua te. ꝛ tũc valebit tibi adiutoriũ meũ. ꝛ deus iuua
bit te. qꝛ vt dicit Aug. Qui creauit te sine te. nõ iustificabit te sine te.
Quinto fatua ẽ dilatio i reꝝ necessariaꝝ p̃paratiõe. qñ icerta ẽ ho
ra qñ sũt necessaria preparata. vt qñ aliq̃s nescit horã q̃ oꝫ nauis a
portu recedẽ. fatuꝰ ẽ cũ oꝫ nauis recedẽ si tũc p̃mo icipit de necessa
riis cogitare. ꝛ q̃ tũc p̃mo cũ oꝫ spõso cũ veste nuptiali charitatꝭ oc/
currere. tũc icipit p̃mo linũ ꝛ lanã querere. s. de mã cogitare ꝛ quõ
texaf. 9suaf ꝛc. Hec ẽ vestis nuptialis de q̃ Math. xxij. Quõ huc
itrasti nõ habẽs vestẽ nuptialẽ. sine q̃ idutꝰ ẽ hõ sacco nec ẽ ei lici/
tũ itrare aulã assueri Hest. iiij. Sexto fatua ẽ dilatio i rebꝰ q̃s tem
pus ꝛ opportunitas trãsit. vt ẽ i arborib̃ plãtãdis. vineis putãdis
ꝛ filibꝰ. ꝛ virgis rectificãdis. ꝛ plicãdis salicibꝰ. dũ. s. noua sũt. ꝛ an
teq̃ duruerint. ꝛ malã formã ꝛ 9triã ceperit. Silr i morbis ꝛ vulne
ribꝰ curãdis. Poeta. Pricipijs obsta. sero medicine paf. Cuꝫ mala
ꝓlõgas. 9ualuere moras. Septio fatua ẽ dilatio i rebꝰ i q̃bꝰ 9tinue
depit succurrẽdũ. vt i igne extiguẽdo a domo q̃ cõburif. subuenire
vasi cuꝰ vinũ effũdif Berñ. Abscõdi ignẽ i sinu meo. ꝛ exusto iã la
tere nudatis viscerib̃ iã sanie effluẽte. adhuc 9sulẽdũ ẽ an extiguẽ
illũ. Octauo fatuitas ẽ differẽtis qñ cecidit i piculo mortis ꝛ vult dif
ferri ne subueniaf ei. vt qñ cecidit i mari. vult differri subuẽtiõem
qũ nihil ei supsit nisi submersio. Talis ẽ q̃ cecidit i ꝓfunduꝫ vitioꝝ.
ps. Veni in altitudinẽ maris. ꝛ tẽpestas demersit me. Aliq̃n offerf
ei tabula p quã euadit naufragiũ. ꝛ rẽnuit ludẽs i vndis. ꝛ cũ offer
tur ꝛ accipit. credit eã nimis magnã. vel ẽt aliq̃n oblatã relinq̃t. ꝛ i
vndis se ꝓicit. Hiero. Scða tabula post naufragiuꝫ ẽ pnĩa. Nonꝰ
casus in quo piculosa ẽ dilatio ẽ nimis morari i rebꝰ eligẽdis. i q̃bꝰ
de facili amittẽdi piculũ iteruenit. vt ẽ i illis q̃ deliberãt se religiõeꝫ
itrare. sꝫ nimis moraf i deliberatiõe quã debeãt p̃elige quousqꝫ pi
culũ iteruenit. Similes sũt cuidã latroni. de quo dicit Petrꝰ alfon.
qꝫ cũ itrasset thesauros regios vidẽs ibi multitudinẽ vasoꝝ p̃ciosoꝝ
rũ icepit librare quod vas eẽt p̃ciosius ꝛ põderosius qð secũ defer
ret. ꝛ tãtã fecit morã i deliberatiõe ꝛ ponderatiõe qꝫ dies supueniret
affuerũt custodes. ceperũt eũ ꝛ suspẽderũt. Sic aliq̃ q̃ vouerũt itra
re religionẽ qñ morant 9siderãdo ꝛ põderãdo cõditiões diuersas
diuersoꝝ quousqꝫ aspirat dies mortis. ꝛ ab hostibus ifernalibꝰ ca
piunf ꝛ in patibulo ifernĩ suspẽdunf. Itẽ similes sũt cuidã cani de
quo dicif qꝫ cũ duo paria nuptiaꝝ fierẽt in villa sua ꝛ videret spõ/
sos ꝛ spõsas trãseũtes. restitit i media via cogitãs ad q̃s illaꝝ iret.
ꝛ qꝫ si ad istas iret. alias amitteret. ꝛ dũ de bonis ꝛ malis odinonu/
bus vtrarũqꝫ cogitaret. clause sũt porte. ad quas veniẽs nõ itrouit
sꝫ a Ribaldis ẽ repulsus cuꝫ verberibꝰ. Sic multi stulti anteq̃ reli
giõnẽ irent deliberãdo mulsitãt quousqꝫ adueniẽte morte. ianua
misericordie dei ẽ eis clausa. Decio piculosa est dilatio eoꝝ qui fu/
giunt ad mortẽ. insequif hoiem mors a tergo. ꝛ hostes infernales
Hiero. Hostis meus insequif me euaginato gladio vt me perimat
ꝛ ego de matris lachrymis cogitabo. Ex predictis patet q̃ dam

nosa ꝛ periculosa sit dilatio bene agẽdi. ꝛ ideo cũ sũma sollicitudi/
ne est vitãda. ꝛ p 9ñs q̃ vtilis sit ꝛ ꝓficua festina 9uersio ꝛ bñfacie
di auida aggressio. Ad quã debẽt nos multa mouere. Prio enꝫ
ad hoc mouere nos dꝫ vite p̃ntis breuitas. ꝛ tpis velocissime currẽ
tis 9tinuitas Ecci. x. Noli cũctari in tpe angustie Sap. x Transeũt
oĩa velut vmbra. ꝛ q̃si nũciꝰ p̃currẽs ꝛc̃ Solus piger 9 cursuꝫ natu
re nitif in ope ichoãdo tardare. Scðo piculoꝝ varietas. s. negoa
cioꝝ mũdialiũ infirmitatũ mortis ꝛ demoniũ q̃ tardãtes. mltiplr im
pedire nitunf. Ecci. xxxi. In oĩbus operibꝰ tuis esto velox ꝛ oĩs in/
firmitas nõ occurret tibi. Tertio petõꝝ ad mortẽ currẽtium ma
gna velocitas Berñ. Alacrius currunt ad mortẽ. q̃ nos ad vitam.
Quarto mũdanoꝝ i negocijs mũdanis idefessa strẽnuitas. Poe
ta. Impiger extremos currit mercator ad indos. Per mare paupe/
riẽ fugiẽs. p saxa p ignes. Quito spũssctĩ imẽsa mobilitas. Amb.
Nescit tarda molimĩa spũssctĩ grã. Sexto p̃currẽtis chrĩ suaui/
tas. q̃ silis ẽ pãthere. ð q dr̃ i histo. trãsmarina. qꝫ postq̃ dormiuit
p triduũ. excitata emittit odorẽ suauissimũ. quẽ sequũf fere illecte
ꝛ ipa ptif eis p̃dã suã. Silr chr̃s resurgẽs fec̃. Septio spectãtiũ
ꝛ expectantiũ ꝛ ꝓuocãtiũ ad festinandũ multitudo ꝛ nobilitas. qꝛ
deus ꝛ celestis curia nos spectat ꝛ expectat. ysa. xxx. Expectat dñs
ꝛ misereaf nr̃i. i. Corin. iiij. Spectaculũ facti sumꝰ mũdo ꝛ angelis
ꝛ hoĩbus. Ideo. b. Joh. euãgelista cũ apparuisset ei dñs cũ discipu
lis suis. ꝛ diceret ei. Veni dilecte mi ad 9uiuiũ meũ ꝛc. Incepit fe/
stinare post dñm. sꝫ dñs dixit ei qꝫ vsqꝫ ad dñicã sequẽtẽ expecta/
ret. qð cũ fecisset. ꝛ pplo q̃ 9uenerat p̃dicasset. descẽdit in defossum
locũ sepulture. quẽ sibi preparauerat ꝛ facta oratiõe. dixit. Dñe suscu/
pe me cũ fratribꝰ meis. odoꝛ tuꝰ in me eternas 9cupias generauit.
hoc dicto clamauit. Venio. venio. ꝛ statim fcõ celesti lumĩe sup eũ
ꝛ sursuꝫ tẽdẽte. nõ 9paruit vltra. b. Joh nec corpꝰ eius. Octauo
maxĩa 9moditas q̃ sequif ex festinatiõe. vt pꝫ Luc. ij. Pastores fe
stinãtes venerũt ꝛ iuenerũt. mariã ꝛ ioseph ꝛ ifantẽ positũ in p̃sepio
Silr ꝛ magi q̃ statiꝫ veniẽtes ab oriẽte. sup dromedarios ascẽderũt
vt citiꝰ venirẽt Math. ij. Et Sap. xvj. Optet solẽ p̃uenire ad bñdi
ctionẽ. Jõ. b. Nicolaꝰ qꝛ p̃ueniebat alios ad ecclĩã. voce de celo de
lapsa. dignꝰ ẽpatu iudicatꝰ est q̃ isinuauit cuidã p̃suli qꝫ illũ in ẽpm
sccipet q̃ alios ad ecclĩã p̃ueniret. Prouer. xxij. Vidisti hoĩeꝫ velo
cẽ in ope suo corã regibꝰ stabit. Nono future hereditatꝭ felicitas
ꝛ iocũditas. ad Heb. iiij. Festinemꝰ igredi i illã requiẽ. Iuð. xviij.
dicũt exploratores frĩbꝰ suis. Vidimꝰ terrã ꝛ opulẽtã ꝛ vberẽ. sur
gite ascẽdamꝰ ad eaꝫ. nolite negligẽ. nolite cessare. Et post. Tradet
nobis dñs locũ in quo nulliꝰ rei ẽ penuria. Decio 9fusiõis imẽsi
tas q̃ 9fundenf tardi i iudicio oleũ nõ hñtes. ꝛ ianuã clausã iueniẽ
tes. Sꝫ tũc maxĩe cũ dicet eis spõsus cũ fatuis v̾ginibꝰ. Nescio vos
Math. xxv.

De ignauia vel pigricia. DIS. III.

Einde 9siderandũ est de segnicia. i. ignauia vł pi
gritia q̃ reddit hominẽ ipotentẽ ad opã
duꝫ. ꝛ ne se vertat vel moueat a malo statu. reddit eum
velut imobileꝫ. Osee. vij. Effraim factus est quasi subci
neritius panis. qui nõ reuersaf. ex vna pte comburif diuersis desi
derijs vitioꝝ. ꝛ ex alia pte remanet in sua cruditate intactus. s. ab
igne charitatis. ex pte bonoꝝ crudus. ex pte maloꝝ totꝰ exustꝰ. ali
eni. s. demones ꝛ vina comederũt robur eiꝰ ꝛ ipse ignorauit. Silis
est piger asino q̃ q̃si insensibilis extĩs ꝑmittit se vorari a lupo. nec re
calcitrat vsqꝫ quo dolorẽ mortis sẽtiat. cũ eũ 9 cor morsibꝰ vrget ꝛ
tũc ei resistere nõ valet. Itẽ ignauia facit hoiem vt idolum qð pul
chras hꝫ manꝰ ꝛ mẽbra. nec tñ eorũ hꝫ vsuꝫ. nec se defendit eis. sꝫ p
mittit se p̃cipitari ꝛ oburi. Ignauia filis ẽ adonibezeth. de quo legi
tur Iuð. i. qꝫ reges quos capiebat manuũ ꝛ pedũ sumitatibꝰ ampu
tatis. inutiles reddebat ꝛ impotẽtes. Est etiã paralysis spũalis aufe/
rẽs vsum mẽbroꝝ. Math. viij. Puer meꝰ iacet i domo paliticꝰ ꝛ
male torquef. Quidã phs ait cuidã pigro. Indignareris si q̃s opta
ret vt inutiles manus ꝛ pedes haberes nũc cum integra sint tibi tu
nõ vis eis vti. Itẽ guill's ẽps parisienß 9rebat. q̃s inertior. aut cuiꝰ
pes igne arripif ꝛ totum ꝑmittit se cõburi cũ posset pedẽ retrahere
ꝛ liberari. aut cuꝰ sup oculos iacentis stillicidiũ cadit ꝛ ꝑmittit se
excecari cũ posset caput diuertere ꝛ liberari. aut q̃ ꝑmittit aures su
as a muscis corrodi ꝛ cõsumi vsqꝫ ad cerebruꝫ. aut q̃ panẽ quem in
ore hꝫ dimittit muribus in os suuꝫ corrodere ꝛ 9sumẽ cũ posset os
claudere ꝛ liberari. hec iners facit. pedẽ voluntatis non retrahit ab
igne peccati. nec oculos mẽtis diuertit a stillicidio carnalis volupta
tis. nec muscas tentationũ abigit ab auribꝰ materialibꝰ vel spũali/
bus. nec claudit os sꝫ ꝑmittit vt mures infernales ei panem vite au
ferant ab ore ne eius suauitateꝫ ꝛ dulcedinẽ sentiat. sed totus iner/

tia ɔ̄sumit. Catho. Segnitie fugito q̄ vite ignauia fert. Nā cū om-
nis languet ɔ̄sumit inertia corpus. Itē nō solū ignauia consumit
corpora. sʒ ipsas res tpales. In collationibus patrū cassianus. Vidi-
mus apud egyptū nōnulla de laborib⁹ fratrū prior maria celerita-
te fūdata ꝛ edificata q̄ moderni ex ignauia de facultatib⁹ datis vix
fulcire sufficiūt. Itē inertes in tpe plii nō solū ad arma nō currunt.
sʒ aut eis nō vtunt̄ aut ea sine renitētia ꝓiciūt. ꝛ se hostib⁹ gratis
tradūt. Sicut ille q̄ vidēs cornua testudinis timore corripuit spa-
tā suā pmittere cadere pingit̄. Cōtra tales Bern̄. Que ē hec fatui-
tas iter frendētiū vndiqʒ hostiū fulgurātes hastas circūuolātia spi-
cula aduersario arma ꝓicere. Quid ignauie ē socijs in sanguine ꝛ
cede versantib⁹. vos aut cibos diligitis delicatos. aut somnos ca-
pitis matutinos. Alijs inquā nocte ꝛ die cura puigili festinātibus
redimere tēpus. qm dies mali sunt. Vos ecōuerso ꝛ lōgas noctes
dormiēdo ɔ̄sumitis. ꝛ breues dies fabulādo ducitis ociosos. Se-
gnities seu pigritia ē receptaculū oīum vitioꝝ. qꝛ pigri tētationes
oēs recipiūt nō reijciūt. sʒ nutriūt. ex quo mala oīa generant̄. Lu-
ce. xj. Spūs imūdus inueniēs domū vacātē inhabitat in ea cū se-
ptē spiritib⁹ nequiorib⁹ se. Qd̄ significat̄ in Apoc. xviij. Facta ē habi-
tatio demonioꝝ. ꝛ custodia oīs spūs imūdi. ꝛ custodia oīs volucris
imūde ꝛ odibilis. puer. xxiiij. Per agrū hoīs pigri trāsiui. ꝛ ecce to-
tū repleuerāt vrtice ꝛ coopuerāt faciē eius spine .i. peccatoꝝ diuer-
soꝝ. Bern̄. Hec ē maledictio a de terra laboris nostri .i. agro cordis
ꝛ corporis. vt noxia ꝛ inutilia gratuito passim ꝓueniāt ꝛ eā repleāt ni-
si assidue extirpent̄. Vtilia vō necesse ē excolere cū labore. pš. Re-
pleta ē malis aīa mea ꝛc̄. Sic ergo patet q̄ pigritia replet aīaʒ ma-
lis culpe. Itē replet aīam malis pene .i. paupertate spūali vilitate ꝛ af-
flictiōe. puer. xviij. Oīs piger semp in egestate ē. Et puer. xvij. Anī-
me effeminatoꝝ esurient. Itē puer. xx. Propter frigus piger arare
noluit. mēdicabit ergo estate ꝛ nō dabit̄ ei. Math. xxv. Tollite a
seruo pigro talētū. ꝛ date ei q̄ hʒ decē. Et post. Habēti dabit̄. ꝛ abū-
dabit. q̄ aūt nō hʒ ꝛ qd̄ videt̄ habere. auferet̄ ab eo. q̄ nō volūtatē
hʒ bene opandi. amittit facultatē. Aufert tpalia bona. Quidam
desidiosus rusticus ꝛ piger venit ad quandā vetulā q̄ se diuinā fa-
ciebat. querēs ab ea quō posset abūdare. qꝛ dom⁹ sua oppressa erat
maxia inopia. Illa aūt circūspiciēs eū. notauit eū multa oppressum
pigritia ꝛ dixit q̄ mane surgeret ꝛ attēderet q̄d p̄mo diceret ei hiru-
dines. aut cornices cū p̄mo surgeret. Similit̄ h̄ idē attēderet cū se-
ro iret cubitū ꝛ ad eā rediret. ꝛ dicta huius anni referret. Qd̄ cū at-
tēdisset rediēs ait. q̄ voces dictaꝝ aniū audierat. sed nō itellexerat
q̄d vellēt ei dicere. vel q̄d garrit⁹ eaꝝ significaret. Tūc illa ait. dixe-
rūt tibi si itellexisses. cuba tarde. ꝛ surge cito ꝛ discurre p cibo. ꝛ ba-
bebis bladū in sacco. ꝛ si nō dixerūt h̄ tibi verbo dixerūt tn̄ exēplo
suo qꝛ hmōi aues mane surgūt. ꝛ tota die discurrunt. ꝛ p multū la-
borē sibi necessaria acq̄rūt. Vade ꝛ tu fac similiter. Itē pigritia fa-
cit hoīeʒ inopē ꝛ famelicū bonis fortune. gratie ꝛ glorie. qb⁹ vacu⁹
oībus sensib⁹ esurit. oculi nō possunt satiari reb⁹ curiosis vagi vbi-
qʒ. aures rumorib⁹ ociosis ꝛ vanis. coꝝ delectatiōib⁹ vanis ꝛ varijs
voluptatib⁹ pituris. pš. Esuriētes ꝛ sitiētes aīa eoꝝ in malis tabe-
scebat. Itē pigritia similis ē litargie q̄ facit hoīeʒ mori dormiendo
ꝛ nō sentire īfirmitatē suā. Itē pigritia ē gelu spūale qd̄ hoīes ob-
rigescere facit. Exo. xv. Obriguerūt oēs habitatores chanaā. Simi-
lis ē mōstro meduse. de quo fabulose dicit̄. q̄ mutauit hoīes in la-
pides. Theodolus. Nā q̄ viderūt lapides q̄si diriguerūt. Iteʒ simi-
les sūt illis militib⁹ de qb⁹ refert orosius li. v. de cladib⁹ romanoꝝ
dicēs. q̄ cū pōpeius vicisset quādā gētē ꝛ occidisset cū eoꝝ īperato-
re quattuor milia viroꝝ in vno agmine ɔ̄globata. ɔ̄fugerunt ad iu-
gū mōtis vbi occupati sunt a gelu. ꝛ vt lapides diriguerūt. ꝛ lʒ eēnt
mortui stabāt immobiles ac si essent viui ꝛ armati. Sicut etiā sunt
multi q̄ ad altitudinē religionis ɔ̄fugiētes occupant̄ a frigorib⁹ ac-
cidie. vt dicit Bern̄. ꝛ fiūt imobiles q̄si lapis. lʒ armati videant̄ ar-
mis religiōis. adonibezeth dyabolus amputatis summitatibus ma-
nuū ꝛ pedum tales reseruat. vt vinctes in longa miseria ɔ̄tabescāt.
Similiter legitur fecisse iulius cesar quibusdā hostibus suis q̄ vi-
ci rebellauerant. cū eos cepisset manus eis amputauit vt mutilati
in longa miseria punirent̄. vt dicit orosius li. v. Similit̄ dyabolus
manus accidiosis amputat dū eos reddit inutiles ad omne opus
bonum. prouer. xix. Piger manum suam abscondit sub ascella.

¶ De tepiditate. DIS. IIII.

Einde ɔ̄siderādū ē de tepiditate q̄ ē recessus a fer-
uore debito charitatis. hec facit hoīeʒ deo
exosum. ꝛ abominabilem vt cibum corruptum. pš. Cor-
rupti sunt ꝛ abominabiles facti sunt. Tales prouocant
deū q̄si ad vomitū. vt tales sciā a dolore eiciāt canib⁹ infernalib⁹
qui canes e vomitu pascunt̄ ꝛ delectant̄. Talis erat angelus laodi-
cie de quo dicit̄ Apoc. iij. Quia tepid⁹ es. icipiā te euomere ex ore
meo. Talis erat mōach⁹ desidiosus. de quo refert iohēs abbas bēō
Piero q̄ a feruore tepescēs magis ac magis panē sibi a deo missuʒ in-
ueniebat magis ac magis sordidū. de quo supra. Bern̄. Lauēdū est
nobis a frigore aq̄lonis. q̄ si sel' in sinū mēt' lapsus fuerit. deferue-
scit nouim⁹ feruor. liuor mētis extinguit̄. ꝛ bona ītima moriuntur.

Deinde ɔ̄siderandū ē de pusillanimitate. q̄ est nimia sui deiectio
Iuxta illud puer. xviij. Pigrū deijcit timor. qꝛ pusillaīes nimis ti-
mēt vbi ꝛ in qb⁹ nō deberēt. pš. Illic trepidauerūt timore vbi non
erat timor. Hāc dissuadet sapiēs Ecci. vij. Noli eē pusillanimus in
aīo tuo. Et ysa. xxxv. Dicite pusillaīes ɔ̄fortamini ꝛ nolite timere. pš.
Timor ꝛ tremor venerūt sup me ꝛc̄. Expectabā eū q̄ saluū me fecit
a pusillanimitate spūs. ad modū melācolicoꝝ q̄ solas imaginatas
fantasias trepidāt. ꝛ vana credūt vera. ꝛ deijciunt̄ ab his q̄ nec sunt
nec fuerūt. nec erūt. Itē siles sunt eq̄s vmbraticis q̄ trāseūtes p pō-
teʒ. vmbrā suā vel arboꝝ vidētes. in aquā se ꝓiciūt ꝛ submergunt.
Itē accidiosus silis est puero cui cū nutrix fecit lebarbou .i. fictum
pauorē fugit. ꝛ se abscōdit. ꝛ cadere pmittit. Itē silis est chain dicē-
ti. Oīa q̄ inuenerit me. occidet me. Geñ. iiij. puer. xxij. dicit piger leo
est in via in medio plateaꝝ occidēdus sum. ligant̄ filis araneaꝝ. imo
solo timore vincunt̄ nemine ꝓsequēte. Seneca. Illō tibi p̄cipue ca-
uēdū est ne sis miser āte tēpus. cū illa q̄ velut imminētia expauisti for-
sitan nūq̄ ventura sūt. Itē sūt siē excordes pugiles q̄ capū dimittūt
anteq̄ aduersariū videāt aut sentiāt ꝛ arma ꝓiciūt ꝛ se victos di-
cūt. Itē duris ꝛ vilib⁹ obiurgatiōib⁹ arguēdi sunt Ecci. xxij. In la-
pide luteo lapidabit̄ piger. ꝛ oēs loquent̄ sup aspernatione eius.
De stercore boū lapidabit̄ piger. Itē maledict⁹ est. Heb. vj. Terra
ꝓferens spinas ꝛ tribulos reproba ē ꝛ maledictō ꝓxia cui⁹ ɔ̄sum-
matio in ɔ̄bustionē. Deinde ɔ̄siderādū est de incōstātia. Ad cu-
ius euidētiā sciendū. q̄ incōstātia ꝛ impseuerātia differūt sic ɔ̄stan-
tia ꝛ pseuerātia. Nā cōstātia ꝛ pseuerātia ɔ̄ueniūt i fine. qꝛ adtrāq̄
q̄ ptinet firmiter ꝑsistere in aliquo bono difficili. Differūt aūt fm
ea q̄ faciūt difficultatē ad ꝑsistēdū in bono. Nā vtus pseuerātie ꝓ-
prie facit hoīeʒ ꝑsistere in bono ɔ̄ difficultatē q̄ ꝓuenit ex ipsa diffi-
cultate act⁹. Cōstātia aūt facit firmiter ꝑsistere in bono ɔ̄ difficulta-
teʒ q̄ ꝓuenit ex aliqb⁹ alijs īpedimētis exteriorib⁹. Ita impseuerās
dicit̄ aliquis q̄si ex diuturnitate actus fatigat⁹ ꝛ fract⁹ deficit ante
finē. Incōstās vō dicit̄ q̄si ex difficultate exterioꝝ impedimētoꝝ
fractus desistit a bono difficili. De ɔ̄stātia ꝛ pseuerātia dictū ē su-
pra. Incōstātia aūt est mobilitas vel īstabilitas animi q̄ agitant̄ ac-
cidiosi q̄ circūferunt̄ omni vēto tētationū. nō valētes ꝑsistere i bo-
no difficili. siue oratiōe. siue alio bono ope. puer. x'. Impi⁹ facit op⁹
instabile. Iob. xxiiij. Leuis ē sup faciē aque. q̄ ɔ̄tinue ab omni ven-
to mouet̄ ꝛ agitat̄. Sic accidiosi sunt mobiles vt puluis in aq̄ gal-
lus sup pinaculū nebule turbinib⁹ agitate. puluis quē ꝓicit vēt⁹.
ꝛ lanugo q̄ a vento mouet̄. ꝛ spuma q̄ a pcella dispergit̄. nauicula
in mari q̄ fluctib⁹ iactat̄. In. xij. li. coll̄. legit̄ expiētia ꝛ relatiōe se-
nioꝝ expertū est demōes nō hr̄e tantā vim vel ferocitatē ɔ̄tra moder-
nos monachos q̄s ɔ̄tra antiquos. qꝛ h̄ facit negligētia nr̄a q̄ ipsos
reddidit lentiores. ꝓpter quā ɔ̄tēnunt nos sic ipugnare. Tātus enī
est torpor aliquoꝝ ꝛ mētis ꝛ corporis incōstātia vt necesse sit eis di-
cere. Comedatis ꝛ bibatis quātū vultis. ꝛ dormiatis dūmō nō recede-
tis a nobis ꝛ vagi sitis ꝛ grossiorib⁹ culpis vos iplicetis. Itē in vi-
tispa. q̄dā senex dixit. q̄re nō ꝓficimus qꝛ mēsuras ꝓprias ignora-
mus nō habemus ɔ̄stātiā in bono ope qd̄ icipimus: sed sine labo-
re vtutē adipisci volumus. lenitate accidie de loco ad locū trāsim⁹
sperātes inuenire locū vbi nō sit tētator dyabolus. Cōtra hāc istabi-
litatē habet̄ īfra in pte de pnia. ꝛ supra de tentatiōib⁹. Dissuadent
aūt impseuerētiā septē q̄ suadēt pseuerantiā. de qb⁹ habet̄ in tra-
ctatu de pseuerātia. Ad eādē speciē ptinere videt̄ mollicies. Cōue-
nit enī mollicies cū pmissis in fine q̄ est desistē ob aliquo bono dif-
ficili. Sʒ differt ab eis qꝛ laus pseuerātie ꝛ ɔ̄stātie ɔ̄sistit in hoc q̄
hō nō recedat a bono ꝓpter diuturnā tolerātiā difficiliū ꝛ laborio-
soꝝ. Cui directe videt̄ opponi q̄ aliq̄s de facili deficiat a bono ꝓpē
aliq̄ difficilia q̄ sustinere nō pōt. ꝛ hoc ptinet ad rōnē mollicie. Nā
molle dicit̄ aliq̄d qꝛ facile cedit tāgēti. Non aūt dicit̄ aliq̄d molle
ex hoc q̄ cedit fortiter impellēti. naʒ ꝛ partes cedit machine peutiē-
ti. ꝛ ideo nō reputat̄ aliquis mollis si cedat aliquib⁹ valde grauit̄
impellentibus. Manifestū est aūt q̄ grauius impellit metus pericu-
loꝝ q̄s cupiditas delectationū. Ipsa etiaʒ voluptas ꝑsens fortius
mouet attrahēdo q̄s tristicia de carētia voluptatis retrahēdo. qꝛ ca-
rētia voluptatis est pur⁹ defect⁹. Et ideo fm pħm ꝓprie dicit̄ mol-
lis q̄ recedit a bono ꝓpē tristicias causatas ex defectu delectationis

quasi cedens debili moueri. De hac mollitie dicit̄ puer. xviij. Qui mollis z dissolutus est in ope suo frater est sua opa dissipātis prouer. xx. Aia dissoluta esuriet. destituta a veris delicijs omnib⁹ vanis solatijs vult pasci Iere. l. Effusi estis sicut vituli sup herbam moll. vt later male coctus in aq̄ delitiaꝝ cito in lutū resoluit̄. vt cereus ad ignē tribulationis cito liquefit. Isidor⁹. Sapiēs nūq̄ aīo marcet. z si hꝫ aliquādo animū remissum. nūq̄ tn̄ solutū. Deinde cōsiderādū est de inquietudine corporis. Sed nota q2 est inquietudo ex affectus flagrātia. s. ex feruenti desiderio veniēdi ad deū Sic vit̄ Aug. in li. cōfess. Dñe inquietū est cor nostrū donec requiescat in te. Ideo dicebat ps̄. Heu mihi q2 incolatus me⁹ plongatus est. Idē. Quēadmodū desiderat ceruus fontes aquaꝝ zc̄. Itē est inquietudo ex afflictionis miseria. Sicut dicit apl's ij. Corin. vij. Nullā requiē habuit caro nostra. foris pugne int⁹ timores. Columba emissa de arca noe cū nō inuenisset vbi requiesceret pes ei⁹. s. pp aquas reuersa est ad noe in arcaꝫ Gen. viij. Itē est inquietudo ex accidia. q2 accidiosus nec corde nec corpe requiescit. Unde de muliere fatua dicit̄ puer. ix. Mulier garrula z vaga quietis impatiēs nec valens in domo ɔsistere pedib⁹ suis. De talib⁹ dicit apl's. ij. thes. iij. Audiuimus quosdā fratres inquiete ambulare nihil opantes sꝫ curiose agētes. hos pōpit corripi. j. thes. v. Corripite iquietos zc̄. Tales q2 nō habent in cōsciētia sua quietē. ideo querūt eā exterius z nō inueniūt. Ideo omnē locū fastidiūt. intus desiderijs estuant. z extra inquietudinē patiunt̄. Isai. lvij. Impij quasi mare feruens qd̄ quiescere nō pōt. redundant fluctus eius in cōculcationē z lutum. Et post. Nō est pax impijs zc̄ q2 nō in bonis possunt quiescere accidiosi. cū sint eis amara. nec in malis. cū mordeant eos cōscientie. Similis est inquietudo musce canine que dicit̄ oestrū. q2 animal cui insidet z qd̄ mordet quiescere nō pmittit. Osee. iiij. Uacca lasciuiens declinauit israel. Alia littera. Uacca percussa oestro. i. musca canina. quā cū vacca habet sub cauda, nō pōt quiescere. sic nec accidiosi. ij. thes. iij. Hi ambulant inquiete nihil agentes.

Einde cōsiderandū est de euagatione mentis circa illicita q2 enim accidiosus nō sistit in seipso suā conscientiā excolendo. nec spiritualia meditādo. ideo euagatur cor eius. sꝫ illud Isai. lvij. Abijt vagus in via cordis sui. filius pdigus abijt i regionē longinquā. Quid enim est longinquius q̄ꝫ recedere a seipso. sicut ait Ambro. Chayn a facie dei pfectus ait. Ecce eijcies me a facie tua z ero vagus z pfugus. Hanc euagationē sentiunt etiā spirituales viri velint nolint. Unde cōquerit̄ in meditationibus suis beatus Bern. dicens. Nihil est fugacius corde meo. qd̄ quotiens me deserit z p prauas cogitationes effluit totiens deū omnipotentem offendit. Cor meū vagū z inscrutabile nō pōt in se cōsistere. sꝫ omni mobili mobilius z p infinita distrahit̄ zc̄. Sequit̄. vult z nō vult z nūq̄ i eodē statu pmanet. Cor meū cogitatio amara. turbat z immūda maculat. vana inquietat. Cor meū celeste non q̄rit gaudiū nec diuinū petit auxiliū. ab amore celestiū elongat̄. z in amore terrestriū occupat̄ zc̄ Sicq̄ submergit̄ vitijs vniuersis quoniam vnū deū qui ei sufficere poterat nō quesiuit. Hanc euagationē mētis maxime patiunt̄ homines quādo lectioni orationi vel diuinis laudibus occupari deberent. z tanq̄ accidioso cordi velut apes vel musce se ingerūt importune. sed olle feruenti musce non insident. Essent enī tales musce z feruore deuotionis z manu discretionis celeriter abigende.

De ignorātia ad salutē. DIS. V.

Einde considerādū est dei ignorātia eoꝝ que ptinent ad salutē que ignorātia est peccatū quādo est crassa z supina vel quādo est affectata. ps̄. Noluit intelligere vt bene ageret. qd̄ est quādo homines z maxime plati z animarū curati nolūt laborare quomodo sciant se z alia q̄ sibi z alijs q̄bus tenent̄ sunt necessaria ad animarū salutē cū possent z negligunt pꝑter laborē. vel cū omnino scientias pietatis cōtēnunt z ignorant. Debet autē homo z maxime clericus animari cōtra hoc vitiū pꝑter hec quattuor. Maxime pꝑter diuinū consiliū z magisterium qd̄ contēnit pꝑter seipsum z suos quos spernit pꝑter bona que sinū contrariū. s. scientia cōfert, pꝑter mala q̄ ignorantia infert. Primo pꝑter hoc q2 spiritussanctus z christus docent omnē veritatē z omnē scientiā. Prouerb. ij. Dñs dat sapientiā z ex ore eius prudentia z scientia. Isai. xlviij. Ego dominus docens te vtilia. vtinā attendisses ad mādata mea. Job. xv. Docebit vos omnē veritatē. Johā. iij. Unctio docet de omnibus. Similes sunt iudeis qui contēnunt esse discipuli veritatis. Secūdo quia cōtēnens scire ea que sunt salutis contēnit deum scire et seipsum. z est similis gentib⁹ que ignorant deū. j. Corin. xv. Ignorantia dei qdā habent sicut tyro de quo Isa. xlv Accinxi te z nō cognouisti me. Siles sunt ceconato qui nō cognoscebat illuminatorem suū. Job ix lꝫ ei loq̄ret. Itē sunt multi qui multa sciūt z se ipsos nesciūt. Siles sunt oculo qui alia videt z iudicat z seipꝫ nō videt nec consideret ps̄. Nescierūt neq̄ itellexerūt qui in tenebris ambulāt ideo aut est cognitio sui. Ideo hāc petebat ab eo augu. orādo sic Dñe nouerī te nouerī me phs ō celo descēdit noti litos. Seneca initiū salutis est notitia sui Greg. Hoc primū nobis gratia dei otulit qd̄ penā nostrā cognoscibilē nobis fecit. Idē eo ipso hō vehemētius desipit. quo semetipm nescit. Idē. Uerba dei eo minus intelligit. quo in eis seipsum q̄rit. Idē bene possum⁹ seruare qd̄ sumus. si nō negligim⁹ pēsare quid sum⁹. Ideꝫ de vite eterne dispensatōe cōquererts qui sub manu artificis te nō ignorare tenens. Tertio notandū q2 sunt bona plurima que sciētia ɔfert que ɔrio mō ignorātia aufert. Mala aūt que ignorātia īfert sunt decē. Primū est insensibilitas puer. xxiij. Eris q̄si dormiēs in medio maris. z q̄si sopit⁹ gubernator amisso clauo z dices. Uerberauerunt me: z ego nō dolui. traxerūt me. z ego nō sensi Similis est asino. Osee. vij Alieni comederūt robur eius Ecōtra scientia facit vt homo sentiat mala in quib⁹ ē. Eccl. ij Qui addit sciētiam addit z dolorem. Scdm malū quod infert ignorātia est. q2 aufert hominum censum siue thesaurum cordis qui ē virtus z sciētia puer. iij Melior est acq̄sitio eius acq̄sitiōe aurī z argēti. Eiusdē iij. Melior est cunctis opib⁹ p̄ciosissimis. Sap. xvj Ubi nō est scientia anime nō est bonum. Sap. viij. Si diuitie appetunt̄ in hac vita. q̄d sapiētia locupletius. Ibidē xij. Uani sunt omnes hoīes in q̄bus nō est sciē tia f i. ysa xxxiij. Diuine salutis sapiētia z sciētia Sapiēs Sciētia est nobilis animi possessio que distributa incrementū suscipit q̄si suaꝝ dedignata possessorē. si non distribuit̄ elabit̄. Hoc thesauro sciam euacuat ignorātia. Tertiū malum qd̄ infert ignorātia est q2 a deo qui est vera lux sepat. Osee. iiij. Quia sciētiam repulisti. repellā te ne sacerdotio fungaris mihi. Eph. iiij. Alienati sunt a vero deo pꝑter ignorātiā que in eis est z pꝑter cecitatē cordis eoꝝ. Job. xxi. Dicūt deo recede a nobis: scientiam viaꝝ tuaꝝ nolumus. Quartū est q2 ignorātia facit hominē quasi irrōnabile pec⁹ ps̄. Nolite fieri sicut equus z mulus Bern. Nihil bestiali⁹ hoīe qui ē rōne vigens z nō rōne vtens ij. pet. ij Hi velut irrōnabilia pecora que ignorāt blasphemāt. Quintū est q2 ignorātia excecat oculū rōnis vel ecclesie platum in quo turpissima z periculosissima est ignorātia z vt macula cecitatis in oculo materiali ysa. lvi. Oēs bestie agri venite ad deuorādū zc̄ Et post speculatores tui ceci oēs: nescierūt vniuersi. Bern. Irridēdus est speculator cecus. dux claudus pco mutus medicus cure ignarus puer. xxx. Stultissim⁹ hominū sum. z sapiētia non est mecū. Et reddit cām. Nō noui scientiam sanctoꝝ. Hiero. Lr̄as nescit qui sacras lr̄as ignorat. illa illuminat aīam dans veram sciam. ij corin. iiij. Deus illuxit in cordib⁹ nostris ad illuminationē sciētie. Sextū est q2 ignorātia p̄cipitat hōiem in mala plurima culpe z pene. Osee. iiij. Nō est sciētia dei in terra. Hiero. Maledictū zc̄. mala inundauerunt sup terraꝫ. puer. xvij. Qui euitat discere incidet in mala. ysido. Nihil stultitia per⁹ nihil insipiētia deterius. nihil ignorātia turpius z ignominiosius. Ignorātia mater est z nutrix oīum vitioꝝ q̄d sic damnū culpe nō sentit insipiens assidue peccat: indoctus facile decipit̄: stultus in vitium cito labit̄. Ecōtra sapiētia mater est omniū bonoꝝ. Sap. vij. Proposui pro luce hēre illā venerūt mihi oīa bona pariter cū illa Et post omniū bonoꝝ mater est sapiētia. Septimū est q2 ignorantia facit ignorari a deo. j corin. xiiij. Ignorās ignorabit̄. q2 dicet eis deus eos a regno z a suo z sanctoꝝ ɔsortio excludēdo. Nescio vos Math. xxv. Octauū est: q2 homo per ignorātiā capit̄ z captus tenet̄. Ecōtra p sciam liberat̄. z seruat̄ a captiuitate. ysa. v. Captiu⁹ ductus est ppl's meus q2 nō habuit sciētiā. Ecōtra prouer. iij. Justi liberabunt̄ sciētia puer. ij. si sciētia anime tue placuerit ɔsiliū custodiet te: z prudētia seruabit te. Nonū est q2 ignorantia ducit ad pditionē: z pire facit Job. iiij. Quia nullus intelligit in eternū pibūt. Job. xviij. Expellēt eū de luce in tenebras. z de orbe trāsferēt eū zc̄. Et post hec sunt tabernacula iniqui. z iste loc⁹ eius qui ignorat deum Ecōtra scientia dei ducit z dirigit ad salutem. Luc. j Ad dandā scientiā salutis plebi eius in remissionē peccatoꝝ eoꝝ Sap. x. Sapiētia eos qui se obseruāt a dolorib⁹ liberabit. Decimum est q2 ignorantia occidit. iiij reg. xvij. Leones occiderunt eos qui ignorabāt cultum dei puer. viij Oēs qui me oderunt diligunt mortē. Econtra aūt. Qui me inuenerit. inueniet vitā z hauriet salutem a dño. ysa. xi. Non nocebunt neq̄ occident. q̄a repleta est terra sciētia dñi.

¶ De ociositate. DIS VI.

quos machabeus tanq̄ proditores ⁊ fratrū venditores interfecit ij. Mach. xj. Itē nō solū nō reddit auarus vel restituit alienū immo diripit alienū. Auaricia enim generat furta rapinas: fraudes iniurias. ⁊ homicidia. Mich. vj. Nūquid iustificabo stateraꝫ impiā. ⁊ saccelli diuersa pondera dolosa in q̄bus diuites ei⁹ repleti sunt iniquitate. De rapinis dicit̄ Ecci. xiij. Uenatio leonis onager in heremo: sic pascua diuitū sunt pauperes: ideo semꝑ esuriūt ⁊ macilēti sunt: q̄z de rapina viuūt. vt mergi ⁊ miluī ⁊ lupi. Dicitur q̄ omne animal viuens de rapina macilentū est. Prouer. xj. Alij diuidunt ꝓpria ⁊ ditiores fiunt alij rapiunt aliena ⁊ semꝑ in egestate sūt ⁊c. Itē ꝓpter adherentiā cū tp̄alibus ⁊ tenacitateꝫ vix induci pñt homines ad reddēdū. vel restituēdū alienū. licet dicat̄ Matth. xviij. Redde q̄d debes. adeo q̄z nō vult tradet̄ tortorib⁹. Iac. v. Ecce merces operarioꝝ vestroꝝ qui messuerunt regiones vestras: q̄ fraudate sūt a vobis clamāt ⁊ clamor eoꝝ ī aures dñi sabaoth introiuit. Sūt vasa dyaboli ⁊ os vel puteus inferni que de facili recipiunt. sed nō de facili emittūt. Itē sunt sicut quoddā vas testeū. q̄d gallice dicit̄ tyrelire: q̄d p paruā aperturā recipit de facili monetā sed nō emittit aut reddit nisi p fracturā. Sic auari cū sentiunt fracturā mortis ꝑcipiūt clamores pacificari nō ante. Multi p auariciā sic vehementer emungūt diuersis iniurijs calūnijs ⁊ fallacijs necessariū victuꝫ pauperꝝ q̄ eliciunt sanguinē. i. vitā. q̄z sicut dr̄ Prouer. xxx. Qui vehemēter emūgit elicit sanguinē. Ecci. xxxiiij. Panis egentium vita pauperꝝ est: q̄ defraudat illū homo sanguinis est: q̄ aufert in sudore suo panē q̄si q̄ occidit ꝓximū suū. Tales sunt similes scyniphibus ⁊ muscis egypti. q̄ pungunt vsq̄ ad haustū sanguinis q̄ quanto venūt nouiores tāto sunt molestiores: ⁊ crudelius affligentes. Sic est de ꝑpositis balliuis ⁊ alijs officialib⁹ cupidis ⁊ auaris. Itē auaritia generat sepe gulā. Luc. xvj. Homo q̄dā erat diues q̄ induebat̄ purpura ⁊ bysso ⁊ epulabat̄ quotidie splēdide. Itē generat luxuriā Ecci. xlvij. dr̄ de salomone. Cōgregasti q̄si auri calcū auri ⁊ vt plumbū argētū. ⁊ inclinasti femora tua mulierib⁹. Et in legēda beate magdalene dr̄. Rerꝫ affluētiā voluptas comitari solet De sodomitis quoq̄ dr̄. Gen. xiij. ⁊ Ezech. xvj. Hec fuit iniq̄tas sodome saturitas panis ⁊ ociū. De criminib⁹ q̄ solet auaritia generare dic̄ Aug. Que est ista auiditas cōcupiscētie cū ipse bestie modū teneāt tūc enim rapiūt cū esuriūt. ꝑparcūt ꝑde cū saturitatē sentiūt sola auaricia diuitiaꝝ insatiabilis nec deū timet: nec hoīes reueret̄ nec prī obedit. nec matrē agnoscit: nec fratri obtēpat: nec amico fidē suat: viduā opprimit pupillū inuadit liberos in ꝟuitutē reuocat: falsum testimoniū ꝓfert: res miseroꝝ occupat q̄si si nūq̄ moreret̄ auari. Quarto ex auaritia sequit̄ horrēda calamitas. Primo q̄dē ī morte: q̄z morte diutissima moriunt̄ auari. In dolore maximo ꝯsueuerunt mori diuites q̄z violēter ⁊ oīno cōtra volūtatē eoꝝ auellent̄ a reb⁹ nimis ardēter amatis. Ecci. xj. O mors q̄ amara est memoria tua homini iniusto: ⁊ pacē habēti in substātijs suis. Si memoria mortis est amara: multomagis eius ꝑsentia. Achor q̄z ꝓpter auariciā tulit de anathemate ⁊ a ꝑplo lapidatus interijt. Achā vineā naboth cōcupiuit ipsum occidit ⁊ ipse turpe morte ꝑcussus ē. Judas dñm vēdidit ⁊ ipse laqueo se suspēdit. Ananiā ⁊ saphirā mors subita ⁊ improuisa extinxit. Secūdo auaris maior erit calamitas in iudicio quādo de omnib⁹ oportebit eos reddere rationē ⁊ dñs irā suā ōndet ei p̄s. Tūc loquetur ad eos in ira sua ⁊c. Matth. xxv. Esuriui ⁊ nō dedistis mihi manducare ⁊c. Zach. j. Ira magna irascar sup gentes opulētas. Jaco. v. Agite nō diuites plorate vlulantes ī miserijs q̄ aduenient vobis. Glo. Nescis miser cū thesauro thesauꝝ iracūdie dei pariter tibi accumulari. Bern. Quid tibi īsipiēs delicie sapiunt q̄d diuitie cecos oblectant oculos q̄b⁹ tā graue tibi mercaris iudiciū. iā dure te obligas rationi. Uniuersa siquidē vsq̄ ad quadrātē nouissimū exigeris. Tertia sequitur calamitas longe maior q̄z finaliter excludunt̄ a regno q̄z gloria futura nō admittit auaros. j. Corin. vj. Auari regnū dei nō possidebūt Eph. v. Auarus nō habet hereditatem in regno christi ⁊ dei. Matth. xix. Mar. x. Difficile est cōfidētes in diuitijs regnū dei intrare. Facilius est camelū intrare p foramē acus q̄ diuitē in regnū celoꝝ. Similiter idē Luc. xviij. Foramē acus erat porta in hierusalē que dicebat̄ porta acus p quā nō intrabāt cameli nisi inclinati ⁊ exonerati a sarcinis onerosis Sic nec diuites p angustā portā celestis patrie nisi exonerati ab illicite possessis ⁊ humiliati p penitētiā. Bern. Quid camele gibbū. q̄d pecuniosi iude ꝓditoris loculos tollis ⁊ sarcinas. Nō sic impij: nō sic angustū est foramē acus q̄d tales ingredi nō pmittit. Itē gloria celestis patrie detestat̄ auaritiā q̄ est vt dicit Grego. omnib⁹ vna ⁊ singulis tota: ibi nullus auarus cū cōis omnibus sit de⁹ ⁊ singulis totus. Itē q̄z celestes diuitie ibi sunt appetēde: vt dr̄ Matth. vj. vbi neq̄ erugo demolitur neq̄ fures effod. ⁊c. Grego. Si diuitie appet unt̄ ibi seruent̄ vbi perire nō possint honores ibi appetant̄ vbi nulli indigni honorant̄ salus si diligit̄ ibi desideret̄ vbi dr̄ eius amissiōe nō timet̄. vita si diligit̄ ibi acquirat̄ vbi morte nō finit̄. Quarta calamitas horrēda miris est: q̄z detrudunt̄ in infernū ī pales eiuꝫ diuitie sua grauitate deprimūt eos ⁊ demergunt in ꝓfundum. j. Thim. vj. Qui volunt diuites fieri ⁊c̄ que mergunt hoīem in interitū ⁊ pditionē Deu. xvij Nō habebit rex auri ⁊ argēti īmēsa pondera Glo. ad īfernum mergentia. Quidam phus periclitari timens in aqua aurum vel pecuniam quam habebat ob viaticum, piecit in aquā dicens. Ite pessime diuitie malo vos submergere q̄ submergi a vobis. Nec tm̄ submergūt diuitie sed etiā ꝓpter eas grauissime puniunt̄ auari in igne inferni cuꝫ diuite epulone vbi dicere potuerunt eis demones quod parthi dixerūt crasso principi romanorum qui impugnabat eos. Cui cum promisissent q̄ si dimitteret impugnare eos darent ei tantum de auro q̄ deberet sibi sufficere. Quod cum eis iurasset ⁊ ipsi eum tenerent in munitione sua ceperunt eum aurum bulliens per os eius proiectes. vbi sibi modicum aurum suffecit ⁊ dicebant ei Aurum sitisti aurū bibe Jacob v. Diuitie vr̄e putrefacte sunt argentum ⁊ aurum vestrum eruginauerunt ⁊ erugo eorum in testimonium vobis erit q̄ comedet carnes vestras tanq̄ ignis thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Quedam vetula sub specie sanctitatis acquisiuit multas pecunias: q̄z qui volebant elemosynas facere dabāt ei ad erogādū pauperibus ipsa aūt implebat ollas subterraneas quas morte subita preuēta intactas reliquit. Cum aūt inuente essent ⁊ innotuisset epūs noluit dictam pecuniam retinere dicens pecunia tua tecum sit in pditionē. De nocte autem vox de ei⁹ tumulo audita est: ardeo ardeo. Quo apto de licētia sacerdotis inuenerunt de ore vetule q̄si metallum ebulire: ⁊ flāmā fetidissimā inde exire. Illa autem recoopta. ⁊ oratione facta tam a sacerdote q̄ a populo: non est vlterius vox audita.

De sollicitudine. DIS. III.

Icto de auaritia in genere: nūc ꝯsiderādū est de filiab⁹ ei⁹ in spāli. Primo de inq̄etudine: siue sollicitudie tp̄alium. Scdo de astutia. Tertio de dolo. Quarto de fraude: Quinto de pditōe. Sexto de mēdacio. Septīo de piurio Octauo de furto. Nono de rapina. Decimo de vsura. Undecio de acceptione muneꝝ. Duodecimo de auaritia aduocatoꝝ. Tredecimo de symōia. Decimoq̄rto de ꝓprietate claustralū. Primo itaq̄ dicēdū de inq̄etudine q̄ orit̄ ex auaricia in quātū ingerit hoī tp̄aliū reꝝ sollicitudinē ⁊ curas superfluas. Sciendum aūt q̄ multiplex ē sollicitudo. Est enī sollicitudo ꝯmēdāda ⁊ ē sollicitudo moderāda. Sollicitudo ꝯmēdāda quedā ē respectu sui q̄dā respectu dei: ⁊ quedam respectu ꝓximi. Sollicitudo respectu sui ē vehemēs studiuꝫ circa salutē ꝓpriā q̄n. s. hō studiū applicat ad agēdū pniam. Sicut dicit apostolus ij. Corin. vij. Que fm deū est tristicia pniam in salutē stabilē opat̄. Ecce enī hoc ipsū q̄ ꝯtristati vos q̄tā sollicitudinē opat̄ in vobis. s. de agēda pnia p peccatis ꝑteritis. Itē ista sollicitudo facit in hoīe cautele vigilātiā qua videlꝫ sollicite sibi cauet ne icidat in petm̄ ꝓpter q̄d dr̄ Deut. iiij. Custodi temetipm ⁊ animā tuā sollicite. Multū oꝫ hō sollicitus esse circa custodiā aīe sue ad imaginē dei create christi sanguine ꝑcioso redēpte. Itē q̄z aīa est patris eterni filia. christi spōsa ⁊ spūssancti templū facta. Unī sicut pr̄ hn̄s filiā charissimā sibi diligēter ⁊ sollicite custodit eā ⁊ multū zelat p ea: sic animā dei filiam custodie nostre cōmissam sollicite custodire debemus. Ecci. xlij. filia patris abscōdita est: vigilia ⁊ sollicitudo ei⁹ aufert somnū. ne forte in adolescētia sua adultera efficiat̄ ⁊c. Item ista sollicitudo dat hoī bene opandi ⁊ merita ꝯquerēdi diligētiā. sicut exemplū nobis ꝑbēt artifices mūdiales. Ecci. xxxviij. Oīs faber ⁊ archytect⁹ q̄ noctē tanq̄ diē trāsigit ⁊c̄ Et infra sic faber ferrarius sedēs iuxta incudem ⁊c̄. Sic figulus sedēs ad opus suū. ⁊ vtens pedib⁹ suis rotam in sollicitudie posit⁹ est semꝑ ꝓpter op⁹. Reuera oēs isti negligentiam nostrā ꝯfundūt: q̄z magis sunt sollicitj de suis opib⁹ ꝓpter victū corpis acq̄rēdū. q̄ nos ō meritis acq̄rēdis pp salutē aīe: ⁊ eternū ꝑmiū assequēdū. Itē debem⁹ esse sollicitj de his que pt̄inēt ad deū Ad hāc aūt sollicitudinē īducit nos timor diuine eq̄tatis. Unī Job xxiij. ꝯsiderās timore sollicitor. Itē amor diuine bonitatis. Mich. vj. Judicabo. tibi hō q̄d sit bonū ⁊ q̄d dñs req̄rat a te vtiq̄ facere iudiciū. ⁊ diligē misericordiā ⁊ sollicitū ambulare cū deo tuo: cum deo enī ambulat hō p amorē. Itē Ro. xij. Sollicitudine nō pigri spiritu feruētes dñō seruiētes. Itē honor diuine maiestatis. dꝫ enī homo sollicit⁹ esse de his q̄ ad honorē dei ꝑtinēt. j. Corin. vij. Qui

sine vxore est cogitat que dei sunt quō placeat deo Et Josue.xxiij. Estote sollicti vt custodiatis cuncta q̄ scripta sunt ⁊c̄. Itē debem⁹ esse sollicti de his q̄ ptinent ad pximū vt videlicet exhibeam⁹ ⁊ solicite cōseruem⁹ cōnexionē cōiunctib⁹ subuentionē indigētib⁹ cōpassionē panētib⁹ correctionē oberrātib⁹. De primo Eph̄.iiij. Solliciti suare vnitatē spiritus in vinculo pacis huius cōnexionē pacis ⁊ cōcordie q̄ dz esse in corpe christi mystico ostēdit Apost.i. Corin.xij. exēplo corpis humani dicēs. Nō pōt oculus dicere manui opa tua nō īdigeo aut itez caput pedib⁹ nō estis mihi necessarii ⁊c̄. Sequit̄. Nō sit scisma in corpe sz pro inuicē sollicita sint mēbra ⁊ siq̄dē patit̄ vnū mēbrū cōpatiunt̄ oīa mēbra siue si gloriat̄ vnū membrū cōgaudēt oīa mēbra. De scdo Luc̄.x. dr̄ marthe dn̄o ⁊ aplis tā q̄ʒ pauperib⁹ ministrāti. Martha martha sollicita es ⁊ turbaris erga plurima ⁊c̄. Et Tho.ij. Pergebat p omnē cognationē suā ⁊ monita salutis dabat eis dabatq̄ʒ vnicuiq̄ʒ put poterat de facultatib⁹ suis esurientes alebat nudis q̄ʒ vestimēta pbebat ⁊ mortuis atq̄ʒ decisis sepulturā sollicit⁹ exhibebat. De tertio.ij. Mach.xv. Erat eis pro vxorib⁹ ⁊ filiis itēq̄ʒ pro fratrib⁹ ⁊ cognatis minor sollicitudo: maxim⁹ vo ⁊ pm⁹ pro sanctitate timor erat tēpli. Et Luc̄.vij. Centurionis cuiusdā suus male habēs erat moritur⁹ ⁊c̄. Sequit̄. Misit ad ihesuz seniores iudeor. At illi cū venissent rogabāt eū sollicite dicētes ei qz dign⁹ ē vt h̄ illi pstes ⁊c̄. De q̄rto. Ro.xij. Qui pest in sollicitudine ad hoc eniz pcipue tenent̄ plati ex officio vndeo dicebat Apl̄s.ij. Corin.xi. Preter illa q̄ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana sollicitudo oīum ecclesiar. Itē est sollicitudo moderāda .s. sollicitudo rez tpaliū moderāda dico qz lz dn̄s videat̄ eā omnino ⁊ fundit⁹ inhibere dicēs Matth.vi. Nolite solliciti eē aīe v̄re dicētes. Quid mādūcabim⁹ aut q̄d bibem⁹ aut quo operiemur q̄ tamē vident̄ esse maxie necessaria. Et Apl̄s.i. Corin.vij. Volo vos sine sollicitudie eē tamē nec dn̄s nec apl̄s interdicūt omnē pmisionē rez tpaliū necessariū sustentationi humane. q̄ videlicet est p laborinū vel p artificiū vel p iustū lucrū. Sed sicut dic̄ dn̄s Matth.vi. Ego dico vobis nō iurare oīno nō qz iuramētū oīno ⁊ in omni casu sit illicitū sed pter abusum ⁊ piuria q̄ passim incurrūt hoīes ⁊ pter irreuerētiā q̄ sine necessitate vel cā diuinū nomē assumūt phibet dn̄s iurādi cōsuetudinē vel potius corruptelā. Ita sollicitudinē tpaliū rez videt̄ dn̄s generaliter phibere. Sed sic dic̄ Hiero. Labor exercēdus est: sollicitudo tollēda .s. supflua animū inqetās. Vn̄ sciēdū q̄ sollicitudo rez tpaliū tripliciter pōt eē illicita. Vno quidē modo ex parte eius de quo sollicitamur sz .s. tpalia tāq̄ʒ finē queram⁹. Vn̄ ⁊ Aug. dicit in lib. de opibus monachor cū dn̄s dic̄. Nolite soliciti eē in crastinū hoc dicit vt nō ita moueat̄ vt pter ista faciāt q̄cq̄d in euāgelii pdicatione facere iubent̄. Alio mō pōt esse tpaliū sollicitudo illicita pter supfluū studiū q̄d apponit̄ ad tpalia pcurāda pter q̄d homo a spiritualib⁹ q̄bus pncipali⁹ inseruire dz retrahit̄. Et ideo Matth.iij. dr̄ q̄ sollicitudo seculi suffocat v̄bū. Tertio mō ex parte timoris supflui quādo aliq̄s timet ne faciēdo q̄d dz necessaria sibi deficiāt. Q̄d dn̄s tripliciter excludit. Primo pter maiora beneficia homini pstita diuinitus pter suā sollicitudinē .s. corp⁹ ⁊ animā. Secūdo pter subuentionē q̄ deus animalib⁹ ⁊ plātis subuenit absq̄ʒ opere humano sm pportionez sue nature. Tertio ex diuina puidētia pter cuius ignorantiā gentiles circa tpalia bona q̄renda pncipalius solicitant̄ ⁊ ideo cōcludit q̄ pncipalis nostra sollicitudo dz esse de spiritualib⁹ bonis sperantes q̄ .s. tpalia nobis puenient ad necessitatē si fecerim⁹ q̄d debem⁹. Est ergo huiōi sollicitudo moderāda ⁊ oīs cura supflua excludenda: qz sollicitudinis huius ardor facit in hoīe cordis afflictionē sic dr̄ Eccl̄s.ij. Peccatori dedit de⁹ afflictionē ⁊ curā supfluā vt addat ⁊ cōgreget ⁊c̄. Sequit̄. Sed h̄ vanitas ⁊ cassa sollicitudo mentis. Et ibidē paz ante. Oēs dies eius .s. cupidi laborib⁹ ⁊ erūnis plen sunt nec p noctē mēte requiescit. Et Hiere.xlix. Pre sollicitudine requiescere nō potuit. Secūdo facit in corde diuisionē ⁊ circa spiritualia vel diuina distractionē .i. Corin.vij. Qui cū vxore est solicitus est q̄ sunt mūdi q̄mō placeat vxori ⁊ diuisus est. Vn̄ aīus hoīs quātomagis est terrenis rebus solicitus tāto fit circa spūalia minus aptus. Tertio causat in corde diuini verbi q̄si spūalis seminis suffocationē Matth.xiij. Solicitudo seculi istius ⁊ fallacia diuitiar suffocat verbū ⁊ sine fructu efficit̄. Quarto causat in corde turbationē qz nō semp obtinēt soliciti q̄d intēdunt sed sepe decidūt a spe sua. Sicut dicit̄ Prouer.xi. Expectatio soliciṫor peribit. Et Hiere.xlij. Fames pro q̄ soliciti estis adhrebit vobis. Vn̄ j. Mac.vi. dr̄ de antiocho. Expauit ⁊ cōmotus est valde ⁊ decidit in lectū: ⁊ incidit in languore pre tristicia: qz nō est factū sic cogitabat. Et sequit̄. Recessit somn⁹ ab oculis meis ⁊ decidi ⁊ concidi in corde sollicitudie. Quinto inducit eternam damnationem. Vnde baruch.iij. Vbi sunt principes gentiū q̄ argētū thesaurizāt ⁊ aurū in quo cōfidunt hoīes ⁊ nō est finis acq̄sitōis eor qui argētū fabricāt: ⁊ soliciti sunt exterminati sunt: ⁊ ad inferos descenderūt.

¶ De astutia. DIS IIII.

Einde cōsiderādū est de astutia. Vidēdū est ergo q̄d sit ⁊ vtz sit pctm̄. Sciēdū ē autē q̄ sicut prudētia est recta rō agibiliū ita scia ē recta rō scibiliū. Cōtingit aūt dupl'r peccare cōtra rectitudinem sciētie in speculatiuis. Vno mō qn̄ rō inducit̄ ad aliquā cōclusionē falsam que appet esse v̄a. Alio mō ex eo q̄ rō pcedit ex aliq̄b⁹ falsis que vident̄ esse v̄a: siue sint ad cōclusionē verā siue ad falsam. Ita etiā aliq̄d pctm̄ dupl'r pōt esse cōtra prudētiā hn̄s aliquam silitudinem cū ea. Vno mō qz studiū rōnis ordinat̄ ad finē qui nō est v̄e bonus sed apparēs ⁊ hoc ptinet ad prudētiā carnis de qua infer⁹ dicet̄. Alio mō inquātū aliq̄s ad finē aliquē cōsequēdū vel bonum vel malū vtit̄ viis nō veris sed simulatis ⁊ apparētibus: ⁊ hoc ptinet ad astutiā. Vnde patz q̄ astutia ē quoddā pctm̄ oppositū prudētie distinctū a prudētia carnis. Sciēdū tn̄ q̄ sicut Aug dicit in iiij. lib. cōtra iulianū. Sicut prudētia q̄nq̄ʒ in malo accipit̄ abusiue Luce.xvj. Filij hui⁹ seculi prudētiores filiis lucis in gnātōe sua sūt. Ita q̄nq̄ʒ ponit̄ astutia in bono īpropriē. Puer.j. Parabole salomonis ⁊c̄. vt det̄ paruulis astutia. Et puer.xiiij. Astut⁹ omnia agit cū consilio. Sed vtrobiq̄ʒ ponitur pro prudentia: ⁊ astutus ponitur pro prudente.

Einde cōsiderādū est de dolo. Vidēdum est ergo q̄d sit dolus. Et sciendū q̄ sicut pz ex pdictis ad astutiā ptinet assumere vias nō v̄as sed falsas simulatas ⁊ apparētes ad aliquē finē cōsequēdū siue bonū siue malū. Assumptio aūt huiusmōi viar pōt cōsiderari dupl'r. Vno mō in ipsa cogitatōe huiōi viarum ⁊ hoc pprie ptinet ad astutiā sicut ⁊ excogitatio rectar viar ad debitū finē ⁊ ptinet ad prudētiā. Alio mō pōt cōsiderari huiōi viaruz assumptio sm executionē ⁊ hoc pprie ptinet ad dolū ⁊ iō dol⁹ importat executionē astutie. Et sicut astutia pprie accipit̄ in malo. abusiue aūt ponit̄ in bono ita ⁊ dolus qui ē executio astutie: sm illud ij. Corin.xij. Cum essem astutus dolo vos cepi. Sciendū aūt q̄ dolus pcipue cōsistit in verbis sm illud psalmi. Linguis suis dolose agebāt: qz executio astutie ad decipiendū aliquē primo ⁊ pncipal'r fit p v̄ba que precipuū locū obtinēt īter signa q̄b⁹ hō aliq̄d significat alteri. Sicut dicat Aug in libro de doct christia. ⁊ iō dolus maxime attribuit̄ locutiōi. Cōtingit tn̄ dolū esse in factis sm illud ps. vt dolum facerēt in seruos ei⁹. Est etiā dolus in corde: sm illō ecc̄i xix. Interiora eius plena sunt dolo. Et puer.xij. Dolus corde cogitantium mala: sed hoc est sm q̄d aliq̄s dolos excogitat sm illō ps. Dolus tota die meditabant̄.

¶ De fraude. DIS V.

Einde cōsiderādū est de fraude. Est aūt fraus pprie deceptio alteri⁹ p factū. Vn̄ fraus est executio astutie sicut ⁊ dolus. Sz in hoc differre vident̄ q̄ dolus importat executionē astutie vniuersal'r siue fiat p v̄ba siue p facta: sz primo ⁊ principal'r importet deceptionem que fit p verba: fraus aūt magis pprie ptinet ad executionem astutie sm q̄ fit p facta. De hac v̄o dicēdū est spāl'r de fraudulentia que cōmittit̄ in emptionib⁹ ⁊ vēditionib⁹ ⁊ circa hoc querunt̄ q̄nq̄ʒ. Primo vtz licitū sit homini rez suā vendere plus q̄ʒ valeat. Scdo vtz vēditio reddat̄ iniusta ⁊ illicita pter defectū rei vēdite. Tertio vtz vēditor teneat̄ dicē vitiū rei vēdite. Quarto vtz negociādo liceat alicui rem vēdere quā emit. Quinto que mouent ad fraudis vitiū detestādum. Primo ergo vidēdum est vtz liceat alicui rē suā vēdere plus q̄ʒ valeat. Dicēdum q̄ sciēter adhibere fraudē ad hoc q̄ aliq̄d plus iusto p̄cio vendat̄ omnino pctm̄ est inquātū aliquis decipit pximum in damnū ipsius. Vnde ⁊ Tulius dicit in libro de offi. Tollendū est ex reb⁹ cōtrahendis omne mēdaciū. nō licitatorem vēditor. nō qui cōtra se liceat̄ emptor apponet. Si āt fraus deficit tūc de venditione ⁊ emptione dupliciter loqui possumus. Vno modo sm se: ⁊ sm hoc emptio ⁊ vēditio videt̄ esse īroducta pro cōi vtilitate vtriusq̄ʒ: dum .s. vnus indiget alterius ⁊ ecōuerso. Sicut pater per phm iij. j. Polit̄. Quod autem pro cōmuni vtilitate est inductum nō debet esse magis in grauamē vnius q̄ʒ alteri⁹. ⁊ ideo debet sm equalitatem rei inter eos cōtractus institui. Quātitas autem rerum que in vsum hominis veniūt mensurat̄ sz p̄cium datum ad q̄d est inuentū numisma vt dicit̄ in .v. Eth. Et iō si vel preciū excedat quātitatē valoris rei vel ecōuerso res excedat preciū tollet̄ iustitie equalitas. Et ideo carius vēdere vel vili⁹ eme-

re rē q̄ valeat est fm se iniustū ꝛ illicitū. Alio modo possum⁹ loqui de emptione ꝛ vēditione fm ꝙ p accidens trāsit in vtilitatē vnius ꝛ detrimētū alteri us: puta cū aliquis multū indiget hr̄e rē aliquā: ꝛ alius ledit̄ si careat illa ꝛ in tali casu iustū p̄ciū erit vt nō solū respiciat̄ ad rē q̄ vendit̄ sed ad dānū qȯ venditor ex vēditione incurrit: ꝛ sic licite poterit aliqd vendi plus q̄ꝫ valeat habenti. Si vō aliquis multū iuuet̄ ex re alterius quā accepit ille vō q̄ vendidit non dānificat̄ carendo re illa nō dꝫ supuendere eā: qꝛ vtilitas que alteri accrescit nō est ex vendēte sed ex cōditione emētis: nullus autē dꝫ vendere alteri qȯ suū nō est: lꝫ possit ei vendere dānū qȯ patit̄ ille tamē q̄ ex re alterius accepta multū iuuat̄ pōt ꝓpria sponte aliqd vendēti superogare qȯ ptinet ad eius honestatē. Notādū autē ꝙ fm leges humanas vel ciuiles licitū eē videt̄ ꝙ venditor ꝛ emptor inuicē se decipiāt qȯ quidē fit inquātū venditor plus intēdit vendere rē suā q̄ꝫ valeat: emptor vō minus emere. Sed leges humane nō solū hominib⁹ virtuosis date sunt sed pplo in quo sunt multi q̄ deficiūt a vtute. Ideo lex humana nō potuit ꝓhibere q̄cq̄d est cōtra virtutē: sed sufficit vt inhibeat q̄ destruunt hominū cōuictum alia vero habeat q̄si licita nō qꝛ ea approbet sꝫ qꝛ ea nō punit. Sic igit̄ habet q̄si licitū penā nō inducens si absq̄ꝫ fraude venditor rē suā supuendat: emptor autē vilius emat nisi sit nimius excessus qꝛ tunc etiā lex humana cogit ad restituendū puta si aliq̄s sit decept⁹ vltra mediā iusti p̄cii quātitatē. Sed lex diuina nihil īpunitū relinquit qȯ sit virtuti cōtrariū. Unde fm diuinā legē illicitū reputat̄ si in emptione ꝛ vēditione nō sit equalitas iusticie obseruata: ꝛ tenet̄ ille q̄ plus hꝫ recōpensare ei q̄ plus dānificatus ē si sit notabile dānū. qȯ ideo dico qꝛ iustū preciū rer̄ quādoq̄ꝫ nō est punctualit̄ determinatū: sed magis in quadā extimatione cōsistit. ita ꝙ modica additio vel minutio nō videt̄ tollere equalitatē iusticie. Sic aūt refert Aug. xiii. de trin. dictū cuiusdā mimi fuit ab omnibus acceptatū. s. vile emere: ꝛ care vendere: cui cōsonat illud puer. xx. Malū est malū est dicit oīs emptor ꝛ cū recesserit tūc gloriat̄. Sꝫ Aug. dicit ibidē: min⁹ ille vel seipsum intuēdo vel alios experiēdo vilius velle emere ꝛ care vēdere oīb⁹ credidit esse cōe. Sed quoniā reuera vitiū est: pōt q̄sq̄ꝫ huiusmodi iusticiā adipisci qua huic resistat ꝛ vincat: ꝛ ponit exēplū de quodā q̄ modicū p̄ciū de quodā libro pp ignorātiā postulanti iustū dedit p̄ciū. Un̄ patet ꝙ illud cōe desideriū nō est nature sed vicii: ꝛ ideo cōe est multis q̄ p latā vitior̄ viā incedūt. Circa scdm̄ videndū est vtrū venditio reddat̄ illicita pp vitiū rei vendite. Et dicendū ꝙ circa rē q̄ vendit̄ defectus duplicit̄ pōt cōsiderari. Unus q̄dē defectus fm speciē rei: ꝛ hunc etiā defectū si vēditor cognoscat in re quā vendit fraudē cōmittit in venditione. Un̄ vēditio illicita reddit̄: ꝛ h̄ est qȯ dr̄ cōtra quosdā Isa. i. Argētū tuū versum est in scoriā. Uinū tuū mixtū est aq̄ qȯ enim ꝑmixtū est patit̄ defectū q̄tū ad speciē. Alius autē defectus est fm quātitatē q̄ p mēsurā cognoscit̄: ꝛ ideo si q̄s sciēter vtat̄ deficienti mēsura in vēdēdo fraudē cōmittit: ꝛ est illicita vēditio. Un̄ dicit̄. Deut. xxv. Nō habebis in sacculo diuersa pondera maius ꝛ min⁹ nec erit in domo tua modius maior ꝛ minor. Et postea subdit̄: abominat̄ enim dn̄s eū q̄ facit hoc: ꝛ aduersat̄ omnē iniusticiā. Tercius defectus est ex parte q̄litatis puta si aliqȯ infirmū vendit q̄si sanū: qȯ si q̄s scienter fecerit fraudē cōmittit in vēditione. Un̄ est illicita vēditio. Et in oīb⁹ talib⁹ nō solū aliquis peccat iniustā vēditionē faciēdo: sed etiā ad restitutionē tenet̄. Si vō eo ignorāte aliquis p̄dictor̄ defectuū fuerit in re vendita: venditor quidē nō peccat: sed facit iniustū materialiter. Nō tñ̄ eius opatio est iniusta: tenet̄ tamē cū ad eius noticiā puenerit dānū recōpēsare emptori. Et qȯ dictū est de vēditore est intelligēdū ex parte emptoris. Contingit enim venditorē credere rē suā esse minus p̄ciosam q̄tū ad speciē. Sic si aliq̄s vēdit aur̄ loco aurichalci: emptor si illud cognoscat iniuste emit: ꝛ ad restitutionē tenet̄. Et eadē ratio est de defectu q̄litatis ꝛ quātitatis. Sciēdū autē ꝙ auri ꝛ argētū nō solū cara sūt ꝓpter vtilitatē vasor̄ q̄ ex eis fabricant̄: aut alior̄ hm̄oi: sed etiam ꝓpter dignitatē ꝛ purgationē substātie ipsor̄. Et ideo si aur̄ vel argentū: vel ab alchimicis factū verā speciē nō habeat auri ꝛ argenti est fraudulēta ꝛ iniusta vēditio. p̄sertim cū sint aliq̄ vtilitates auri ꝛ argēti veri fm naturalē opationē ipsor̄ q̄ non cōueniunt auro p alchimiā sophisticato. Sicut qȯ hꝫ ꝓprietatē letificandi. ꝛ ꝯ q̄sdā infirmitates medicinaliter iuuat: frequētius etiā pōt poni in operatione: ꝛ diutius in sua puritate pmanet auri verū q̄ꝫ sophisticatū. Si autē per alchimiam fieret aurum verū non esset illicitum ipsum pro vero vendere: quia nihil prohibet artē vti aliquibus naturalibus causis ad producendū naturales ꝛ veros effectus. Sicut dicit Augusti. in. iii. de trinitate de his que arte demonum fiunt.

Circa tertiū videndū ē vtr̄ vēditor teneat̄ dicē vitiū rei vēdēde. Dicēdum ꝙ dare alicui occasionē piculi vel damni semp est illicitum q̄uis non sit necessariū ꝙ homo alteri semp det ꝯsilium ꝛ auxilium ptinens ad ei⁹ qualēcūq̄ꝫ ꝓuocationē: sed hoc solū est necessarium in aliquo casu determinato: puta cum alius eius cure subdatur vel tantū non pōt ei p alium subueniri. Uēditor autem qui rem vendendā ꝓponit ex hoc ipso dat emptori damni vel piculi occasionē ꝙ rem vitiosam sibi offert si ex eius vitio damnū vel piculum incurrere possit. damnū q̄dē si ꝓpter eius vitiū huiusmodi res que vendenda ꝓponit̄ minoris sit p̄cii: ipse vero ꝓpter hm̄oi vitiū nihil de p̄cio subtrahat. piculū aūt puta ꝓpter hm̄oi vitiū vsus rei reddat̄ impedit⁹ vel noxi⁹: puta si aliq̄s alicui vendat equū claudicantē pro veloci vel ruinosam domū pro firma: vel cibū corruptū siue venenosum p bono. Un̄ si huiusmodi vitia sint ꝛ nō deteget: erit illicita ꝛ dolosa venditio. Et tenet̄ vēditor ad dāni restitutionē. Si vō vitiū sit manifestū puta cū equus est monoculus vel cū vs⁹ rei ꝛ si non cōpetat vēditori pōt tamē esse ꝯueniēs alijs. ꝛ si ꝓpter huiusmodi vitiū ipse subtrahat q̄tum oportet de p̄cio nō tenetur ad manifestādum vitiū rei qꝛ ꝓpter huiusmōi vitiū emptor vellet plus subtrahi de p̄cio q̄ꝫ de iure esset subtrahēdū. Unde pōt licite vēditor indēnitati sue ꝯsulere vitiū rei reticēdo. Notandū aūt ꝙ non oportet ꝙ emptor vel venditor per p̄conē vitiū rei vendende prenunciet: quia si predicēt: vitiū exterrerent̄ emptores rei ab emendo dū ignorarēt alias ꝯditiones rei in quas est bona ꝛ vtilis: sꝫ singulit̄ est dicēdum vitiū rei ei qui ad emēdū accedit. qui non pōt simul dēs cōditiōes adinuicē compare bonos ꝛ malas nihil enim ꝓhibet rem in aliquo vitiosā in multis alijs vtilē esse. Circa q̄rtū. s. vtr̄ liceat alicui rem suā carius vēdere q̄ꝫ emit. Dicēdū ꝙ ad negociatores ptinet cōmutationib⁹ rer̄ insistere: vt aūt ph̄s dicit in i. Polit̄. duplex est rer̄ ꝯmutatio. Una q̄dē q̄si nālis ꝛ necessaria: ꝑ quā. s. fit cōmutatio rei. vel rer̄ ꝛ denarior̄ ꝓpter necessitatē vite ꝛ talis ꝯmutatio nō ꝓprie ptinet ad negociatores: sꝫ magis ad yconomos vel politicos qui hn̄t ꝓuidere. vel domui vel ciuitati. vel de rebus necessarijs ad vitā. Alia vō cōmutationis spēs est. vel denariorum ad denarios vel quarūcūq̄ꝫ rer̄ ad denarios nō ꝓpter res necessarias vite: sꝫ ꝓpter lucr̄ q̄rendū. ꝛ hec q̄dē negociatio ꝓprio vr̄ ad negociatores ptinere. Scdm̄ ph̄m aūt p̄ma cōmutatio laudabil̄ est qꝛ deseruit nāli necessitati. Scd̄a aūt iuste vitupat̄: qꝛ q̄tū est de se deseruit cupiditati lucri. que terminū nescit sed in infinitum tendit: ꝛ ideo negociatio fm se ꝯsiderata quādā turpitudinē habꝫ inquantū nō importat de sui rōne finē honestū vel necessariū. Lucrum tñ̄ qȯ est negociationis finis: ꝛ si in sui rōne nō īportet aliq̄d honestū vel necessariū nihil tñ̄ īportat in sui rōne vitiosū vel vtuti ꝯriū. Unde nihil ꝓhibet lucr̄ ordinari ad aliquē finē necessariū vel honestū: ꝛ sic negociatio reddet̄ licita. Sicut cū aliq̄s lucrū imoderatū qȯ negociatio q̄rit ordinat ad dom⁹ sue sustentationē: vel ad subueniēdū indigētibus: vel etiā cū aliq̄s negociatōi intēdit ꝓpter publicā vtilitatē ne s. res ad vitā patrie desint: lucr̄ etiā expetit nō q̄si finē sꝫ q̄si stipēdiū laboris. Cū aūt dicat Chriso. sup Math. Quicūq̄ꝫ rem cōparat integrā vt īmutatā vēdēda lucret̄: ille ē mercator q̄ d̄ tēplo dei eijcit̄. Et cassiodorus sup illud p̄s. Qm̄ non cognoui litteraturā. vel negociationē fm aliā litterā. Quid est aliud negociatio nisi vilius compare ꝛ cari⁹ vendere: vel distrahere. ꝛ subdit. Negociatores tales eiecit dn̄s de tēplo. Sciendū ꝙ vbū Crisosto. itelligēdū est de negociatōe fm ꝙ vltimū finē in lucro ꝯstituit qȯ p̄cipue vr̄ q̄n aliq̄s rem nō īmutatā carius vēdit. Si enī rē immutatā carius vēdat. videt̄ p̄miū sui laboris accipe q̄uis ꝛ ipsū lucr̄ possit licite intēdi nō sicut vltimus finis: sꝫ ꝓpter aliū finē necessarium vt dictū est. Hoc etiā aduertēdū ꝙ nō quicūq̄ꝫ cari⁹ vendit q̄ꝫ emerit: negociat̄. sed solū q̄ ad h̄ emit vt cari⁹ vēdat. Si aūt emit rem nō vt vēdat sꝫ vt teneat. ꝛ postmodū ꝓpter aliquā cāꝫ eā vēdere velit nō est negociatio: q̄uis carius vēdat: pōt enī hoc licite facē: vel qꝛ in aliquo rē meliorauit: vel qꝛ p̄ciū rei est īmutatū fꝫ diuersitatē rei vel tpis. vel ꝓpter piculum cui se se exponit trāsferēdo rem de loco ad locū. vel eam fieri faciēdo ꝛ fm hoc nec emptio nec vēditio est iniusta. Item sciēdū ꝙ clericis īterdicit̄ negociatio qꝛ clerici nō solū debēt abstinere ab his que sunt sꝫ se mala. sꝫ etiā ab his que hn̄t spēm mali: qȯ q̄dē in negociatōe ꝯtingit tū ꝓpter h̄ ꝙ est ordinata ad lucr̄ terrenū cui⁹ clerici d̄bēt esse ꝯtēptores. tū etiā ꝓpter frequētia negociator̄ vitia. qꝛ difficulter exuit̄ negociator a peccatis labior̄ vt dr̄ eccl̄i. xxvi. Et alia cā est qꝛ negociatio nimis īplicat animū secularib⁹ curis ꝛ ecōuerso a sp̄ualib⁹ retrahitur Un̄ apl̄s dicit. ii. thimo. ii. Nemo militās deo īplicat se negocijs secularibus. licet tñ̄ clericis vti p̄ma cōmutationis specie que ordina

tur ad necessitatem vite emendo vel vendendo.

De fraudulentia. DIS VI

Sciendum autē q fraus ē multiplex. Est n. fraus qdā cōmēdāda. Quedā excusabilis. Quedā tolerāda. Et qdā dānabilis. Fraus qdē cōmēdāda est qn̄ qs ꝓximi vtilitatē intēdens facit aliqd ipso nesciēte qd forsitā credit illi ꝑ̄ma facie nō placere tn̄ placere deberet. Sicut vxor quādo clanculo facit elemosynas moderatas: q viro suo forsitā nō placerent ante factū nec ipse daret licentiā faciendi: tamē post factū placet illi qd ipsa fecerit qz illa hec faciēdo ꝓcurat spiritale cōmodū viri sui. Unde etsi fraus est: pia tamē ē. Itē si qs frenetico furet gladiū ne ipse semetipsū ledat vl' aliū pia fraus est. Itē si seruꝰ deuotus deo ⁊ dn̄o suo fidelis vtilitatē dn̄i sui ꝓcuret illo nesciēte vel etiā cōtradicēte in dānū suū vituperiū vel grauamē facit dn̄o suo fraudē tn̄ pia ⁊ vtilis ē dn̄o. Ad Titū ii. Seruos hortare dn̄is suis subditos esse in oībꝰ placētes. s. licitis ⁊ honestis nō ꝯdicētes ī his. s. q sunt fm deū nō fraudātes. i. nō fraudē malā ⁊ noxiā facientes: sz in oībꝰ fidē bonā ondētes. Itē fraus est excusabilis qn̄. s. homo bonū suū ꝓcurat sine ꝓximi detrimēto. Sicut fecerūt gabaonite Josue. ix. q callide cogitantes venerūt ad Josue ⁊ filios israel dicētes de terra longinq venimꝰ pacē vobiscū facere cupiētes. quoꝝ fraude ꝑcepta dixit eis Josue. Cur nos decipere fraude voluistis ⁊c. Similiter iacob ex ꝯsilio mr̄is sue rebecce fraudauit fratrē suū benedictionē paternā surripiendo Gen̄. xxvii. Venit germanꝰ tuus fraudulēter: ⁊ accepit benedictionē tuā. Excusat iacob. qz hoc fecit ex ꝑcepto sancte mr̄is ⁊ ex cōsilio spūsancti.

Itē est fraus tolerāda puta si fiat alicui iniuria vel dānū de bonis tꝑalibꝰ. ⁊ nō possit illa sine scādalo repetē magis est talis fraus vel iniuria tolerāda q scādalū ꝯnatꝰ vn̄ i. Corin. vi. Iaz qdē oīno delictū in vobis. qz iudicia habetis inter vos. qre nō magis iniuriā accipitis qre nō magis fraudē patimini. Itē est fraus culpabilis: ⁊ de hac dr̄ i. Corin. vii. Nolite fraudare inuicē. Et Mar. x. Ne fraudē feceritis. Fraus autē culpabilis multiplex est: ⁊ cōmittitur multis modis. Est n. fraus quā inducit ambitio īsatiabilis. In acqrendis enī honoribꝰ magnus est labor. magna cordis anxietas aīi q ambitiosi possint ad eos ꝑuenire seruiūt: tribuūt: amicitias simulant mentiunt: adulant: ꝑces multiplicāt. intercessores ꝓcurāt maturitatē ꝑtendunt: iactāt sciētiā: simulāt sanctitatē. Vn̄ Dan̄. xi. de ambitioso dr̄. Regnū obtinebit in fraudulentia. Secūdo est fraus quā inducit carnalitas: siue qtū ad gustū: siue qtū ad tactū. Quātū ad gustū qdē: qz gulosi ⁊ ebriosi postq sua turpiter expēderūt multas fraudes cōmittūt in tabernis ⁊ ludis illicitis ⁊ cōuiuiis ⁊ symbolis ꝓcurādis: vomētes esuriūt: inebriati sitiunt. Similes sunt filiis israel q petierūt escas aīabꝰ suis. sic dr̄ in ps̄. Pluit sup eos sicut puluerē carnes ⁊c. Sequit̄. Mādūcauerunt ⁊ sa. sunt ni. ⁊ desiderium eoꝝ attulit eis: nō sunt fraudati a desiderio suo Sz nota qd sequitur. Adhuc esce eoꝝ erāt in ore ipsoꝝ: ⁊ ira dei ascē. sup eos ⁊c. Itē de carnalitate qtū ad tactū nō est dubiū q luxuriosi multas faciūt fraudes vt iuuēculas ⁊ simplices mulieres alliciāt ⁊ seducāt: ⁊ cū eas seduxerint multa cōmittūt vt eas pascāt. induāt iocalia ꝑbeāt ⁊ in sua detineāt feditate. Vn̄ ii Esdre. viii. Accipit hō gladiū ⁊ vadit in via facere furta ⁊ homicidia ⁊c. Sequit̄. ⁊ cū furtū fecerit et fraudes ⁊ rapinas amabili sue affert. Tertia est fraus quonā inducit malignitas. ⁊ hoc cōmittit̄ multis modis. Videlicet: in ꝯsortiis in cōsiliis: in iudiciis. ⁊ in seruitiis. In consortiis qdē inter amicos amorē ⁊ amicitiā simulādo ⁊ sub amicicie specie seducēdo. Hie ix. Unusquisq se a ꝓximo custodiat ⁊ in omni fratre suo nō habeat fiduciā: qz omnis frater supplātans supplantabit: ⁊ omnis amicus fraudulēter incedet: fraudulēter incedit q fallaciter adulādo seducit: vel qd deterius ⁊ periculosius est q rancorē ⁊ odiū tenens ī corde dissimulat: ⁊ adulando amorē simulat. Prouer. xxvii. Meliora sunt vulnera diligētis q fraudulēta odientis oscula. Ec. xxvi. Sic noxius est q immittit lanceas ⁊ sagittas in mortē: ita vir q fraudulenter nocet amico. Itē in cōsiliis fraus cōmitit̄. Sicut dr̄ ꝓuer. xii. Cōsilia impioꝝ fraudulēta. Cōsulūt enim quādoq cōtra deū ⁊ iusticiā ob amorē: odiū vel rancorē. vel lucrū suū ⁊ cōmodū tꝑale. Hester xvi. Multi bonitate principū ⁊ honore q in eos collatus est abusi sunt in supbia ⁊c. Sequit̄: aures principū simplices callida fraude decipiunt. Item fraus ista cōmittit̄ in iudiciis: ab actore fraudulenter agēdo: a reo fraudē fraude ꝓpellendo. Sicut dr̄. i. Corin. vi. omnino delictū est in vobis qz iudicia habetis īter vos. Sequit̄. Uos iniuriā facitis ⁊ fraudatis id est fraudē fraude vultis repellere: ⁊ iniuriā iniuria vindicare qd illicitū est. Quia sic dic Seneca: nō est vitiū vitio vindicandū. vnde ⁊ actor iniquus est iniuriā faciēdo: ⁊ reus iniquus ꝑ fraudulētiā se defendendo: ⁊ iniuriā cōtra iniuriā inferēdo. Ideo sequitur ibidē An nescitis qz iniqui regnū dei nō possidebūt. Itē fraus ista cōmitit̄ in seruitiis vl' qz fiunt dn̄is suis seruiūt fraudulēter. Uel ecōuerso. Serui qdē dn̄is suis solēt fraudes cōmittere multis modis quos cā breuitatꝭ omitto. Ad Titum. ii. dicit apl's. seruos hortare dn̄is suis subditos esse in oībus placentes nō ꝯdicētes nō fraudātes sed bonā fidē ostēdentes. Dn̄i vo seruis suis. i. illis qui faciunt eoꝝ opa fraudes faciunt non soluēdo. Jacobi v. agite nunc diuites plorate vlulate ī miseriis que aduenient vobis ⁊c. Sequit̄ ecce merces opārioꝝ vroꝝ qui messuerūt regiōes vr̄as q fraudata ē a vobis clamat ⁊ clamor eoꝝ aures dn̄i sabaoth introiuit. Uel male ⁊ tarde ⁊ nō ītegre psoluendo Eccl. xxxiiii. Panis egētiū vita pauperꝝ est qui defraudat illum hō sanguīs ⁊c. Qui aufert in sudore panē q̄si q occidit ꝓximū suū qui effundit sanguinē ⁊ qui fraudes facit mercēnario fratres sunt. Magna igit̄ iniqtas diuitū defraudare paupes. ⁊ eoꝝ stipēdia detinere. Sup hoc Jacob cōquerit̄ de labā. Gen̄. xxxi. Mutauit mercedē meā decē vicibꝰ. Sed longe maior est iniqtas quā aliqui seruiunt ꝯ summū dn̄m opant̄ defraudādo qd ei pmiserāt vel vouerāt. Sicut pz Act. v. ꝯ anania ⁊ saphyra. Vn̄ ananie dixit beatus Petrus Cur tentauit sathanas cor tuū mētiri te spūscō. ⁊ fraudare de ꝑcio agri. Sequit̄ nō es mētitꝰ hoībꝰ sz deo. ananias autē audiēs hec vba cecidit ⁊ expirauit. Silr̄ ⁊ saphyra vxor eiꝰ. Et Jere. xlviii. Maledictꝰ qui facit opꝰ dei fraudulēter. Opꝰ dn̄i fac̄ fraudulenter qui in eo nō dei sz suā gl'iā q̄rit vel qui tarde lente ⁊ tepido corde facit: de tali dr̄ ysa. xxxii. Loquet̄ ad dn̄m fraudulenter.

Quarta ē fraus vel fraudis spēs quā īducit cupiditas q ꝯsistit ī cōmerciis siue ꝯtractibꝰ exercēdis Aug. Studiū auaricie siue fraudis ꝓpriū solet esse negociātiū. Hec aūt detestāda est multiplici rōne. Primo ꝑpter petōꝝ multitudinē. Scdo ꝑpter damnoꝝ magnitudinē. Propt̄ necessitatē redditōis. Et pp eternitatē dānationis.

Primo qdē ꝑpter multitudinē petōꝝ ꝯcomitantiū Leo papa Difficile est inter vendētiū ⁊ emētiū ꝯmertiū non īteruenire pctm̄ īmo īnumera sunt petā que solēt ꝯmittere: puta mēdacia iuramēta piuria vba sophistica qbꝰ decipiūt hoīes pferēdo. Itez de facto mala pro bonis corrupta pro sanis vendendo numerando mensurando ponderando ⁊ huiusmōi. Ideo dr̄ Leui. xix. Non decipiat vnusqsq ꝓximū ⁊c. Sequit̄. Justa ⁊ eq sint pōdera iustꝰ modius ⁊ equꝰ sextariꝰ. ⁊ aū. Nolite fac̄ iniquū qd in iudicio in regula in pōdere ⁊ mēsura. Deutro. xxv. Non habebis in sacculo diuersa pōdera maiꝰ ⁊ minus ⁊c. abominat̄ deꝰ eū qui facit hec. Mich. vi. Nūqd iustificabo staterā ipiā. ⁊ saccelli diuersa pōdera. ysa. xxxii. Fraudulēti vasa sunt pessima qz hn̄t vasa ire dei. Scdo detestanda est fraus in ꝯmertiis ꝑpter dānoꝝ magnitudinē. Nā ꝑpter lucra tꝑalia pdūt spūalia. Prouer. i. Ipsi ꝯ sanguinē suū insidiant̄ ⁊ moliunt̄ fraudes ꝯ aīas suas. Eccs. iiii. Unꝰ est: ⁊ scdm nō hz. filiū non fratrē: ⁊ tn̄ laborare nō cessat nec satiant̄ oculi eiꝰ diuitiis nec recogitat dicēs cui laboro ⁊ fraudo animā meā bonis spūalibꝰ. s. ⁊ eternis. Negligunt enim missas pdicationes. a locis sacris nō exhibent reuerētiā nec tpabꝰ. i. diebus dn̄icis ⁊ festiuis. Tertio detestāda est fraus in ꝯmertiis ꝑpter restituēdi necessitatē. Insanū est velle multa pdē lucrari pauca: que tn̄ redde fit de necessitate salutis. Leui. vi. Reddet oīa que per fraudē voluit obtinere: qd tamen eis ē valde difficile: vel forsitan īpossibile: Pauci sunt hodie q possent ad hoc induci vt in qdruplū redderēt oīa. sicut dixit zacheꝰ de seipso: Luce. xix. Si quē defraudaui reddo qdruplū. Absq dubio in multis casibꝰ nō sufficit redde solū simplū. puta qn̄ ille cui debz fieri restitutio dānificacꝰ est in vsuris. vēditione hēditatis. vel aliorū bonoꝝ ⁊ grauatꝰ laboribꝰ ⁊ expēsis. Quarto detestāda ē fraus in cōmertiis ꝑpt̄ acerbitatē dānatiōis. ps. Tota die iniusticiā cogitauit līgua tua sicut no. acu. fe. dolū. Sequit̄ ꝑpterea deꝰ destruet te ⁊c. Prouer. xxi. Qui ꝯgregat thesauros lingua mēdacii īpinguetur ad laqueos mortis. Et apoc. xiiii. Quicūq accepit characterē bestie siue quo. s. nemo poterit vēdere vel emere hic bibet de vino ire dei mixto in calice eius. ⁊ cruciabit̄ igne ⁊ sulphure: ⁊ ascendet fumus tormētoꝝ in secula seculoꝝ.

De mēdacio. DIS. VII.

Deinde ꝯsiderādū est de mēdacio: circa qd ꝯsiderāda sunt qttuor. Primo qd sit. ⁊ vtꝝ opponat̄ vitati qsi semp ꝯtinēs falsitatē. Scdo de mendacii spēbꝰ. Tertio vtꝝ omne mēdaciū sit pctm̄. Quarto vtꝝ sit peccatū mortale. Circa primū sciēdū q mēdaciū ē falsa vocis enūciatio cum ītētione fallēdi. Et hec descriptio sumit̄ ex verbis Aug. in libro ꝯtra mēdaciū. dicēns. Nemo dubitet eū mētiri

rit q̄ falsum enūciat cā fallendi. Quapropter enūciationē falsi cū voluntate fallēdi ꝓlatā manifestū est esse mendaciū. Sciēdū ergo ꝙ ad ꝑfectā mēdacij rationē tria cōcurrūt. s. ꝙ id qḋ enunciat̄ sit falsum ⁊ ꝙ sit volūtas falsum enunciādi: ⁊ iterū intētio fallēdi. Tunc est falsitas materialiter qꝛ falsum dicit̄: formalit̄ ꝑpter volūtatē falsum dicēdi: ⁊ effectiue ꝑpter voluntatē falsitatē imprimēdi. Sꝫ tamē ratio mendacij nō sumit̄ a formali falsitate. s. ex hoc. s. ꝙ aliquis habet voluntatē falsum enunciandi. Unde ⁊ mēdaciū nominatur ex eo ꝙ cōtra mentē dicit̄. Et ideo si q̄s falsum enunciet credens illud esse verū est quidē falsum materialiter: sed nō formalit̄: qꝛ falsitas est ꝑter intentionē dicētis. Unde nō hꝫ ꝑ̄factā rationē mendacij. Id enim qḋ fit ꝑter intentionē ꝑ accidens est. Unde nō pōt esse specifica differētia. Si vero formaliter aliquis falsum dicat habet voluntatē falsum dicendi: licꝫ sit verū id qḋ dicit̄: inquātū tamē huius actus est volūtarius ⁊ moralis habet ꝑ se falsitatē: ⁊ ꝑ accidēs veritatē. Unde ad speciē mēdacij ꝑtingit. Qꝫ autē aliquis intendat falsitatē in opinione alterius cōstituere fallēdo ipsum nō ꝑtinet ad speciē mēdacij. sed ad quādā perfectionē ipsius. Sicut et in rebus naturalibꝰ aliquis speciē sortit̄ si formā habeat: etiā si desit forme effectus. Sicut patet in graui qḋ violēter sursum detinet̄ ne descendat sm̄ exigentiā sue forme. Sic ergo pꝫ ꝙ mendaciū directe ⁊ formaliter opponit̄ virtuti veritatis. Circa scḋꝫ. s. de speciebus mēdacij. Sciendū ꝙ mendaciū tripliciter diuidi pōt. Uno modo sm̄ ipsam mēdacij rationē q̄ est ꝓpria ⁊ per se mēdacij diuisio. Et sm̄ hoc mēdaciū in duo diuidit̄. s. in mēdaciū qḋ trāscendit veritatē in maius: qḋ ꝑtinet ad iactantiā: ⁊ in mēdaciū qḋ deficit a veritate in minꝰ: qḋ ꝑtinet ad ironiā: vt patet ꝑ phm̄. iiij. Eth. hꝫ aūt ꝑ se est ipsius mēdacij diuisio: qꝛ mēdaciū inquātū hmōi opponit̄ vtuti vitatis: vt dictū est. Ueritas autem equalitas q̄dā est cui ꝑ se opponit̄ maius ⁊ minꝰ. Alio mō pōt diuidi mēdaciū inquātū hꝫ rationē culpe sm̄ ea q̄ aggrauant vel diminuūt culpā mendacij ex parte finis intenti. Aggrauāt aūt culpā mēdacij si aliquis ꝑ mēdaciū intendat alterius nocumētū: qḋ vocat̄ mēdaciū ꝑniciosum. Diminuit̄ aūt culpa mēdacij si ordinet̄ ad aliqḋ bonū: vel delectabile: ⁊ sic est mendaciū iocosum: vel vtile: ⁊ sic ē mēdaciū officiosū siue quo intendat̄ iuuamētū alterius vel remotio nocumēti: ⁊ sm̄ hoc diuidit̄ mēdaciū in tria ꝑ̄dicta. Tertio mō diuidit̄ mēdacium vniuersalius sm̄ ordinē: siue ex hoc addat̄ aut diminuat̄ ad culpā mendacij siue nō. Et sm̄ hoc est diuisio octo membroꝝ q̄ dicta est. In qua tria prima quidē mēbra continent̄ sub mēdacio ꝑnicioso: qḋ quidē fit vel cōtra deū: ⁊ ad hoc ꝑtinet primū mēdaciū qḋ ē in doctrina relig. Uel est cōtra hominē sine sola intētione nocēdi alicui: ⁊ sic est secūdū mēdaciū: qḋ. s. nulli ꝓdest: ⁊ obest alicui siue ēt intendat̄ in nocumēto vnius vtilitas alterius ⁊ hoc est tertiū mendaciū: qḋ vni ꝓdest ⁊ alteri obest. Inter q̄ primū est grauissimū: qꝛ semꝑ peccata cōtra deū sunt grauiora: vt supra dictū est. Secūdū aūt est grauius tertio qḋ diminuit̄ ex intētione vtilitatis alterius. Post hec autē tria q̄ supaddūt ad grauitatē mendacij culpe ponit̄ quartū qḋ hꝫ ꝓpriā quantitatē sine additione vel diminutione: ⁊ hꝫ est mēdaciū qḋ fit ex sola mētiēdi libidine: qḋ ꝓcedit ex habitu. Unde ⁊ phs dicit in. iiij. Eth. ꝙ mēdax eo ꝙ talis est sm̄ habitū ipo mēdacio gaudet. Quattuor vo subsequētes modi diminuūt de culpa mēdacij. Nā q̄ntū est mēdaciū iocosum qḋ fit placēdi cupiditate. Alia aūt tria ꝯtinent̄ sub mēdacio officioso in quo intēdit̄ qḋ est alteri vtile: vel q̄ntū ad res exteriores: ⁊ sic ē sextū mendaciū qḋ ꝓdest alicui ad pecuniā cōseruādā. Uel est vtile corpori: ⁊ sic ē septimū mēdaciū quo ipedit̄ mors hois. Uel est vtile ēt ad honestatē vtutis: ⁊ hꝫ est octauū mendaciū. in quo ipedit̄ illicita pollutio corporalis. Patet aūt ꝙ quāto bonū intētū est meliꝰ: tāto magis minuit̄ culpa mēdacij: ⁊ iō si q̄s diligent̄ ꝯsideret scḋm ordinē ꝑ̄dicte enūciationis attēdit̄ ordo grauitatis culpe i istis mēdacijs. Nā bonū vtile ꝑfert̄ delectabili ⁊ vita corporis ꝑfert̄ pecunie: honestas etiā ipsi corporali vite. Circa tertiū. s. vtrū omne mēdaciū sit petm̄. Sciēdū ꝙ illud qḋ sm̄ se malū ē ex genere suo nullo mō pōt eē bonū vel licitū: qꝛ ad hꝫ ꝙ aliqḋ sit bonū req̄rit̄ ꝙ oīa recte ꝯcurrāt. qꝛ bonū causat̄ ex itegra cā: malū aūt ex singularibꝰ defectibꝰ vt dic̄ dyonisius. iiij. c. de di. no. Mēdaciū aūt ē malū sm̄ se. ē n. actꝰ sup īdebitā māiam cadēs. Cū n. voces nālit̄ sint signa intellectuū: innaturale ⁊ indebitū est ꝙ aliq̄s ore vel voce significet qḋ nō hꝫ ī mēte. vnde phs dicit. iiij. Eth. ꝙ mēdaciū est ꝑ se prauū ⁊ fugiēdū. Uerū aūt ē bonū ⁊ laudabile. Unde manifestū est ꝙ omne mēdaciū est peccatū. Sicut enim dicit Aug. in libro contra mendaciū. Ideo dicit̄ Eccl. vij. Noli velle mētiri omne mendaciū. Nō est ergo aliqualiter estimandū in scriptura sacra: vel aliqua scriptura canonica asseri q̄cq̄ falsum vel scriptores eorum falsū aliquid asserendo dixisse quia tota periret fidei certitudo que auctoritati scripture sacre innitit̄. In hoc aūt ꝙ in euāgelio ⁊ in alijs scripturis sacris vba vel facta aliquoꝝ doctoꝝ diuersimode recitant̄ Non est mēdaciū. Unde dicit Aug. in lib. de ꝯsensu euāgelistaꝝ. Nullo mō laborandū esse iudicat q̄ prudēter intelligit ipsas sniās esse necessarias agnoscēde vitati qbuscūque vbis fuerit idicate. Et in hoc appet sicut subiūgit ibidē nō debere nos arbitrari mētiri quēq̄ꝫ si plibꝰ rem quā audierūt vel viderūt reminiscētibꝰ res eadē nō eodē modo atqꝫ eisdē vbis fuerit idicata. Hoc etiā est sciēdū ꝙ in scriptura sacra. sicut Aug. dicit iducuntur aliquoꝝ gesta exempla ꝑfecte vtutis: de qbꝰ nō est estimādum eos fuisse mētitos. Siq̄ tn̄ in eoꝝ dictis appareāt que mēdacia videant̄. Intelligēdū est ea figuralr̄ ⁊ ꝓphetice dicta esse. Unde Aug. dicit in libro ꝯ mēdaciū. Credēdū est illos hoīes qui ꝓpheticis tēpibus digni aucte fuisse cōmemorant̄: oīa que scripta sunt de illis ꝓphetice gessisse atqꝫ dixisse. Abrahā tn̄ vt Aug. dicit in q̄ōnibꝰ gen. dicēs sarā esse sororē suā vitatē voluit celari. nō mēdaciū dici. Soror enī dr̄: qꝛ filia fratris erat. Unde ⁊ ipse abrahā dicit. gen. xx. Uere soror mea est filia patris mei ⁊ nō matris mee filia: qꝛ. s. ex parte patris ei attinebat. Jacob vo mystice dixit se esse esau primogenitum ysaac qꝛ videlꝫ ꝑmogenita illiꝰ de iure debebant̄ ei. vsus autē est hoc modo loquēdi ꝑ spm̄ ꝓphetie ad designādū mysteriū: qꝛ videlicet iunior ppls. s. gētiliū substituēdus erat in locū ꝑmogeniti. s. in loco iudeoꝝ. Quidā vo cōmēdabant̄ in sacra scriptura nō propter ꝑfectā vtutē: sꝫ ꝓpt̄ quādā vtutis indolē. qꝛ. s. apparebat i eis aliq̄s laudabilis affectꝰ ex quo mouebant̄ ad q̄dā debita faciēda. Et hoc mō iudith laudat̄ nō qꝛ mētita ē holofernī: sꝫ ꝓpter affectū quē habuit ad salutē ppl'i pro qua piculis se exposuit. q̄uis ēt dici possit ꝙ vba eiꝰ vitatē hñt sm̄ aliquē mysticū itellectū. Rursꝰ aduerte ꝙ ille qui aliqd ꝓmittit si animū hēat faciēdi qḋ ꝓmittit nō mentit̄: qꝛ nō loq̄tur cōtra illud qḋ gerit in mēte. Si vo non faciat qḋ ꝓmisit tūc videt̄ ifidelr̄ agē ꝑ hoc ꝙ animū mutat: pōt tn̄ excusari ex duobꝰ. Uno mō si ꝓmisit id qḋ est manifeste illicitū qꝛ ꝓmittēdo peccauit: mutādo aūt ꝓpositum. bñfacit. Alio mō si sint mutate ꝯditōes ꝑsonaꝝ vel negocioꝝ. Ut enī Seneca dicit ī libro de bñficijs. Ad hoc ꝙ teneat̄ facere qḋ ꝓmisit requirit̄ ꝙ oīa īmutata ꝑmaneāt. Alioq̄n nec fuit mendax ꝓmittēdo: qꝛ ꝓmisit qḋ habebat in mēte. subītellectis debitis ꝯditōibꝰ: nec etiā est infidelis nō implēdo qḋ ꝓmisit: qꝛ cetere ꝯditōes non extant. Unde ⁊ aplus non est mentitus qui non iuit corinthū quo se iturū esse ꝓmiserat. vt dicit̄. ij. corin. i. hoc ꝑpter impedimēta que superuenerāt. Itē notandum ꝙ mēdaciū nō solū hꝫ rōnē peccati ex dāno qḋ infert ꝓximo si ex sua iordinatōe vt dictū ē fit. nō est aūt licitū alicui illicita inordinatione vti ad impedientū nocumētū vel damnū alioꝝ. sic non licet alicui furari vt elemosynā faciat: nisi forte in necessitatis articulo in quo sunt oīa cōia. iō non est licitū mēdaciū dicē ad hoc ꝙ aliū a quocūqꝫ piculo corpali vel spūali liberet. Unde nō licet hoī mētiri vt vnū liberet vel ꝑ̄seruet ab homicidio ⁊ aliū a morte: vel vt virginē a corruptiōe: ⁊ aliū ab incestu ꝑ̄seruet. Licet tn̄ vitatem occultare prudēter sub aliqua dissimulatōe: vt dicit Aug. in lib. cōtra mēdaciū. Circa q̄rtū. s. vtꝝ omne mēdaciū sit petm̄ mortale. Sciendū ꝙ petm̄ mortale ꝓprie est qḋ repugnat charitati ꝑ quam aīa viuit deo ꝯiuncta vt dictū est. Pōt aūt mēdaciū ꝯriari charitati tripliciter. Uno modo sm̄ se. Alio modo secūdū finem intentū. Tertio mō ꝑ accidēs. Scḋm se q̄dē ꝯriat̄ charitati ex ipsa falsa significatione: que q̄dem si fit circa res diuinas ꝯriat̄ charitati: ⁊ ei cuiꝰ vitatē aliq̄s tali mēdacio occultat vel corrūpit. Unde hmōi mendaciū nō solū opponit̄ vtuti vitatis: sꝫ etiā vtuti fidei ⁊ religionis. ⁊ ideo hoc mēdaciū est grauissimū ⁊ mortale. Si vo falsa significatio sit circa aliqḋ cuiꝰ cognitio ꝑtineat ad bonū hoīs bonum puta que ꝑtinent ad ꝑfectionē sciētie ⁊ informationū moꝝ vite: sic tale mendacium inquātū infert damnū false opinionis ꝓximo ꝯriat̄ charitati q̄ntum ad dilectionē ꝓximi. vnde est petm̄ mortale. Si vero sit falsa opinio ex mendacio generata circa aliquid de quo nō referat vtꝝ sic vel aliter cognoscat̄: tūc ex tali mendacio nō damnificatur ꝓximus. Sicut si aliq̄s fallat̄ in aliqbꝰ ꝑticularibꝰ ꝯtingētibꝰ ad se nō ꝑtinētibꝰ. Unde tale mēdaciū sm̄ se nō est petm̄. rōne vo finis intenti aliqḋ mēdaciū cōtrariat̄ charitati: puta quod dicit̄ in iniuriam dei: quod semꝑ est petm̄ mortale: vt pote religioni ꝯtrarium aūt in nocumētum ꝓximi q̄ntum ad ꝑsonam: diuitias vl' famā ⁊ hꝫ etiam est peccatū mortale: cum nocere ꝓximo sit peccatum mortale. Ex sola autem intentione peccati mortalis aliquis mortaliter peccat. Si vero finis intentus non sit contrarius charitati: nec mēdacium sꝫ hanc rationē erit petm̄ mortale. Sicut apparet in men

dacio iocoso in quo intendit aliqua leuis delectatio: ⁊ in mēdacio officioso in quo intendit etiā vtilitas ꝓximi. Per accidens autē q̄ pōt cōtrariari charitati ratione scandali vel dāni cuiuscūq̄ cōsequentis: ⁊ sic erit etiā peccatum mortale: dum. s. aliquis nō veretur ꝓpter scandalū publice mentiri.

De periurio. DIS. VIII.

Circa sextũ sciẽdũ q̃ pena symoniaci est vt p̃uet̃ eo q̃d p symoniã acq̃siuit. vnde i. q. i. ca. si quis eps. Qui ordinat⁹ est nihil ex ordinatõe vel pmotione que est p negationẽ facta sibi pficiat: ʒ sit alienus a dignitate ⁊ solicitudine quã per pecuniã acq̃siuit. Null⁹ eñi põt licite retinẽ id q̃d ɔtra volũtatẽ dñi acquisiuit: puta si aliq̃s dispẽsator de reb⁹ dñi sui daret alicui ɔ volũtatẽ ⁊ ordinationẽ dñi sui. ille q̃ recipet licite retinẽ nõ possʒ. dñs aũt cui⁹ ecclesiaꝝ p̃lati sũt dispẽsatores ⁊ ministri ordiãuit vt spũalia gratis darent̃. ʒ illõ Math. x. gratis accepistis gratis date. ⁊ iõ qui muneris iteruẽtu spũalia q̃cũqʒ assequit̃ ea licite retinẽ nõ pñt. Insup aũt symoniaci tã vendentes q̃ʒ emẽtes spũalia aut etiã mediatores alijs penis puniunt̃. s. infamia depositione si sint clerici ⁊ excõicatõe si sint layci vt habet̃ ĩfra. q. i. ca. Si quis eps. Unde sciẽdũ q̃ ille qui symõiace suscepit sacꝝ ordinẽ recipit quidẽ characterẽ ordĩs pp̄ter efficaciã sacri. nõ tñ recipit grãʒ neqʒ ordĩs executionẽ. ⁊ q̃ q̃si furtiue recipit characterẽ ɔtra p̃ncipalẽ dñi volũtatẽ. iõ est ipso iure suspensus: ⁊ quo ad se. s. de executione sui ordinis nõ se intromittat ⁊ quo ad alios vt. s. nullus ei coĩcet in ordinis executione: siue sit petm̃ eius publicum siue occultũ nec põt repetere pecuniã quã turpiter dedit licet alius iniuste retineat. Si vero sit symoniac⁹ q̃ ɔtulit ordinẽ symoniace: vel q̃ dedit vel recepit beneficiũ symoniace: vel fuerit mediator symonie si est publicũ est ipso iure suspẽsus ⁊ quo ad se. ⁊ quo ad alios: si est occultũ est ipo iure suspẽsus quo ad se tñ. nõ autem quo ad alios. Itẽ nota q̃ si ille qui epatũ symoniace adept⁹ est p̃cipiat clerico sibi subdito q̃ ab eo recipiat ordines nõ tenetur ei obedire imo nec pp̄ter p̃ceptũ eius nec pp̄ter excõicationem pape dʒ ordines recipe ab eo quẽ scit symoniace pmotũ ⁊ si recipit ordinem nõ recipit ordinis executionẽ etiã si ignoraret eum esse symoniacum. sʒ indiget dispẽsatiõe. q̃uis dicã t q̃ si non potest pbare eum esse symoniacũ debet obedire recipiẽdo ordinẽ sed non debʒ exequi absqʒ dispensatione sed hoc absqʒ ratiõe dicit̃: q̃ null⁹ debet obedire alicui ad cõmunicãdum sibi in facto illicito. Ille autem qui est ipso iure suspensus ⁊ quo ad se. ⁊ quo ad alios illicite confert ordinem. Unde nullus debet sibi cõmunicare recipiendo ab

eo quacūq3 ex cā. Si aūt nō ɔstat ei nō vȝ peccatū credere alterius
ⁱ ita cū bona ɔsciētia vȝ ab eo ordinē recipere. Si aūt epͦs sit symo/
niacus alio mō qͣ; p ꝓmotionē sue symoniace factā pōt ab eo reci/
pere ordinē si sit occultū q: nō est suspensus quo ad alios: s3 solum
quo ad seipsum vt dictū ē. Jtē si qs aliqͩ spirituale symoniace ade/
ptus est ꝓcurātib⁹ aliis ipso nec volēte nec sciēte nihilomin⁹ puatᷣ
illo sic symoniace ꝓcurato cui⁹ rō est: q: ꝙ aliquis priuetᷣ eo qͦ
accipit nō solū est pena peccati sed etiā quādoq3 effectus acqͥsitio/
nis iniuste: puta cū aliqs emit rem aliquā ab eo qui vēdere nō pōt:
ⁱ ideo si aliqs sciēter ⁊ ꝓpria sponte accipiat symoniace ordinē vl
ecclesiasticū beneficiū nō solū priuatᷣ eo qͦ accepit. vt. s. careat exe/
cutione ordinis. ⁊ bñficiū resignet cū fructib⁹ inde pceptis: sed etiā
vlterius punitᷣ. q: notatᷣ infamia ⁊ tenetᷣ ad restituēdos fruct⁹ nō
solū inde pceptos: sed etiā eos ꝗ pcipi potuerūt a possessore dilige/
ti: qͦ tñ intelligēdū est de fructib⁹ ꝗ supsunt deductis expēsis fact/
cā fructuū. exceptis fructib⁹ illis ꝗ alias expensi sunt in vtilitatē ec/
clesie. Si vͦo eo nec volēte nec sciēte p alios alicui⁹ ꝓmotio symo/
niace ꝓcuratᷣ caret qͩdē ordinis executione: ⁊ tenetᷣ resignare bñfi/
ciū qͦ est ɔsecutus cū fructib⁹ extātib⁹: nō aūt tenetᷣ restituere fru/
ctus cōsumptos. q: bona fide possedit: nisi forte inimic⁹ ei⁹ fraudu/
lenter pecuniā daret pro alicui⁹ ꝓmotione: vel nisi ipse expresse ɔdi/
xerit: tūc. n. nō tenetᷣ ad renūciādū nisi forte postmodū pacto ɔsen/
serit soluēdo qͦ fuit ꝓmissum. Jtē si quis bñficiū eccl'iasticū p sy/
moniā est adeptus: si platus ⁊ aliqui de collegio in symoniā ɔsen/
serūt eis restituēdi sunt fruct⁹ inde pcepti nō plato nec collegio il/
lius ecclesie: vt vȝ: q: nō debēt inde vtilitatē aliquā ɔsequi qui fue/
runt symonie pticipes. Et dicēdū ꝙ pecunia vel possessio vel fruct⁹
symoniace recepti debēt restitui ecclesie i cui⁹ iniuria data sunt nō
obstāte ꝙ platus vel aliquis de collegio illi⁹ ecclesie fuit in culpa:
q: eoꝝ peccata nō debēt aliis nocere: ita tamē ꝙ quātū fieri pōt ipi
qui peccauerit inde cōmodū nō ɔsequantᷣ. Si vͦo platus ⁊ totum
collegiū sunt in culpa vȝ cū auctoritate supioris pauperib⁹ vel alte/
ri ecclesie erogare. Jtē si aliqͥ symoniace in aliquo monasterio sunt
recepti debēt renūciare: ⁊ si eis sciētib⁹ cōmissa est symonia post cō/
ciliū generale sine spe restitutionis de monasterio repellūtᷣ: ⁊ ad
agēdā ꝑpetuā pniam sunt in artiori regula ponendi vel in aliquo
eiusdē ordinis si artior ordo nō inueniretᷣ. Si vͦo hoc fuit añ conci/
liū: debēt in aliis locis eiusdē ordinis collocari: ⁊ si hoc fieri nō pōt
dispēsatiue debēt in eisdē monasteriis recipi: ne in seculo euagentᷣ
mutatis tñ prioꝛib⁹ locis ⁊ inferioꝛib⁹ assignatis. Si vͦo ipsis igno/
rantib⁹ siue ante ɔciliū siue post sint symoniace recepti. postqͣ; renū/
ciauerint possunt de nouo recipi locis mutatis vt dictū est. Jtez si
aliqs ex sola volūtate vel intētione sit symoniacus: iste quo ad deū
tm̄. symoniac⁹ est cui⁹ solius est de interioꝛib⁹ cordis motib⁹ iudica/
re. Sȝ quo ad exterioꝛē penā ecclesiasticā nō punitᷣ vt symoniacus
vt renūciare beneficio teneatᷣ: sed solū de mala intētione vel volū/
tate penitere tenetᷣ. Jtē nota ꝙ cū eo qui scienter est symoniace bñ/
ficiatus solus papa dispensare pōt. Jn aliis autē casib⁹ pōt ēt epͥs
dispensare: ita tamē ꝙ prius abrenūciet qͦ symoniace acqͥsiuit: et
tūc dispēsationē ɔsequatᷣ: vel paruā vt habeat laycā cōronē: vl ma/
gnā vt post penitētiā in alia ecclesia in suo ordine remaneat: vl ma/
ioꝛē vt remaneat in eadē: sed in minoꝛib⁹ ordinib⁹: vel maximā in
eadē ecclesia etiā maiores ordines exequatᷣ. nō tamē plationē acci/
piat. Jtē multe sunt alie pene qb⁹ symoniaci iusto dei iudicio dei
iudicio puniūtᷣ. Primo quidē q: puniūtᷣ grauibus ⁊ subitis
infirmitatib⁹: ⁊ iudiciis dei sicut patet de alchimo qui intrusus in
summū sacerdotiū p demetriū. ii. Mach. vii. post multa eius flagi/
tia pcussus est paralysi: ⁊ obstrusum est os eius ⁊c. ii. Mach ix. Jtē
iason emens sacerdotiū ab antiocho vt legitᷣ. ii. Mach. iiii. de cui⁹
cladibus ⁊ infortunio habetᷣ. ii. Mach iiii. ⁊ v. quomodo vagus ⁊
ꝓfugus de ciuitate in ciuitatē insepultus ⁊ inlamētatus abiicitur.
De cladib⁹ autē āntiochi qui vēdidit ei ⁊ menealo habetᷣ. ii. Mach.
ix. Collisus est toto corpe de curru cadens: ⁊ quomodo carnes ei⁹
scaturiebant vermib⁹ ⁊ fanie: ita ꝙ eius fanie totus exercitus gra/
uaretᷣ. Jtem. iiii. Regū. v. gyezi vendens domū sanitatis naamā
lepra pcussus est. Secunda pena est q: vincuntur turpiter: ⁊ ad
infortuniū magnū reducuntᷣ: vt patet de dicto antiocho. Mach.
viii. ⁊ ix. Jtem xi. lysias procurator ⁊ ꝑpositus negocioꝛum antio/
chi venit cōtra hierusalē existimans se facturum eā habitaculū gē/
tium ⁊ tēplū sibi cōuertere in pecuniariū questū: ⁊ per singulos an/
nos constituere venale sacerdotiū quem confisum in multitudine
peditum ⁊ equitū ⁊ elephantoꝛum vicit iudas machabeus: equite
celesti sibi ⁊ suis apparente ꝓsternens de suis mille sexcētos equi/
tes: ⁊ peditum. xi. milia. lysias aūt vict⁹ cum residuis turpiter fugit

Tertio sunt maledicti vt gyezi ab helyseo qui maledictionē in/
currit. De depositione eoꝝ ab offō ⁊ bñficio ⁊ excōicatōe ⁊ restitu/
tione acqͥsiti p symoniā. ⁊ qui debet trudi in monasteriis. ⁊ de ifa/
mia symoniacoꝝ habetᷣ in sūma de casib⁹ pmi libri. pmo titulo de
pena symoniacoꝝ ⁊ in decretis cā. i. q. i. in plurib⁹ locis. Mori etiā
ɔsueuerūt morte detestabili: ⁊ pcuti plagis ignominiosis. qͦ pȝ in
veteri ⁊ nouo testō in eis qui hᷣ fuerūt vitio denotati. iiii reg. iiii. ⁊
⁊. v. gyezi cū obpꝛobrio lepre moritᷣ plage sue heredes suos succes/
sores reliquit. Jtē ii mach. xiiii. Alchimus offerēs demetrio coro/
nam aureā ⁊ palmā obtinuit sacerdotiū: qui post mlta flagitia sua
paralisi pcussus obmutuit itestat⁹ mortu⁹. ii. mach. vii. Demetrius
aūt cum exercitu suo qui eū per munera itruserat in sūmū sacerdo/
tium. ab alexādro cū exercitu suo vict⁹ ē. ⁊ occisus gladio ii mach.
x. Jtē. ii. mach. iiii. Jason emens sacerdotiū sūmū ab āntiocho post
multa sua flagitia fugatᷣ in alienā terrā puatus sacerdotio pfugus
inlamētat⁹ moritᷣ turpitᷣ vt legitᷣ. ii. mach. v. Jtē. ii. mach. iiii. Me/
nelaus supplātans iasonē ⁊ emēs ab antiocho sacerdotiū: qui pp
flagitia sua accusatᷣ pcipitat⁹ est de summo turris in cineres. vt le/
gitᷣ. ii. mach. xiii. Et dᷣ ibi. Qui multa ɔtra araȝ dei ɔmiserat cui⁹
ignis ⁊ cinis erat sanct⁹. ipse in cineris morte damnat⁹ est. Jn no/
uo etiā testō iudas vendēs dñm manib⁹ ꝓpriis se suspendens cre/
puit medius. Symon etiā magus vt dᷣ in passione beati petri a de/
monibus orōne aploꝝ pcipitat⁹ ⁊ attrit⁹ est: ⁊ vt dicit egysippus i
libro de cladib⁹ iudeoꝝ in ista mortu⁹ est. ꝙ cum adhuc viueret fra/
ctis crurib⁹ ⁊ corpore ɔtrit⁹ ⁊ vellēt eum ppl'i romani occidē: impe/
diuit Petr⁹ dicēs. Sinite magum vt ɔtabescēs videat aliquandiu
regnū dei crescere, eo iuxto. Dic vt ibi dᷣ extra vrbē deportatus in
agello aliquādiu ⁊ vixit ɔtabescēs iudia: ⁊ doloꝛib⁹ sil' languore ⁊
malitia. Jtē in vita sancti pierii legitᷣ ꝙ cum mortuo aliꝗorum
epͦ eligeretᷣ sanct⁹ pierii⁹ ab oib⁹. qͩdā archidyacon⁹ datis muneri/
bus itrusus est p violētiā maioꝝ: ⁊. xl. die turpitᷣ est defūct⁹. Jtem
dyal'. li. iiii. dicit greg. ꝙ epͥs brixie valerianū patritiū sepeliuit pcio
accepto in ecclesia beati faustini martyris: qui apparuit custodi ec/
clesie sue. dicēs ꝙ iret ad epm pdictū dicēs ꝙ de ecclesia sua remo/
ueret carnes fetentes qͣs ibi posuerat: qͦ si nō fecerit die. xxx. mo/
rietᷣ qui hᷣ timuit epo reuelare. Admonit⁹ scdo cum dict⁹ epͥs san⁹
⁊ incolumis intrasset lectum subita ⁊ inopinata morte die. xxx.
mortuus est. Qꝫ graue sit vitium symonie patet ex supra dictis
exēplis veteris testamēti de pena cōmutantiū: tūc cum nō esset nisi
petrū vēdere vel emere figurā in qua nō dabatᷣ spūssanct⁹ vt est vē/
dere veꝝ sacrm̄ tpe gratie: antiquū eni sacerdotiū figura fuit sacer/
dotii noue legis. ⁊ sacramēta veteris legis solū vmbra nouoꝝ. Jtē
in ecclesiastica hystoria ca. xxx. legitᷣ de quodā natali noīe: ꝗ post/
qͣ; multa sustinuissȝ tormēta pro fidei ɔfessione: decept⁹ ab hereti/
cis christū purā credidit creaturā. emitq3 dato pcio vt fieret eoꝛū
epͥs: qui admonit⁹ a dño sepe vt desisteret ab illa pnitiosa ambitio/
ne ⁊ nollet. flagellat⁹ est ab angelis vsq3 ad mortē grauib⁹ plagis:
in mane indutū se cilitio cinē ɔspergēs: ad pedes sepherini pape ꝑ/
uolutus: ⁊ clericoꝝ ⁊ laycoꝝ: ostēdēs etiā cicatrices qͣs pro fide pe/
tulerat: vix est tādē ad cognitionē receptū. Ultimo aūt puniētᷣ
pena eīna iuxta ꝙ dictū est symoni: Act. viii. Pecunia tua tecū sit
in pditionē. De his habentᷣ exempla supra de pena ⁊ acerbitate in/
ferni de sacerdote quē demones ponebāt in morte ad frigēdū in
sartagine. Jtem de pena purgatorii de milite qui accepit pecuniaȝ
a clerico pro ecclesia. Jtem de abbate in fonte. ⁊ de acerbitate pe/
ne purgatorie.

¶ Qꝫ detestandum sit crimen symonie. DiS. XVI.

Jrca septimū sciēdū ꝙ crimē symonie detestā/
dum est multiplici rōne. Primo q: culpa
grauissima. Scdo ꝑpter damna pximima. Tertio qͣ
cura difficilis. Quarto q: finis horribilis. Prio qͩdē
detestādū est crimē symonie qͣsi culpa grauissima: hoc enim flagi/
tium oīa pcā videtᷣ excedere: ait enim paschalis papa: oīa pcā si/
ue crimina ad comparationē symoniace heresis pro nihilo cōputā/
tur: ecce ꝙ symonia heresis appellatᷣ: ⁊ symoniac⁹ a sanctis hereti/
cus reputatᷣ: q: etsi deū sūme bonū fatetᷣ vbo tñ vilissimū reputat
cū facto. ɔstituēs eū venalē vili pcio. Jtē Greg. in registro. Presby/
ter si per pecuniā ecclesiā obtinuerit: nō solū ecclesia: sȝ honore sa/
cerdotali priuetᷣ. q: altare decimas ⁊ spiritūsanctū vendere vl' eme/
re: symoniacā heresiȝ esse nullus fideliū ignorat. Recte aūt omnia
peccata symonie comparata pro nihilo computantᷣ ꝑpter multipli/
cem contumeliā ⁊ ɔtemptum quē symoniacus infert deo. Pri/
mo q: spiritūscm̄ patri ⁊ filio coequalem venalē exponit quasi ser/
uum vel iumentū vilissimū. vnde super illud Joh. ii. cathedras vē/

dentiū columbas dicit glo. q̄ p columbā intelligit̄ spiritussanct⁹. Itē corpus christi vēdunt cū iuda nō solū semel sed q̄ciēs millesies nō mortale ꝛ humile sed in statu imortalitatis ꝛ glorie existēs. nō in terris ambulāte vendunt christū nō in statu serui sed regis. Iudas penitēti ꝛ ductus restituit isti nō possunt ad hoc induci. Secūdū dedecus est qꝛ deū largissimū ꝛ liberalissimū datorē estimāt reuēditorē qd̄ est magnū dedecus summo regi Act. viii. Existimasti donū dei cū pecunia possideri. dixit petr⁹ symoni mago. Tertiū ē qꝛ donū dei cōtēnūt qꝛ vilissimo p̄cio expenūt illud quo pōt emi regnū eternū porci sunt qui margaritas conculcant ꝛ cōtēnūt.

Quartū est qꝛ officiū ecclesie occupant ne aliquis ingrediat̄ iust p eoꝝ se faciunt q̄si hostia ecclesie. vt iā nō sit christus hostiarius sed symon magus nō symon petrus cui christus claues ecclesie tradidit. Quinto ꝓcurat symonia vt sponsa christi grauida sit de adulterio nō habēs ī vtero de spūsancto cū maria Math. i. Sexto hec species auaritie nō solū de idolo facit deū suū sed deū suū imolat idolo auaritie qd̄ fit cū missam celebrat cā auaritie. Septimo qꝛ istud vitiū nulli loco nulli ꝑsone pcit. Alia pctā sanctitati deferūt vt fornicatio ꝛ adulteriū q̄ abhorrēt altaria ꝛ ecclesias hoc iuxta filiū v̄ginis ponit idolū cupiditatis hoc nō defert deo nec angelis nec omnis officiis ꝛ sacrificiis quoꝝ ꝑsentiā demones timēt ꝛ tremūt. Itē sacramēta q̄ christus statuit in sanctificationē cōuertit symonia in execrationē. Itē symoniacus bona dei manib⁹ sacrilegis tāq̄ fur cōtrectat inuito dn̄o de q̄bus deberent refici ei⁹ filii. Enormitatē hui⁹ flagitii satis euidenter ondit feruēdissimus zelus christi ꝛ sanctoꝝ ꝯ hoc vitiū. Legit̄ n. Ioh. ii q dn̄s facto flagello de funiculis cū violētia ꝛ verberib⁹ euertēdo mensas nūmularioꝝ: ꝛ es effundēdo: ꝛ cathedras vendētiū ꝛ emētiū subuertendo eiecit eos de tēplo. Cōtra nullos alios v̄r dn̄s cōuersans in terris tātā violentiā manuū exercuisse: vocans tēplū ab eis factū speluncā latronū. Bern. ad eugeniū papā. Nō parat dn̄s aures vt audiat sed flagellū quo feriat. nec n. sedet iudicans sed insequit̄ vindicās. nec cā tacet: sꝫ exhibet: dicēs: vos fecistis domū p̄ris mei domū negociationis ꝛ speluncā latronū: tu ergo fac similiter. Erubescāt vultū tuū huiꝰ negociatores timeāt te nūmularii huiꝰ ꝛ in nūmis suis nō ꝯfidāt sed diffidāt ꝛ abscōdētes suū a te sciētes te effundere paratiorē q̄ accipe: zelū magnū ꝯ symoniā ostēdit se hr̄e helyseus maledicēdo giezi. iiii. reg. v. ꝛ petrus maledicēdo symoni mago Act. viii. zelus ecclesie ꝛ sctōꝝ patrū ꝯ hoc vitiū pꝫ sciēti iura canonica q̄ maxime inuehūt ꝯ hoc vitiū Dec. greg. Quisq̄s ꝯ symoniacoꝝ neophitoꝝ cuit̄ ē pro officii sui loco vehemēter nō arsent. cū eo se non dubitet habituꝝ portionē q̄ prius cōmisit h̄ piaculare flagitiū cā. i q. i. Scd̄o symonie crimē detestādū ostēdūt dāna p maria q̄ infert tā subiecto ꝓprio q̄ deo ꝛ ecclesie dei. subiecto q̄dē ꝓprio q̄a symoniacū ꝑcipitat in multa ꝛ horrēda flagitia. Est n. symoniacus fur ꝛ latro. Ioh. x. Qui nō intrat p hostiū sed ascēdit aliūde ille fur est ꝛ latro Sup illud Math. xxi. Uos fecistis eā speluncā latronū dicit glo. Latro est q̄ lucra sectat̄ q̄ nō dātes corpaliter ꝑsequit̄ ꝛ dātes spūaliter necat ꝛ dū lesionē ꝓximi cogitat q̄si latro sedet in spelūca Sacrilegus etiā est: qꝛ circa sacra latrocinium suum exercet. Si sacrilegus v̄r q̄ furat̄ ꝛ male capit calicē multo fortius q̄ totā ecclesiā cū aliis q̄ ad eā ptinēt: pꝫ p alchimū q sacrilegus sit symoniacus q̄ p violētiā demetrii rapuit summū sacerdotiū q̄ intrusus p bachidē in hierusalē maximā stragē sanctoꝝ fecit sicut scriptū est. Carnes sctōꝝ ꝛ sanguinē effuderūt ī circuitu hierusalē ꝛc̄ ii. mach. vii. Itē eiusdē ix. cū alchim⁹ p̄cepisset destrui murū dom⁹ sancte et opa ꝓphetaꝝ pcussus est paralisi: ꝛ obstrusū est os ei⁹: ꝛ mortu⁹ est. Itē ad quāta facinora adducat symonia pꝫ ii Mach. iiii. p exēplū iasonis: q̄ cū emisset ab antiocho summū sacerdotiū intrusus p eū in illud cepit trahere statī ꝯtribules suos ad ritus gētiles ꝛ iura legitima destituens praua instituta sanxiebat sub ipsa arte gymnasiū ꝯstituit: ꝛ optimos epheboꝝ in lupanarib⁹ posuit: de cui⁹ sceleribus multa legunt̄ ii mach. iiii. ꝛ v. Silr̄ ꝛ de ambitione menelai ꝛ emptione sum̄i sacerdotii ꝛ sceleribus ei⁹ ii. mach. iiii. ꝛ v. Itē iudas vēdēs p̄cio dn̄m ex h̄ cecidit ī crimē furti. sacrilegii ꝓditionis desparationis: suspēsiōis ꝛ occisionis suiipsius Symō mag⁹ vt dr̄ Act. viii. Qui credēs baptizat⁹ adherebat apl̄is: ex quo obtulit pecuniā pro miraculis faciēdis: ꝛ vt ad īpositionē manuū suaꝝ daret̄ spūssanct⁹ maledictionē petri suscipiēs ī īfinita cecidit scelera: ꝛ de christiano fact⁹ ē maxim⁹ christi ꝛ suoꝝ ꝑsecutor: ꝛ sic h̄ v̄r q nō debeat aliqd scelus ad ppetrādū abhorrere q̄ spūssancti vel donoꝝ ei⁹ negociator sacrilegus fieri nō abhorret. Itē dānū infert symoniaco: qꝛ nec oblatiōes nec p̄ces: nec ēt sacra sunt ei salutifera nec grām ꝯferūt. sꝫ poti⁹ mortē. ꝛ oīb⁹ sciēter ea recipiētib⁹ ab eodē. Ecci. xxxiiii. dona iniquoꝝ nō pbat altissimus ꝛ Greg. i q. i. nō est putāda elemosyna que ex illicitis reb⁹ acq̄rit̄ qꝛ qui male accipit vt bene dispenset grauat̄ poti⁹ q̄ iuuat̄ ꝛc̄. Et post. Perpēdamus quātus dolor patri sit cū in ꝯspectu eius filius victimat̄ ꝛ agnoscim⁹ quāt⁹ apud deū dolor exaspat̄ q̄n ei sacrificiū ex rapina tribuit̄ nimis declinādum sub obtētu elemosyne pctā symoniace hereseos pperrare. Itē eccl̄ie dei infert damna p maxie: pmo qꝛ a patrimōio christi filios suos exheredat ꝛ in ea filios dyaboli heredes īstituit. Excludit ab ouili vel nō admittit pastores bonos ꝛ canes p̄dicatores īroducit lupos ouiū christi p emptores ꝛ excoriatores. Itē eis vtit̄ symōia ad hominū inq̄nationē ꝛ ꝑditionē que christe īstituit ad hoīm mādationē ꝛ salutē. Itē ad cubile sponse chr̄i īroducit corruptores qui filios spurios generāt quos filios sponsi nolant ꝛ eos faciūt spōso nutrire ꝛ hēdes esse in bonis. Itē symōiaci domū dei faciūt speluncā latronū quos destruūt p̄ncipes seculares deteriores herode aschalonita: de quo dicit egysippus li. i de cladib⁹ iudeoꝝ: q sacius rex spelūcas latronū ꝑscrutabat̄ ꝛ eos ab eis eiciens extirpabat in quo multū eum ꝯmēdat. Itē domū dei nō solū faciūt spelūcā latronū imo dolū idolatrie. Osee. viii. Ipsi regnauerūt ꝛ nō ex me p̄ncipes extiterūt ꝛ nō cognoui argētū suū ꝛ auꝝ sibi idola fecerunt. cū vt dr̄ ysa. xxxiiii Erit cubile draconū cū flamiuomi ꝛ venenosi mediāte pecunia ītroducunt̄. pascua struthionū vt hipocrite ibi foueā hn̄t ꝛc̄ monstra que sequunt̄ habitāt ibi. cū auari luxuriosi negligētes ꝛ imisericordes p̄cio ꝛ violētia ītroducunt̄ in ecclesia dei qui bene foderet cū ezechiele tēpli parietē vidē posset tēplū plenū animalib⁹ imūdis reptilib⁹ ꝛ idolis. q̄les sunt illi qui hn̄t symoniacū ingressū. Sunt enim aīalia imunda p luxuriā. reptilia p auaritiā ad terrā pectore ꝛ vētre repiādo. idola sculpti ꝛ ornati per supbiā ꝛ ceci p ignorātiā. Itē symoniaci spm̄ vite vel vitalē eccl̄ie auferunt̄ dum emūt eū ad vēdēdū filies symonis mago de quo dicit glo supra. Act. viii. Symon spūsscm̄ volebat emere vt eum aliis plus posset vēdere. Itē infidelr̄ agūt ꝯ christū Bern. Qui infidelr̄ intrat ꝛ nō per christū q̄d nisi īfidelr̄ agit ꝛ ꝯ christū chr̄s nūc ꝯdiscit eū. nec ipse cognoscit eū. Silis petro qui introducit⁹ in atriū pn̄cipis sacerdotū p ancillā hostiariū dicit se nō cognouisse chr̄ꝫ. hos ancilla ītroducit quos carnalitas ītroducit. Itē ꝯaminificat eccl̄iā quā part⁹ mōstruosos parere facit pro filiis legitimis. generat mōstra. talpas: q̄si auaros in terris cecos qui nihil sciunt aut loq̄ aut amare nisi terrena. asinos corruptos ꝛ sine sensu. q̄si epos rudes ꝛ inscios serpētes: q̄si dolosos ꝛ malitiosos. Tertio symōiaca pestis est summopere detestāda: qꝛ cura eius nimis est difficilis. vix enim curari pōt morb⁹ iste pestifer. p̄mo ꝓpter magnitudinē peccati qꝛ abutit̄ spūscō ꝛ ei⁹ grā p quā fit curatio petōꝝ. Scd̄o qꝛ oportet bn̄ficia resignari. ꝛ oīa p symoniā acq̄sita restitui qd̄ est q̄si impossibile cupido possessori. Simoniaci sunt q̄si piscis capt⁹ in nassa diaboli: q̄si vnū pedē hn̄tes in inferno: nisi caueāt sibi cito cadēt in infernū Eccl. iiii Custodi pedē tuū īgrediēs in domū dn̄i attēde ad introitū ꝛ exitū tuū ad hoc ptinet qd̄ dicit̄ Hiere. xvii. Pctm̄ iuda. i. clericoꝝ symoniacoꝝ qui deberēt laudare deū scriptū est stilo ferreo in vngue adamātino: qꝛ est q̄si indelebile. Item Act. viii. Dixit Petrus symōi mago Penitētiā age ab hac nequitia tua si forte remittat̄ tibi ꝛc̄. Uideo enī te in felle amaritudinis ꝛ obligatiōe iniquitatis. Quarto symoniā detestandam ostendit finis eius horribilis. qꝛ symōiaci cōmuniter morte pessima moriunt̄. sicut satis patet ex supra dictis.

¶ De speciebus symonie. DIS. XVII.

Irca octauū. s. de aliq̄b⁹ symōie sp̄eb⁹: sciēdū q̄ septē sunt sp̄ales p que spūalia male acq̄runtur. Primo male acq̄runt̄ mediāte pecunia vt voluit facere symon magus. Act. viii. Uidēs symon q p impositionē manuū daret̄ sanctusspūs obtulit pecuniā dicens. Date mihi hāc ptātē vt cuicūq; man⁹ posuero recipiat spūsscm̄. Cui petrus ait pecunia tua tecū sit in pditionē: qꝛ existimasti donū dei pecunia possideri. Itē. iii re. xiii. Quicūq; volebat implebat manum suam ꝛ fiebat presbyter excelsoꝝ: ꝛ ꝓpter hoc peccauit hyeroboam ꝛ dom⁹ eius ꝛ euersa est ꝛ deleta de superficie terre Quomō autē ꝛ respuēda sit pecunia oblata pro emēdis spiritualibus patet per qd̄dā exemplū qd̄ legit̄ in vita beati iohānis elemosynarii vbi dicit̄ Cum maxima multudo pauperum persas fugiens venisset apud alexandriam ꝛ dictus iohannes summā curam haberet de eis pascendus cū esset ibi maxia caristia alimentoꝝ: ꝛ ꝓpter defectum Nyli qui non irrigauerat terrā more solito: ꝛ ipe q̄cq̄d hēre poterat eis erogasset. ꝛ mutuo accepisset multas pecunias ꝛ ānonā: nec aliis mutuū inuenīret. vidēs afflictionē sui ppl̄i. cleric⁹ q̄dē bigam⁹

offerens ei pro nutritione pauperꝝ frumēti ducenta milia modiaꝝ auri cētū libras ⁊ octoginta tātūnō vt cū oraconū ordinaret et mi nistrās ei mereret̄ suoꝝ remissionem ꝯsequi pctōꝝ ait eꝯ oblatio nem immundā nō esse recipiendā in sacrificio. Non enim vt dixit petrus symoni Act.viii est tibi portio neqꝫ hereditas i pte hac pau peres aūt suos pōt pascere deꝰ q̄ fecit illos. Qui cū abisset cōfusus: venit ei nuncius dicēs q̄ due naues maxime venerant ei de cecilia onerate frumēto pro quo magnifice dn̄o grās referebat. Scḋo male acquirunt̄ pcio lingue adulationis.ps̄. Oleū peccatoris nō im pinguet caput meū.dicit ecclesia de plato q̄ ē caput eiꝰ. Hoc oleū maledictū penetrat ossa eoꝝ q̄ dant cā adulationis vel acq̄rūt spūa lia cū quo oleo intrat in eis dei maledictio. Ordinatus symoniace induit maledictionē sicut vestimētū.i. cū sacrū indumētū induit cū quo ordinat̄ vel celebrat. Sic intrauit absalon in regnū in quo ma le successit et ꝯcedens ibi suspēdiū.ii. Reg.xiiii. Stabat iuxta itroi tū porte ciuitatis: ⁊ omni viro q̄ habebat iudiciū ad regē vocabat ad se q̄rens q̄re venerat: ⁊ vnde erat ⁊ dicebat. Uident̄ mihi sermo nes tui boni ⁊ iusti: sed nō est q̄ audiat te. Quis me ꝯstituat iudicē sup terrā ⁊ iuste iudicē ⁊ cū aliqs salutaret cū extēdebat manū suā ⁊ apprehendēs osculabat̄ eū Sic faciebat omni israeli q̄ veniebāt ad regē ad iudiciū: ⁊ p h̄ sollicitans corda viroꝝ ꝯ patrē suū pmo tus est in regnū. It̄ alii pmouent̄ lingua.i. pcibꝰ carnalibꝰ interue nientibꝰ. Ad detestationē huiꝰ dixit dn̄s matri nō admittēs carna les eiꝰ pces de vino faciēdo Quid mihi ⁊ tibi est mulier. Jo.ii. Itē Math.xx.nō admisit dn̄s p̄ces dū m̄ri pro filiis ꝯsanguineis suis q̄ petebat dic vt sedeāt duo filii mei vnꝰ ad dexterā tuā. ⁊ alius ad sinistrā in regno tuo q̄bꝰ ait nescitis q̄d petatis ⁊c. sedē ad dexterā ⁊ sinistrā nō est meū dare vobis his pcibꝰ. Tertiū cū male acq̄rū tur est in debitū obsequiū: vel ad h̄ facit opus idebitū vel obsequiū manuale: vel alio mō q̄ð est inhonestū. Bern. Circuit sedulus ex plorator: sequit̄: obsequit̄: blādit̄: mentit̄: simulat: dissimulat̄ ma nibꝰ ⁊ pedibꝰ repens si mō quo se ingerat in patrocinium crucifixi.

Quarto acquirunt̄ male spūalia q̄n habet̄ oculos ad carnalem amorē cū dant̄ parētibꝰ. q̄ attinēt vel cū conat̄ vel laborat̄ vt ea obtineāt: nō habito respectu ad merita psone. Qui h̄ faciūt similes sunt de quo Judicū xvii. Impleuit michas manꝰ vnius filioꝝ suo rū: ⁊ factꝰ est ei sacerdos: caro ⁊ sanguis reuelat eis: ⁊ iō maledicti sūt. Sicut symon bariona ecōtrario bn̄dictꝰ cui caro ⁊ sanguis nō reuelauit: sꝫ spūs pr̄is celestis. Math.xvi.iō dr̄ Abacuc.ii. Ue q̄ edificat ciuitatē i sanguinibꝰ: ⁊ pparat vrbē i iniq̄tate. q̄ð faciūt q̄ i capl̄is nepotes suos ponūt vt suā faciāt de eis voluntatē. Dicebat ep̄s guill's par. q̄ aliq̄ q̄n veniūt ad capl̄a veniūt q̄si gallina pulli naria: q̄ ad modū pulloꝝ currunt post eos eoꝝ nepotuli: ⁊ clamāt post eos voces ⁊ volūtates sequēdo quocūqꝫ se vertāt. Sil'r ⁊ alii ꝯsanguinei. Itē dicebat idē q̄ viri spūales itrātes capl̄a secularium intrāt q̄si cameria mortuoꝝ vbi nō sunt ossa.i. viri ossei: sꝫ caro cor rupta.i. carnales: q̄ ibi habēt ingressū p carnē.i. carnis ꝯsanguinei tatē q̄n vnꝰ ꝯsentit in pmotionē ꝯsanguinei alteriꝰ. Jsai.xxxiiii.ibi foueā habuit hericiꝰ hō asper ⁊ porcinꝰ: viuēs i deliciis ⁊ onerās se vt hericiꝰ pomis bonis.i. ecclīasticis: ibi nutriuit catulos suos: ⁊ cir cūfodit in vmbra eiꝰ: q̄ð fit q̄n sub vmbra eoꝝ ꝯsanguinei obtinēt beneficia ecclīastica ⁊ terrena bona: ibi ꝯgregati sunt milui molles carnales ad alteꝝ clamabit in pmotionē sibi similis. Quidā ep̄s q̄ nepotulo suo dederat magnū archidyaconatū cū deportatꝰ eēt di cto ep̄o calatꝰ piroꝝ ⁊ de eis dedisset circūstātibꝰ q̄suit: q̄ h̄n fua ret ei residuū obtulit se ad hoc dictꝰ archidyaconꝰ: ridit ep̄s. Tu fa teres mihi malā custodiā. sic cattus sac̄ de caseo ea.n. comederes: ⁊ dixit q̄dā magister q̄ comedebat cū eo. O miser q̄uo ausus fuisti ei ꝯmittē tātā multitudinē aīaꝝ cui nō es ausus cōmittē paucitatē piroꝝ: ꝯ quos ē q̄ð dn̄s nō ꝯmisit iohāni iter ceteros magis dile cto tali ⁊ tāto curā ecclīe generalē: sꝫ petro q̄ nihil ei ptiebat: q̄ plus ceteris deū amabat: dicēs ei. Johā.xxi.i fine. Pasce oues meas: ⁊ agnos: ⁊ Math.xvi.tibi dabo claues regni celoꝝ: sꝫ matrē sua di misit Johi carnē carni. Itē act.i.pelegit mathiā ad aplātū. Joseph ꝯsanguineo suo. Itē sepe accidit q̄ q̄ pmouēt amicos carnales in tuitu carnis eligūt sibi flagellū deo pcurāte vt accidit viris sychen q̄ elegerūt ⁊ pmouerūt abymelech in regē. Jud.ix. Cōsiderate ait: q̄ os vestrū sum ⁊ caro vr̄a: ipsi aūt ad h̄ inclinati cū regē cōstitue rūt q̄ cōuersus est eis in ramnū iuxta parabolā quā pposuit eis io nathas frater eiꝰ: q̄ cū detestarent̄ scelera eiꝰ ⁊ ponerēt ei insidias: ipse ciuitatē eoꝝ destruxit: sal iu ea seminās: ⁊ habitatores occidit: turrē eoꝝ cū eis succēdit. Ad vltimū ipse a muliere alteriꝰ turris fra gmine mole pcussus excerebatꝰ turpit̄ occisus est. Quinto male acq̄runt̄ q̄n p vim vel p̄ces aut minas magnatū acquiruntur. Ab

hoc peccato debet cohibere grauis culpa que est sic intrādo q̄ ta les intrāt violēter cū hostio fracto ecclesie ⁊ sponsam christi violē ter pstituūt ⁊ spiritū qui benignus custos spōse est expellūt a do mo Itē sūmū regē grauit̄ offendūt q̄ filiā eiꝰ eo inuito capiunt i. ecclesiā Sichen filiꝰ emor dm ī rapiēdo offendit iacob patrē ⁊ filii os isrl' frēs. q̄ð ei ⁊ suis fuit cā mortis. Gen̄.xxxiiii Itē ex maxima huiꝰ pctī pena appet q̄ grauis sit ⁊ grādis culpa. Aug Quis dubi tat grauiꝰ esse cōmissum: q̄ð grauiꝰ est punitū. Punit̄ aūt hoc pec catum exustione ⁊ tre absorptiōe vt pꝫ nūmeri xvi de chore ⁊ suis Itē lepre pcussiōe ⁊ electōe. vt pꝫ de Ozia.iii. Reg.xvi. qui violent̄ intrabat templū volēs vsurpare sūmū sacerdotū offīn. punit̄ para lisis pcussiōe. vt pꝫ de alchimo.ii. Mach.viii. qui p violētiā demē tri obtiuuit sūmū sacerdotiū. Itē menelaus pcipitatōe q̄ itrusus p violētiā antiochi: de quo dr̄.ii. Mach.iiii. Acceptis a rege man datis venit nihil dignū h̄ns sacerdotio. iō dr̄ Heb.vi. Nemo assu mat sibi honorē: sꝫ qui vocat̄ a deo tanq̄ aaron. q̄ eligit̄ in testimo nio virge florētis frondētis fructificātis.i. iusticie: q̄ð est q̄n voca tur p miraculū voce lapsa de celo vt paulꝰ Act.xvii. ⁊ dn̄s Math. iii. ⁊ Jo.x. hic est filiꝰ meꝰ dilectꝰ. Et Jo.xxvii. vel p colūbā vt fabia nus papa. vel p sanctī spūs. vl' dei denoīatione. vt apl'i Mathei.xi. vel p ispirationē: vt dauid a samuele dicēte sibi deo. Ipse est surge vnge eū.ii. Reg.xvi. Itē alius modus est eligēdi p sorteꝫ. Act.i. sic electus est Mathias Itē alia electio ⁊ canonica p cōem ispiratio nem vel scrutiniū: vel cōpromissionē. Plurime electiōes fiunt ho die dyabolice magis q̄ canonice. q̄ in pluribus locis sunt plures viri dyabolici q̄ canonici.i. regulares: facientes plꝰ volūtatē diabo li q̄ dei. Ideo plus ispirat eis cōiter diabolꝰ q̄ deꝰ: q̄n mali plꝰ cō promittunt in sibi ꝯuenientes ⁊ sentiunt in eis q̄ in aliis. Ecc̄i.xiii. Omne aīal diligit sibi sile. ysa.iii. Apphendet vir fratrē suū dome sticum pr̄is sui dicēs: vestimētū tibi est esto pnceps noster. Sex to mō male acquirunt̄ spūalia q̄n pter fauorē magnatū dantur idignis. eis pcurātibꝰ. Ecc̄i.vii. Noli q̄rere ab hoīe ducatū neqꝫ a pncipe: neqꝫ a rege cathedrā honoris. Sicut fecerūt alchimꝰ iason ⁊ menelaus qui ob fauorē regū ⁊ violentiā sunt itroducti in hieru salem qui ob fauorē ppl'i vel timoreꝫ idignos pmouēt Siles sunt aaron qui vel timore vel fauore populi fecit eis vitulū ꝯflatilē quā adorarēt. q̄ð faciunt qui fauore vano hominē carnalē insciū ⁊ la scinium ⁊ supbū pmouent ad dignitates ecclesie hoīes aīales spūm dei non habētes. Septimo male acq̄runt spūalia qui acquirunt ea p dolū ⁊ fraudulentiā.ii. Mach.vii. alchimus de quo dicebāt venit vir de semine aaron nō decipiet vos. locutꝰ est vba pacifica i dolo ⁊ crediderūt ⁊ receperūt cū in summū sacerdotē. qui tn̄ rece ptus cito occidit eos. Sil'r abimelech sychimite. Jud.ix. quos occi dit vt dictū est. Sciēdū est aūt q̄ decē sūt que vendūt aut emūt symoniaci. Primū aūt q̄ð vendūt aut emūt est ordo religiose ⁊ regularis societatis. Qui eni symoniace itrāt religionē scienter: aut bn̄ficiū canonicū se diabolo obligāt. ⁊ mortē animabꝰ suis emunt nisi resignēt faciūt ꝯtumeliā deo ⁊ oībꝰ sanctis: ⁊ oībꝰ bonis eoꝝ iniuriā: ⁊ ecclesie dei qui emūt hāc societatē vel vēdūt: cum ipsa sit cōio scōꝝ qua oībꝰ sanctis cōicat bona spūalia que sunt cōia tōi scōꝝ cōitati. Qui aūt societatē bonoꝝ vēdit vl' emit cū sit cōis oīuꝫ oēs offendit: q̄ q̄ð suū est eis iniuste emit. Act.ii. ⁊ qui offendit in vno factꝰ est oīuꝫ reꝰ. Itē cū spūalis societas. sunt oēs sācti q̄ emit societatē spūalē vel vēdit q̄tū in se est: non solū vt iudas pditor ⁊ iudei vēdit christū vel emit. sꝫ q̄ð longe plꝰ est christū ⁊ oēs scōs ⁊ totā ecclesiā ⁊ bona eoꝝ que sibi vr̄ appropriare qui ea vendit vel emit. iō q̄ cōio scōꝝ est cōicari debēt gratis: nec pn̄t esse nisi cōia spūalia bona. Sicut dicit̄ in ps. Inq̄rētes dn̄m nō minuent̄ oī bo no. Itē vt legit̄. ecc̄e.x. Qui offendit in vno multa bona pdet. ideo qui hoc facit videt̄ plꝰ deū offēdere ⁊ scōs q̄ iudas vl' iudei q̄ solū christū emerūt quē iudas vēdidit. Itē cū cōio ecclesie sit sicut cha ritas cemētū ⁊ vinculū: ⁊ oīa bona simul iungit videt̄ q̄tū in se est oīa bona dissoluere: ⁊ ecclesiā precipitare dissoluto cemento. Col. iii. Charitas est vinculū pfectionis. Item qui emit societatē eccle sie emit fraternitatē que est charitas. que est inpreciabilis: que vt dicit̄ Sap.vii. preciosior est cunctis opibus ⁊c. Cā.viii Si dederit homo substantiā domus sue pro dilectiōe quasi nihil despiciet eā in comparatiōe dilectionis nihil est quod dari potest. ⁊ qui ponit eam sub precio despiciet eam quasi nihil quicq̄d temporale potest dari ad eius comparationē. Scḋm q̄ð male vendit̄ est sepultu ra mortuoꝝ: quā qui vēdit: requiē eoꝝ vendit. Cōtra q̄d scriptū est Corpora sanctoꝝ in pace sepulta sunt ⁊c. Unde requie eterne de bet priuari. iuxta Ezech.vii. Qui vendiderit: ad id q̄ð vendidit non reuertet̄. Sacerdoti cantāti pro tali missam ⁊ requiē eternā potest

dicere dñs requiē nō habebit q2 eā vendidit. Itē iniuriā facit dño ꝛ eis q̄b⁹ vendidit q̄ emit ꝑcio passionis sue sepulturā peregrinoꝝ. Crudelior videt̄ iudeis ꝛ crucifixorib⁹ dñi q̄ deꝫ ꝑcio venditionis emerūt agrū in sepulturā peregrinoꝝ vbi gratis sepelirent̄. Itē vendunt eis qđ suū est: qđ pater eoꝝ christus eis emit. Et torquēt aliq̄ sacerdotes a mortuis ꝑciū qđ iudas reddidit de vēditione de q̄b⁹ ē acheldemach emptus. i. hoc crudeliores iuda ꝛ iudeis. Itē hmōi sunt crudeliores pylato q̄ corp⁹ viuū tradidit crucifigēdū: mortuū libere tradidit sepeliendū ioseph. Itē sunt similes lamys q̄ seuiunt in sepultis corpib⁹: crudeliores sunt filiis heth ꝛ magis immisericordes q̄ dixerūt abrahe in electis sepulchris nostris sepeli mortuū nullus te ꝓhibere poterit Gen̄. xxi. Ad sigillationē malicie exigentiū ꝓ sepulturis. Dicebat magister Iacob⁹ q̄ cū m̄r cuiusdā pauperis lothoringi iacobi nomine mortua esset nolebat eā sacerdos suus sepelire nisi daret ei pecuniā quā nō habebat. Ille aūt corpus matris in sacco ponēs portauit ad domū sacerdotis ponēs cū sup lectū ei⁹. dicēs sacerdoti q̄ apportauerat ei pro vadio telā in sacco: ꝛ filū in globo qđ ipsa neuerat. Ille palpans caput ei⁹ credēs eē globū fili grossiꝫ dixit: mō bonū vadiū habeo. Et statim iuic ad domū dicti paupis cū cruce ꝛ prochianis vt eā deportaret cui ille non oꝫ vos laborare pro ea deportāda q2 iā est in domo vr̄a in sacco sup lectū pro vadio: mō ponatis eā vel in terra vel in sale si vultis. Itē q̄dā alius pauper reb⁹ sed habūdans in pueris: vno eoꝝ defuncto: cū nollet eū sacerdos suus sepelire nisi data pecunia quā nō habebat: ille aūt corp⁹ filii sui ad renaldū archiepm lugđ apud ruppē in eisam deportauit in sacco dicens portario q̄ exēniū venationis erat qđ dño suo deportabat. Qui introduct⁹ ante eū posuit puer aū pedes ei⁹ exponēs ei factū. dictus aūt archieps puerꝫ honorifice sepeliuit: vocansq̄ sacerdotē dixit ei q̄ solueret ei ꝑciū de hoc q̄ fuerat ei⁹ vicari⁹ pro quo magnā pecuniā extorsit ab eo. Tertiū qđ male vendit̄ est ius siue iusticia quā debēt facere subditis gratis q̄ ꝑsunt vt iudices de quo sciēdū q̄ q̄ vendūt iusticiā: iniusti sūt ꝛ virtutē amittūt iusticie: quā si haberēt: vnicuiq̄ qđ suū est redderēt: illā enīꝫ iusticiā quā debent eis vendunt sibi qđ est magna iniusticia.

Quartū qđ male vendit̄ sunt benedictiones qñ pro eis dandis extorquet̄ aliqđ vt faciūt in benedictionib⁹ maxime nubētiū q̄ cōuertunt̄ in maledictionē eoꝝ q̄ pro eis aliq̄d exigūt nisi q̄ grat' cōferāt. Quintū qđ male vendit̄ est cura siue gratia curationis corpoꝝ siue aīaꝝ q̄ miraculose fit. Medic⁹ aūt corpalis pro peritia sua ꝛ labore pōt accipe remunerationē. De medicis aūt spūalib⁹ q̄ miraculose corpora curabāt: ꝛ aīas ministerio dicit dñs Math. x. infirmos curate ꝛc̄. gratis accepistis gratis date. Itē q̄ curas ecclīaꝝ vel aīaꝝ dant mediāte ꝑcio vel indebito fautio vel q̄ emūt: cōsimilē cōtumeliā faciūt regi summi: sic facerēt regi tpali nutrix vł cōsiliatrix turpitudinis q̄ filiā eius quā deꝫ custodire vendit corrumpēdā lenonib⁹: vel qui emūt sunt vt lenones corruptores quib⁹ nō parcet christus frater ꝛ sponsus: sed occidet vt absalon amon corruptorē thamar sue sororis. ij. Reg. xiij. Itē tales sunt tonsores gregis non pastores: sꝫ mercenarij timidi: nō defensores sꝫ destructores. Ioh. x. Mercenari⁹ videt lupū ꝛc̄. Aug. Mercenarius si ouis deuiat nō reuocat: si infirmet̄ nō medet̄ si deuorat̄ nō lachrymat̄ si fugiunt tpalia q̄ ipse amauit fugit animas quas ipse se ꝓcurare dissimulauit Sūt aūt sic auicule q̄ tpe messis agros visitāt: ꝛ tpe vindemie vineas ꝛ ibi cantāt. Silr̄ ꝛ custodes: sed post collectis fructib⁹ recedūt. Isa. i. Derelinquet̄ fi. syon vt vmbraculū in vinea ꝛc̄. Multuꝫ aūt retrahit hoīes ab emptione curaꝝ vel ecclīaꝝ si attēdūt septem ad q̄ se obligāt: q̄ tāgunt̄ in sūma de vicijs. Primo se obligant ad amissa reddēda. Gen̄. xxxi. Omne dānū reddebaꝫ ibi: & q̄d furto perierat requirebas a me. ꝓuer. xxii. Noli esse cū his q̄ defigūt manus suas: q̄ vadas se offerūt pro debitis: nō enī habes vn̄ restituas: qđ cause est vt tollat operimētū virtutū de cubili tuo. ꝛc̄. Itē obligāt se ad agrum ecclesie excolēdum. Hiere. i. Ecce cōstitui te vt euellas ꝛc̄.

Tertio ad liberādū. Prouer. xxiiij. erue eos q̄ ducunt̄ ad mortē ꝛc̄. Quarto ad curādū infirmitates spūales. Eze. xxxiiij. Qđ infirmū fuit nō cōsolidastis qđ egrotū nō sanastis. Quid de his q̄ curā filiaꝝ regis acceperūt ꝛ nihil de ea sciūt ꝛ si sciūt negligūt: ꝛ salariuꝫ acceperūt: vel q̄ pro medicamēto venenū īfundūt. Quinto se obligāt ad ducatū ꝑbēdū: q̄d de cecis q̄ eos in foueā ꝑcipitāt bon⁹ pastor aūt oues vadit. Ioh. x. Sexto se obligāt ad ꝓuidēdū necessaria. Math. xxiiij. Quis putas ē fidelis seruus ꝛ prudēs. Et post: vt det illis cibū in tpe. Ecōtra mali. Eze. xxxiiij. ve pastoꝝ israel qui pascūt semetipsos. Septimo se obligāt ad intercedēdū ꝛ placādum vt aaron qui vt dr̄ Sap. xviij. stans inter sanos ꝛ mortuos: restitit ire dei: ergo oꝫ placere aliter nō placabit. Greg. Cuꝫ is qui displicet ad interpellanduꝫ mittit̄ irati animus ad deteriora ꝓuocat̄. ꝓuer. vi. Si spopōderis pro amico ꝛc̄. discurre festina suscita amicū tuū ꝛc̄.

Sextū qđ male ꝛ symoniace vēdit̄ est spūssanct⁹ in signo suo vł dono ꝓphie. Hoc videt̄ fecisse balaā accipiēs ab his q̄b⁹ ꝓphetizaverat. Iud. i. ve illi qui in errore balaꝫ mercede est effusus. Silr̄ peccāt qui alia ei⁹ dona vēdūt vel emūt: vel signa vt symon magus qui voluit emere vt ad impositionē manuū suaꝝ cuꝫ signo visibili posset eum dare Act. viij. Septimum quod male vendit̄ sunt sacrameta per q̄ spūssanctus administrat̄ vt est baptismus: cōfirmatio eukaristia. pñia sacer ordo sacra vnctio matrimoniū. Math. x. Gratis accepistis: gratis date. cau. i. q. i. Leo papa. Gratia si nō gratis dat̄ vel accipit̄ gratia nō est. Et infra q2 si spirit⁹ testāte ipsa veritate de qua ꝓcedit gratis non dat̄. spūs mēdacij esse cōuincit̄ qui nō gratis accipit̄. Itē Greg. Syagrio epō augustudunen̄. Quicunq̄ studet sacꝝ ordinē ꝑcij donatiōe percipe sacerdos nō esse: sꝫ inaniter dici cōcupiscit. Item idē in registro: presbyter si ecclesiam per pecuniā obtinuerit nō solū ecclesia priuet̄ sed etiā sacerdotij honore spolief̄ q2 altare vel decimas ꝛ spūmsctm̄ emere vel vendere: symōiacam heresim nullus fidelium ignorat. Itē benedictio illi in maledictionem conuertit̄: qui ad hoc vt fiat hereticus ꝓmouet̄. Itē Am. in lib pastorali nos quoq̄ huic morbo canceroso ignitū qđ super ferrū inuenimus: declarātes oīno quicunq̄ deinceps pro accipienda diuini doni dignitate quodlibet preciuꝫ decretus fuerit obtulisse. ex eodē tpe se nouerit anathemans obprobrio cōdemnatū atq̄ a participatione sanguinis ꝛ corpis christi esse alienū. quo illico constat execrabile christo ꝑpetrasse flagiciū: q̄ si aliq̄s eius accusator extiterit ille qui hunc ordinē inuentus numeꝝ denotatione lucrat̄: ꝛ suscepto honoris gradu priuet̄: ꝛ in monasterio sub ꝑhēni penitētia detrudat̄. Octauū qđ male vendit̄ est sacra doctrina q̄ dat gratiā digne ꝛ deuote suscipiēti. prouer. xiij. Doctrina bona dabit gratiam. ꝓuer. i. Audi fili disciplinā patris tui Et post vt addat̄ gratia capiti tuo. Nonū ꝛ vltimū qđ male vendit̄ est spūali annexum Spūale stricte sumpto vocabulo dr̄ quo habito habet̄ spūs sanctus: vt gratia ꝛ virtus gratuite vel in quo dat̄. vt sacramenta. vel quo haberi signat̄ vt miracula donū ꝓphie. Spirituali annexū large sumpto vocabulo qñ antecedit sacramentū. vt iuspatronat⁹ ꝑsentationem: vel quod sequit̄ vt potestas percipiendi decimas ꝛ oblationes.

De auaritia claustralium. Dis. XVIII.

Einde cōsiderādū est de auaritia claustraliuꝫ. i. de vitio ꝓprietatis eoꝝ. h' aūt petiū multū impugnat ecclesiā q2 pulchriorē ꝛ nobiliorē ꝛ altiorem ptē ei⁹ deijcit vsq̄ ad feces terre angelos in talpas cōmutādo ꝛ volantia celi in reptilia humi q2 viros angelicos ꝛ celestes in terrā sepelit ad modū talpaꝝ: ꝛ volatilia celi. i. viros spūales in reptilia humi cōmutat: ꝛ q̄si reptilia facit eos repe sup traꝫ q̄si terrenis adherēt mēte: contemptis bonis spūalib⁹ ꝛ eīnis. Sūt aūt multa que detestādū vitiū ꝓprietatis ostēdūt. Primo regularis ꝓfessio. Scđo diuina punitio Tertio enormitas huius flagitij. Quarto acerbitas diri supplicij. Primo q̄dē ostēdit detestādū esse vitiū ꝓprietatis regularis ꝓfessio. viuē enī sine ꝓprietate ē esse̅ tia cuiuslibet religiōis sic cōtinēter ꝛ obediēter. Ad ista enī tria hō et voto ligat̄ in ordis ꝓfessiōe ad cōtinētiā. obedientiam: ꝛ paupertatē volūtariā. Et sic vnū nō recipit dispēsationeꝫ: ita nec aliꝫ ꝑs. Vouete ꝛ reddite. Vñ cū q̄dā abbatis fuissꝫ fact⁹ nouus abbas ꝑcepit oīb⁹ monachis suis q̄ redderēt ei ꝓpria sua ad solutionē debitoꝝ dom⁹ cū tali cōdicōe q̄ dabat eis licentiā retinendi ꝛ faciēdi ꝓpriū decetero vsq̄ ad. xl. soli. pro faciēdis voluntatib⁹ suis. Quo audito q̄dā monachus senex ꝛ literat⁹ ꝛ bone fame surrexit corā oīb⁹. ꝛ petēs q̄ daret ei abbas licētiā cōtradicēdi ꝛ cū aliꝫ riderēt: ꝛ abbas dicerēt q̄ hoc nō posset: intulit senex q̄ sicut nō poterat quod erat cōtra votū: ita nec poterat dispēsare q̄ monach⁹ hēret ꝓpriū. Secūdo dissuadet hoc vitiū diuina ꝓuisio quā hꝫ de his qui nullā ꝓuisionē sibi retinēt: sed oēm solicitudinē suā ponunt in eū. i. pe. ii. Oēm solicitudinē nostrā ꝓijciētes in eum qm̄ ipsi est cura de nobis. Math. xxij. quando misi vos sine sacculo ꝛ pera ꝛ calciamētis nunq̄d aliquid defuit vobis. dicūt discipuli: nihil ꝑs. Tibi derelictus est paup. Idē: Ego mēdicus sum ꝛ paup ꝛ dñs solicit⁹ est mei Qui dat iumētis escā ipsoꝝ: ꝛ pullis coruoꝝ īuocātib⁹ eū. q2 vt dicit Greg. coruꝫ pullis suis nō ꝓuidēt q̄diu habēt primas plumas que fatue dicunt̄ nisi qñ videt eos nigrescē sed interim deus pascit eos rore celi. Sic nec mūdāt curāt de his qui dimissis curis ꝛ diuitijs tpalib⁹ nō se cōmittunt tamen deus gratia sua prouidet eis pastū corporalē ꝛ spūalem. ꝑs. Parasti cibum in dulcedine. ꝛ.

pauperi deus. Ad hoc faciūt plura exempla posita supra in fine de
acceptiōe munez. de leproso. ꝛ filia ꝛ cādidatrice q̄ noluerūt accipe
re ab yconomis. ne dei ꝓuisiōez amitterēt. q̄ eis herbas in dulcedi
nē ꝯuertit. Ad h̄ etiā faciūt plura exēpla q̄ habent supra de timore
mūdano ꝑ totū. ꝛ de epo apostata. ꝑrie. ꝛ supra de effectib⁹ miseri
cordie dei. quō mīa dei ꝓuidet necessaria suis. ꝓuidet eni eis nō so
lū alimētū ꝛ vestimētū. sꝫ ēt medicamētū. In vitispa. Tr. De paup
tate legit. ꝙ q̄dā frat̄ hortulan⁹ q̄cq̄d de labore horti sui acqrebat
totū ꝑ deo dabat cogitabat postea ꝙ bursā plenā ð nūmis ꝯgrega
ret. vt sibi si egrotaret subueniret. qd̄ fecit. Cōtigit aūt vt putrescen
te pede suo totū qd̄ habuit ī medicos ꝯsumpsit nec ꝓfuit. ꝛ cū dixis
sent oportere pedē incidere ne residuū corpi putrefieret. Qd̄ cū de
beret in mane fieri. Aēli apparuit dn̄s īproperās ei de nūmis ꝯgre
gatis. ꝛ tacto pede penitēt' curauit eū. medicus aūt apportās ferra
mēta inuenit eū laborātē in horto sanatū. Itez li. v. de collationib⁹
patrū dixit q̄dā senex. triplex ē morb⁹ in religiōe q̄dā eoꝝ q̄ nō ha
buerūt in seculo. volūt in religiōe ꝯgregare. Alii prius abiecta resu
mere. Tertii ex diffidētia dei aliq̄d in religiōis īnroitu retinere. Pri
mi sunt ꝛ puniunt̄ vt gyezi. secundi vt iudas. tertii vt ananias ꝛ sa
phyra. Tertio dissuadet h̄ idē īmanitas hui⁹ flagitii. Josue. vii.
Cauete ne de his q̄ p̄cepta sunt vobis aliq̄d ꝯtingatis. ꝛ sitis preua
ricatiōis rei. hec culpa facit hoīez similē dyabolo q̄ fuit primus ꝓ
prietarius. Primo appropriās sibi locū dicēs. Ysa. xiiii. ponā sedē
meā ad aq̄lonē. sup astra celi exaltabo soliū meū. h̄ aūt de lucifero
fecit tenebrasꝙ. de angelo dyabolū. ꝛ de celo p̄cipitauit eū in īfernū
Luce. xii. videbā sathanā q̄si fulgur de celo cadētez. hic de aplo fe
cit dyabolū vnde iudā ꝓditorē q̄ loculos habebat vocauit christus
dyabolū dicēs. Joh. vi. Nōne. xii. vos elegi ꝛ vn⁹ ex vobis dyabo
lus ē. Itē est fur īter filios israel. vt achor q̄ vt dicit̄ Josue. vii. fura
tus est de anathemate hierico. Itē vt iudas īter aplos q̄ fur erat ꝛ
loculos habebat. Joh. xii. Religio ꝓprietarioꝝ ē poti⁹ deriso dmo
nū ꝛ spelūca latronū. q̄ȝ religio. Joh. ii. ꝛ Math. xxi. vos fecistis do
mū oratiōis speluncā latronū. furant̄ eni q̄cq̄d possunt vt ibidē de
cōi ꝓpriū faciāt. Hiere. vii. Nūq̄d spelūca latronū facta ē dom⁹. in
qua inuocatū ē nomē meū. Est etiā ꝓprietarius sacrilegus. q̄z sepe
furtū suū in locis sacris. ꝛ de reb⁹ sacris. ꝛ ꝯtra ꝑsonas sacras cum
mittit. res ēt pauperib⁹ ꝯsecratas. vel sacris locis furat̄. Hiero. ꝑs
sacrilegii ē res pauperū nō dare pauperib⁹ qd̄ facit qui eas retinet.
Itē Greg. sabino epo in decretis. xvii. q. iiii. Sacrilegiū. Et ꝯtra le
gē ē. si q̄s qd̄ venerabilib⁹ locis relinquit̄ praue voluntatis studiis
tētauerit suis stipēdiis vsurpare. Itē ibidē lutius papa. oēs faculta
tū ecclesie alienatores a liminib⁹ ecclesie anathematizamus aplica
auctoritate pellimus dāṅamus atq̄ȝ sacrilegos esse iudicam⁹. ꝛ nō
solū eos. sꝫ etiā eis ꝯsentiētes. Itē ē retrogradus vt canis reuersus
ad vomitū ad ea q̄ dimiserat. vt dicit̄. ii. pe. ii. Itē Luce. ix. Nemo
mittēs manū ad aratrū ꝛ respiciēs retro aptus ē regno dei. Itē simi
lis ē vxori loth q̄ respiciēs retro. versa ē in salis statuā. Gen. ix. Lu
ce. xvii. Meliores estote vxoris loth. lambūt aīalia cutem. i. aīales
monachi delectāt̄ imitari eā. Itē ꝓprietarius nequā ē ī deū. cuius
cōmodū nō curat dū suū ꝓpriū querit. ad Phil. ii. Oēs q̄ sua sūt
querūt nō q̄ ihu chri. Itē nequā ē nō equalit̄ se habēs ad ꝓximuz
cui⁹ portiōez sibi vsurpat cui nō eq̄lit̄ ꝯdiuidit. Lꝫ dictū sit Ezech.
lvii. possidebitis terrā singuli eque vt frater su⁹. i. Cori. xi. Cōuenie
tib⁹ vobis in vnū iā nō ē dominicā cenā māducare. vnusq̄sq̄ȝ ex su
am cenā p̄sumit ad māducādū. Et alius q̄dā esurit. alius aūt ebri⁹
ē. Nūq̄d domus nō habetis ad māducādū bibēdū aut ecclesiā dei
ꝯtēnitis ꝛ ꝯfunditis eos q̄ nō habēt. Itē ē fict⁹ sine hipocrita. q̄m
sub habitu religioso aīuz gerit secularē extra ē aureus īitra luteus.
vt statua quā erexit nabuch. Dan. iii. Tales sūt in claustris eleuati
in dignitatib⁹. pleni īitus lato tpaliū curaꝝ ꝛ ꝓprioꝝ. sꝫ ex̄ ꝑtēdāt
habitū religiōis. Itē similes sūt bel. de quo Dan. xiiii. q̄ tm̄ comede
bat ꝛ bibebat nō ip̄e. sꝫ familia sua intra luteus ex̄ aureus. Itē est
homicidia Ecci. xxxiiii. Qui defraudat pauperē hō sanguinis est. q̄
aufert in sudore panē. q̄si q̄ occidit ꝓximū suū. ibidē. q̄ effundit san
guinē ꝛ q̄ fraudē facit mercēnario fratres sūt. Hec sat' possūt expo
ni de ꝓprietariis q̄ defraudāt eos q̄ seruiūt deo ꝑ mercede eterna
ꝛ tpali sustētatiōe. q̄ sunt claustrales quoꝝ victū ꝓprietarii sibi ac
cumulāt ꝛ in supfluis expendūt excessibus. Itē proditor est in dn̄z
quē ꝓpriis stipēdiis impugnat. ꝛ cuius bona eo inuito sibi retinet.
Itē in fratres de quoꝝ cōi sibi facit ꝓpriū. Itē est excōicatus ꝛ
euitādus Josue. vii. preuaricati sunt mandatū ꝛ vsurpauerunt de
anathemate. Et post. anathema in medio tui israel. Multi possent
dicere quod dicit̄ Act. x. nūq̄ȝ cōe intrauit in os meū. sed potius ex
cōicatio. quod possunt dicere monachi viuentes de ꝓprio. in carne
ris: merito ꝓprietarius excōicatus iudicādus est: q̄z quasi excōica
tos reputat alios quib⁹ nō cōicat que sibi appropriauit. Itē ē men
dax deo cui ꝓmisit viuere sine ꝓprio. cui posset dici qd̄ dixit Petr⁹
ananie cur tētauit sathanas cor tuū mētiri deo ꝛ spiritusancto nō
es mētitus hoīb⁹ solū s. sed deo ꝛc̄. Itē ꝓprietari⁹ multiplr̄ ē stul
tus. Primo q̄z fm̄ qd̄ dicit̄ Math. xiii. Silis fuit negociatori querē
ti bonas margaritas inuēta vna p̄ciosa margarita. i. paupertate chri
sti ꝑ qua habet̄ regnū celoꝝ vendit oīa que habuit ꝛ ꝯparauit eam.
postea in lutū ꝓiciēs eā ꝯculcat pedib⁹ ꝯtēnēdo. Scd̄o q̄z cū dn̄s
de maris. i. mūdi naufragio cū eripuerit in tuto nauis religiōis po
nens ipse se suffocat in modica aqua diuitiaꝝ quā furtiue rapit de
mari. De quo pōt dici qd̄ dixerūt barbari. Act. xxviii. de paulo cui⁹
manui cū euasisset de naufragio vipera adheserat. homicida est hō
iste. q̄m cū euasent de mari vltio diuina non sinit eū viuere. Tertio
stultus est: q̄z cū ipse sit mortu⁹ mūdo. iuxta illud Col. iii. Mortui
estis ꝛ vita vestra abscōdita est cū christo ī deo. Timēs mori fame
fur fit vt suspēdat̄ in furto ꝛ amittat vitā eternā. ꝛ incurrat mortem
eternā. In vitispa. legit̄ ꝙ cū quidā diues moriēs heredē ꝯstituisset
q̄dā patrū. Rn̄dit. Ego prius dii mortu⁹ sui q̄ȝ iste. ꝛ quō mortu
um me sibi heredē instituit. ꝛ remisit nūcios nihil retinēs. Quarto
stultus ē: q̄z de loco saluatiōis cū iuda ꝓditore facit sibi locū ꝑditi
onis. Joh. xvii. Nemo perijt nisi solus fili⁹ ꝑditiōis. Quīto: q̄z in lo
co vbi hoīes scelerati studēt scelera nō cōmittē sed delere: ipse scele
ra mlta facit. Hiere. xi. Quid ē ꝙ dilect⁹ me⁹ ī domo mea facit mlta
scelera. Sexto q̄z irā dei sibi accumulat quā de⁹ ab eo remouerat.
Apoc. xvi. Angelus effudit phyalā iracundie dei sup flu mag. eufra
ten. q̄ īterpretat̄ frugifer. Jac. v. Thesaurizastis vobis o diuites iraꝫ
in nouissimis dieb⁹ glo. nescit miser thesauꝝ ire cū thesauro pecu
nie sibi p̄it cumulari. Septīo q̄z ꝓpria negligit dū aliena colligit. iō
iusto dei iudicio oīa ꝓpria bona amittit. Aliena sunt tpalia bona.
Ambro. Nō sūt bona hoīs q̄ secū ferre nō pōt. Amittit eni ꝓpriuz
dei qd̄ est misereri. curā sui: ꝛ seipsuz ꝛ bona sp̄ualia ꝑnīt ꝛ eterna
Octauo q̄z cū se deo dedit ius nāe ꝛ oīa q̄ habebat vel hr̄e poterat
deo dedit ꝛ etiā curaz sui sibi reliq̄t hoc aufert in ꝓprietate. Bern.
vos q̄ vos nobis loco dei sel' dedistis. q̄d adhuc vos de nobis iterū
īromittitis. Nono: q̄z de scala celi ꝛ porta facit sibi scalā ꝛ portā in
feri. Scala hoc ꝛ porta ē religio. Gen. xxviii. Decimo q̄z laqueū tpa
liū ꝛ molā asinariā a q̄b⁹ se explicauerat collo suo apponit: ꝛ cū iuda
ꝓditore cui filiis ē se suspēdit. Act. ii. viscera ei⁹ effundunt̄ cū itero
ra sua ponit in amorē pecunie. Ecci. x. In terra ꝓiecit itima sua ī vi
ta sua. Quarto dissuadet h̄ idē pena q̄ multiplr̄ puniunt̄ ꝓprieta
